


TRENT UNIVERSITY



LIBRARY
OF RELIGION

MAY 29 1908

AJ



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. VIII.

SALVIANI PRESBYTERI MASSILIENSIS OPERA QVAE SVPERSVNT
EX RECENSIONE FRANCISCI PAVLY.

VINDOBONAE
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE
MDCCLXXXIII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

SALVIANI PRESBYTERI MASSILIENSIS

OPERA OMNIA

RECENSUIT

ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT

FRANCISCVS PAVLY.

VINDOBONAE

APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE

MDCCCLXXXIII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.

111 Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

Berkeley Square House, London, W. 1

LR BR 60 .CG v. 8

GVILELMO. HARTEL

IVVENTVTIS. AD. HVMANITATEM. INFORMANDAE

MODERATORI

VINDOBONENSI. BENIGNO. LVCVLENTO

VENERABVNDI. GRATIQVE. ANIMI. TESTIMONIVM

EXTARE. VOLVIT

FRANCISCI. PAVLY

PIETAS. PERENNATVRA

P R A E F A T I O.

Postquam de singulis singulorum Saluiani opusculorum codicibus eorumque in constituendo auctoris textu quem uocant pretio copiosius anno superiore*) disputauit, intra artissimos fines hoc loco continere me posse mihi uisus sum sperans 'cui suaue sit ex magno tollere aceruo' quique 'magno de flumine malit quam ex hoc fonticulo tantundem sumere ultro ad copiosiora illa qualiacumque sunt ipsum se esse relegaturum.

Quare ita nunc praemonituri munere officioque fungar, ut quae ante latius disserui monui edocui quam potero paucissimis repetam, alia quae postea ut rectius cognoscerem contigit suggeram, non nulla antea minus bene administrata minusue manifeste proposita corrigam, omnia uero olim editis pressiora ita in uno conspectu ponam ut 'non per laborem plurimum carpturis' quam breuissime possit ratio reddatur praesidiorum criticorum huic uolumini re-

*) Cf. Sitzungsberichte der philos.-histor. Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien XCVIII I. Heft p. 3 ff.

censendo adhibitorum et uia in constituendis Saluiani uerbis a me inita monstretur.

Igitur quos adhibui

in libris VIII de gubernatione dei
codices hi sunt:

A = codex Corbeiensis nunc Parisinus n. 13385 saec. X, omnium quotquot innotuerunt codicum et antiquissimus et optimus. ipse post Halmium contuli. nitidissime prima manu exaratus sexcentis locis antiqui ne dicam aequalis correctoris curas expertus est dedita opera et fructuosissime in eo negotio uersati; uidelicet haud pauca olim aberratione oculorum omissa in margine adiecit, permulta quae prima manus utpote linguae latinae ne mediocriter quidem, ut uidetur, perita litteris falso distributis (in archetypo enim singulae uoces spatio inter se uacuo caruisse in aperto est) produxit uera uocum latinarum monstra remouit, interpungendi rationem scite correxit. tertiae denique manus eiusque recentissimae temptaminibus, paucissima si exceperis, infelicissimis ut apparatus criticum onerarem a me inpetrare non potui; secundae uero manus (*m.* 2) uarias scripturas fere integras adnotaui.

B = codex Bruxellensis n. 10628 saec. XIII quem cum ut ipse excuterem non contingeret, id quod primum uehementer dein minus dolebam, O. Keller, uir mihi amicissimus, occasione forte oblata inspexit sed non integrum contulit, quia non potuit non sibi persuadere C. Foltzium, qui in C. Halmii usum 'eiusdem codicis con-

lationem confecerat, omnino ea qua par est strenuitate et diligentia munere suscepto functum esse. quare rogatus de eis tantum locis accuratissime ad me rettulit, qui in codice *A* aut deleti omnino sunt temporum iniquitate aut maximam partem ita male tractati ut uix ac ne uix quidem genuina librarii manus erui possit.

T = codex Parisinus olim Colbertinus nunc Regius n. 2174 saec. XV quem post Halmium ipse contuli.

t = codex Parisinus olim Colbertinus n. 5795 nunc Regius n. 2786 saec. XV quem ipse contuli.

v = codex Vindobonensis n. 826 saec. XV unde editionem principem Jo. Alexandri Brassicani a. 1530 originem duxisse l. l. p. 4 ostendi. et hunc codicem, qui quanto opere eiusdem Brassicani curam male sedulam passus sit l. l. p. 19 sq. satis superque euicisse mihi uideor, ipse contuli.

Quos praeter illos extare comperi huius opusculi codices omnes in non nullis Italiae bibliothecis adseruatos, ut de auctoritate eorundem in arte critica factitanda certum iudicium ferre liceret, summa cum liberalitate et officiosissime permultis locis, qui ad hanc causam maxime idonei uidebantur, inspexerunt et uarias ex eisdem scripturas ad me transmiserunt uiri doctissimi F. Khullius Graecensis et J. Sedlmayer Vindobonensis, ille e codice Marciano classis III cod. 5 chartac. saec. XV, hic e codicibus Vati-

canis membran. n. 554 saec. XIII et n. 5034 membran. saec. XV, e codice Vrbinatense membran. n. 554 saec. XII, e Vallicellianis membran. n. 58 saec. XV et chartac. 125 saec. XVI s. XVII.

His duumuiris qui triumuir codicibus Saluiani Italicis adeundis accedere uoluit J. Zechmeister Vindobonensis, quem interea praematura morte literis in primis edendo huic scriptorum ecclesiasticorum corpori ereptum uel maxime lugent quicumque eius ingenium sagacitatem sollertiam modestiam nouerunt, in meum usum sat multis locis contulit Florentiae codicem Laurentianum membran. plut. XXV n. VII saec. XV. cuius quidem triumuiratus erga me liberalitatem hic gratissimo animo recolo semperque recolam.

Iam quaeritur quae singulorum quos supra nominavi codicum sit auctoritas et quo propinquitatis uinculo inter se teneantur. quod scias hanc esse meam sententiam quam nuper l. l. expositam hodie multo certius profiteor:

Omniū codicum longe optimus est *A* et ita quidem ut, nisi aliquot lacunas haberet multisque locis oblitus exesus perforatus situ et madore corruptus esset, solus fere ad scriptoris genuinam manum reuocandam esset suffecturus. reliquorum uero codicum princeps iudicandus est *B*, ad quem proxime accedit *T*; sed plerumque *A* et *B* soli, hic illic ab editoris manu emendatrice adiuti, ad archetypum resuscitandum certi sunt duces.

Nimirum ex libro archetypo originem duxisse putandi sunt duo apographi, quorum alter diligentius

archetypi uestigia presserat alter uero negligentius scriptus erat et praeterea haud raro a correctoribus interpolatoribusue male tractatus. atque ex priore fluxit solus *A*, ex posteriore uero *B* cum grege proletariorum codicum (*Ttv* Italicorum), qui utpote magis temporum decursu magisque interpolati et deprauati uariis gradibus a *B* distant, ita ut in crisi factitanda nullius momenti sint paucissimis locis exceptis, quibus forte euenit ut unus alterue eorum genuinam scripturam seruaret contra *B*, quem fere solum codicis *A* uice fungi consentaneum est, ubicumque aut de codice *A* nil omnino constat aut damna eiusdem manifesta reparanda esse luce clarius uideatur.

Quare non potuit non uideri optimum seclusis fere ubique reliquis alterius, ut ita dicam, familiae codicibus rem ita instituere, ut ubicumque in apparatu critico codicis *A* scripturarum mentio non fit, textus eas ostendat additis tantum modo solius codicis *B* scripturis. ubicumque uero unius alteriusue reliquorum codicum scripturas adnotauit causam facillime ne dicam primo statim obtutu inueniet qui diligentius inquisiuerit.

Multo simplicior et expeditior res erat in edendis

E p i s t o l i s.

Septem enim priores epistolae non inueniuntur nisi in uno codice, cuius nunc altera particula extat in bibliotheca Bernensi n. 219, in codice Parisino n. 3791 (2174) altera. ex quo eodem fonte sua hausit Petrus Pithoeus, qui primus eas in lucem protulit. atque post Halmium, qui partem alteram

in fasciculo pergamenarum in bibliotheca Bernensi alteram in codice Parisino supra dicto repperit, et ipse contuli et cum Halmio signavi littera *C*, gratissime adiutus insigni liberalitate bibliothecae Bernensis, quae fragmenta Bernensia huc transmittere non dubitavit.

Nonam uero epistolam, qua Saluianus edocet cur 'libris III ad Ecclesiam' Timothei nomen non suum inscripserit, solus codex Parisinus n. 2785 saec. VIII exhibet. eandem et Sichardus princeps editor in suo nescimus quo libro inuenerat. etiam hunc codicem ipse contuli et editionis Sichardianae (Basil. 1528) quam inspicere non licuit uarias scripturas ex Halmii editione adieci ita ut codicis scripturas littera *B* editionis principis littera *p* signarem.

Restat breuiuscula epistola octaua in pluribus adhuc codicibus reperta, in quibus plerumque praemissa apparet Eucherii libello 'de formulis spiritualis intellegentiae', quode in ipsa epistola sermo est. codicibus Parisinis ab Halmio adhibitis, scilicet n. 95559 saec. VII s. VIII = *A*, n. 12237 (siue S. Germ. n. 808) saec. VIII s. X = *B*, n. 12236 (siue S. Germ. n. 862) saec. VIII s. X = *C*, addidi Parisinum n. 2182 saec. XIII = *D*; quintum uero eundemque Parisinum n. 1792 saec. XIII ut infimae notae et utiis scatentem omisi.

Ventum igitur est ad

Timothei libros III ad Ecclesiam
eosque multo prius quam libros 'de gubernatione dei'
a Saluiano compositos uulgosque et uulgo 'aduersus
auaritiam' inscriptos.

Cuius quidem opusculi tres tantum, quod sciam, ad nostram aetatem peruenerunt codices. hi sunt:

A = codex Parisinus n. 2172 saec. X, cuius conlatione (mitti enim ex bibliotheca alio fas non est), ubi commentatiunculam praefationis huius initio memoratam conscripsi, destitutus acquiescere cogebar iis quae Halmius in apparatu critico suo enotauit. postea uero rogante Hartelio eundem F. Wehrichius Vindobonensis liberalissime diligentissime religiosissime in usum meum tractauit retractauitque et tamquam cum puluisculo exhaustit. cui uiro doctissimo hic gratias quas possum maximas agere liceat.

In quo codice cum correctiones pauciores sint, quas eiusdem librarii manu inter scribendum factas esse liquet, permultis locis manus emendatrix admodum recens, quam signaui *m.* 2, iusto licentius grassata est. paucissimis locis manus tertia admodum, ut certe uidetur, antiqua occurrit, quam tamen pro singulorum ratione necessarium omnino non uisum est adnotare nedum nota singulari significare.

B = codex Parisinus membran. n. 2785 saec. XI quem post Halmium et ipse contuli.

b = codex Parisinus membran. n. 2173 saec. XIII quem ut codicem *B* iam Baluzius adhibuit nec solum adhibuit sed etiam iusto saepius secutus est, id quod locis sat multis in apparatu critico euincere placebat.

Quibus subsidiis denique addere non abs re uisum est

p = editionem principem *Sichardi* (Basil. 1528) quam cum ipse inspicere non potuerim ex editione *Halmiana* citavi. quas uero continet interpolationes modo breuiores modo ampliores ex ingenio partim male sedulo partim aliunde haustas non in adnotationem criticam recepi nisi in plures editiones quae ad *Halmium* usque prodire uiam suam inuenerunt.

Ad horum autem subsidiorum fidem et auctoritatem quod attinet operam nostram fere omnem consentaneum uisum est niti codicibus *A* et *B*, quorum alter *A* adeo longe primarias partes habet, ut non potuerim auctoris uerba non ita constituere, ut quidquid in eisdem reperias ex eodem haustum putandum sit modo ne adnotatio critica contrarium euincat. uterque quidem codex fluxit, id quod satis in commentatione supra dicta demonstrasse mihi uideor et accepta *Weihrichii* conlatione etiam certius profiteri ausim, ex uno eodemque archetypo. at qui codicem *A* exarauit multo diligentius et enucleatius rem egit quam qui codicem *B* conscripsit non solum iusto saepe negligentius sed etiam haud raro sui ipsius ingenio plus quam fonti suo fidei tribuens. cum uero et codicis *A* exaratorem non numquam ita dormitasse in aperto sit, ut oculorum aberratione omitteret alia alia minus sagaciter minusue curiose indagaret, quae in archetypo suo inuenerat, etiam codici *B* multa debentur et retribuenda sunt. quo factum est, ut etiam codicis *B* uarias scripturas easque integras adnotationi criticae inseri consentaneum uideretur.

Codicis *b* ut multo minoris pretii et per uarias uicissitudines ab illorum fonte deriuati scripturas carptim tantum memorauit, scilicet ubi (quod sane raro admodum euenit) aut solus genuinam manum seruauit aut cum editione Baluziana, cui certe magna ex parte pro fundamento fuisse certum est, congruit aut denique editionis principis auctoritatem sane exiguam augere uidebatur.

Instructus igitur his talibus subsidiis criticis (quorum 'quis scit an adiciant hodiernae crastina summae di superi') Saluiani opuscula post insignem Caroli Halmii operam auctori in editione, qua Monumenta Germaniae historica (Berolini 1877) felicissime et, ut in tali uiro expectari potuit et debuit, peritissime auspicatus est, nauatam adornanda suscepi.

Atque si non est quod desperem fore ut aequis beniuolisque iudicibus opera mea quantulacumque post tam insignis uiri recensionem ad auctorem aliquam multis locis sui similiorem reddendum non nihil attulisse uidear: 'totum muneris hoc est' Academiae inlustrissimae Vindobonensis, quae subsidia critica singulari liberalitate et officiosissime mihi suppeditauerit, uirorum doctissimorum, quos iam supra ut optime de studiis hisce meritos laudauit, in primis uero Guilelmi Hartelii Vindobonensis, qui non solum in plagulis corrigendis sponte me adiuuare sed etiam haesitanti dubitanti erranti quo est ingenii acumine, qua scriptorum ecclesiasticorum familiaritate, qua denique propensa in me uoluntate cum admonitionibus tum emendationibus gratissimis succurrere uoluerit.

Quibus omnibus opellae meae fautoribus iterum iterumque maximas quas debeo semperque debebo gratias hisce ago.

Scribebam Graecii Idibus Augustis a. 1882.

Franciscus Pauly.

In libris VIII de gubernatione dei est:

- A* = codex Corbeiensis nunc Parisinus n. 13385 saec. X.
B = codex Bruxellensis n. 10628 saec. XIII.
T = codex Parisinus n. 2174 saec. XV.
t = codex Parisinus n. 2786 saec. XV.
v = codex Vindobonensis n. 826 saec. XV.

In epistolis I—VII:

- C* = codex Bernensis n. 219 et Parisinus n. 3791 (2174).

In epistola VIII:

- A* = codex Parisinus n. 95559 saec. VII s. VIII.
B = codex Parisinus n. 12237 saec. VIII s. X.
C = codex Parisinus n. 12236 saec. VIII s. X.
D = codex Parisinus n. 2182 saec. XIII.

In epistola VIII:

- B* = codex Parisinus n. 2785 saec. VIII.
p = editio princeps Sichardi.

In Timothei libris IIII ad ecclesiam:

- A* = codex Parisinus n. 2172 saec. X.
B = codex Parisinus n. 2785 saec. XI.
b = codex Parisinus n. 2173 saec. XIII.
p = editio princeps Sichardi.



SALVIANI

DE GVBERNATIONE DEI LIBRI VIII.

PRAEFATIO.

Sancto episcopo Salonio Saluianus salutem in domino. 1

5 Omnes admodum homines, qui pertinere ad humani officii culturam existimarunt, ut aliquod linguarum opus studio ingeniorum excuderent, id speciali cura elaborarunt ut, siue utiles res ac probas siue inutiles atque improbas stilo texerent, seriem tantum rerum nitore uerborum inlustrarent causisque
10 ipsis quas loqui uellent loquendo lucem accenderent. itaque ad hanc se partem ex utroque genere litterarum scriptores mundialium negotiorum plurimi contulerunt, non satis considerantes, quam probabilibus materiis se impenderent, dum-

1—4 In hoc codice continentur sancti Saluiani episcopi libri numero octo dati ad sanctum Salonium episcopum. De gubernatione dei. Incipit liber primus sancto episcopo (*in marg. Salonio add. m. 2*) Saluianus in domino episcopus salutem. Omnes admodum *etc. B; praeterea in eodem cod. adiecta sunt haec: De iusto dei praesentique iudicio incipiunt dialogi disputantis (uoce disputantis s. l. add.); sed signum quoddam m. 2 adpictum haec uerba post praefationem locum suum habere indicat, ubi eadem etiam in A leguntur. Ceterum in A deest inscriptio operis et praefatio usque ad uerba: Sin autem id non prouenerit. De aliis inscriptionibus eisque interpolatis cf. quae disputauimus in Sitzungs - Berichte der k. Akad. d. Wiss. Wien 1881 p. 4 u. 7* 6 linguarum] singulare conii. Nolte in Zeitsch. f. Oe. G. 1879 p. 618; sed cf. VII 16: linguarum gymnasia uel morum et Sitz.-Ber. p. 8 9 tantum eras. in B

modo ea quaecumque dicerent aut compto et blando carmine
 2 canerent aut luculenta oratione narrarent. omnes enim in
 scriptis suis causas tantum egerunt suas et propriis magis
 laudibus quam aliorum utilitatibus consulentes non id facere
 adnisi sunt, ut salubres ac salutiferi sed ut scholastici ac 5
 disertis haberentur. itaque scripta eorum aut uanitate sunt
 tumida aut falsitate infamia aut uerborum foeditatibus sor-
 dida aut rerum obscenitate uitiosa, ut uere, cum ingeniorum
 tantum laudem aucupantes tam indignis rebus curam impen-
 derent, non tam inlustrasse mihi ipsa ingenia quam damnasse 10
 3 uideantur. nos autem, qui rerum magis quam uerborum ama-
 tores utilia potius quam plausibilia sectamur neque id quae-
 rimus, ut in nobis inania saeculorum ornamenta sed ut salubria
 rerum emolumenta laudentur, in scriptiunculis nostris non
 lenocinia esse uolumus sed remedia, quae scilicet non tam 15
 otiosorum auribus placeant quam aegrotorum mentibus prosint,
 magnum ex utraque re caelestibus donis fructum reportaturi.
 4 si enim haec salus nostra sanauerit quorundam non bonam
 de deo nostro opinionem, fructus non paruus erit, quod multis
 profui. sin autem id non prouenerit, et hoc ipsum infructuosum 20
 forsitan non erit, quod prodesse temptaui. mens enim boni
 studii ac pii uoti, etiamsi effectum non inuenerit coepti operis,
 habet tamen praemium uoluntatis. hinc ergo ordiar.

1 et *Pithoeus*: aut *B* 5 salubris *B* 10 mihi *B* s. l. m. 2
 ingenio *B* s. scr. a m. 1 14 laudantur *B* s. a mediae syll. scr. e
 m. 2 18 hic *B* 20 sin] hinc incipit *A*, sed duo prima folia
 mutilata sunt multaque insuper in eisdem et in foliis 4. 5. 6. 8. 9 aliis
 aut euanuerunt aut legi non iam possunt; quae omnia asteriscis signa-
 uimus 21 forsitan *Halmius*: fortita *A* saltem *B* prod**mens
A 22 operis** praemium *A* 23 exordiar *B*; post ordiar in *A*
 haec est inscriptio: DE IUSTO DEI PR** (fuit praesenti) iudicio. Incipiunt
 dialogi disputantis, quae sine dubio ad librum I. spectans pariter librario
 debetur ac lib. II 1 fin. altera inscriptio: DE GUBERNATIONE DEI

LIBER I.

I. Incuriosus a quibusdam et quasi negligens humanorum 1
 actuum deus dicitur utpote nec bonos custodiens nec coercens
 malos, et ideo in hoc saeculo bonos plerumque miseros, malos
 5 beatos esse. sufficere quidem ad refellenda haec, quia cum
 Christianis agimus, solus deberet sermo diuinus. sed quia
 multi incredulitatis paganicae aliquid in se habent, etiam
 paganorum forsitan electorum atque sapientium testimoniis
 delectentur. probamus igitur, ne illos quidem de incuriositate
 10 ac negligentia ista sensisse, qui uerae religionis expertes
 nequaquam utique deum nosse potuerunt, quia legem per
 quam deus agnoscitur nescierunt. Pythagoras philosophus, 2
 quem quasi magistrum suum philosophia ipsa suspexit, de
 natura ac beneficiis dei disserens sic locutus est: animus
 15 per omnes mundi partes commeans atque diffusus,
 ex quo omnia quae nascuntur animalia uitam ca-
 piunt. quomodo igitur mundum negligere deus dicitur, quem
 hoc ipso scilicet satis diligit, quod ipsum se per totum mundi
 corpus intendit? Plato et omnes Platonicorum scholae modera- 3
 20 torem rerum omnium confitentur deum. Stoici eum guber-
 natoris uice intra id quod regat semper manere testantur.

14 cf. Cic. de nat. d. I 11, 27; uerba citata esse ex Lactantii
 instit. diu. I 5, 17 docuit Zschimmer „Salvianus und seine Schriften“
 Halle 1875 p. 62.

1 Incipit liber .I. B 2 negligens actuum A 4 ideo saeculo
 bonos A 5 refellenda *** Christ. A 7 paganicae * in se A
 9 delectat A 10 quae expertes A 12 agnoscit Pythag. A 13 sus-
 spexit *** beneficiis A 15 partes **** quo A 17 quomodo **** dicitur
 A 18 se per] semper A totum **** et omnes A 19 scholae
 AB 20 confitentur *** ris uice A

quid potuerunt de affectu ac diligentia dei rectius religiosius-
 que sentire quam ut eum gubernatori similem esse dicerent?
 hoc utique intellegentes, quod sicut nauigans gubernator num-
 quam manum suam a gubernaculo, sic numquam penitus
 curam suam deus tollit a mundo; ac sicut ille et auras
 captans et saxa uitans et astra suspiciens totus sit simul tam
 corporis quam cordis officio operi suo deditus, ita scilicet
 deum nostrum ab uniuersitate omnium rerum nec munus
 dignantissimae uisionis auertere nec regimen prouidentiae suae
 4 tollere nec indulgentiam benignissimae pietatis auferre. unde 10
 etiam illud mysticae auctoritatis exemplum, quo se non minus
 philosophum Maro probare uoluit quam poëtam, dicens: deum
 namque ire per omnes terrasque tractusque maris
 caelumque profundum. Tullius quoque: nec uero deus
 ipse, inquit, qui intellegitur a nobis, alio modo 15
 intellegi potest quam mens soluta quaedam et
 libera et segregata ab omni concretionem mortali,
 omnia sentiens et mouens. alibi quoque nihil est
 inquit, praestantius deo: ab eo igitur mundum regi
 necesse est. nulli igitur naturae oboediens aut subiectus deus: 20
 omnem ergo regit ipse naturam: nisi forte nos uidelicet
 sapientissimi ita sentiamus, ut eum, a quo omnia regi dicimus,
 5 et regere simul et neglegere credamus. cum ergo omnes

12 Georg. 4, 221 sq. cf. Lactantii instit. diu. I 5, 12 14 Tusc.
 quaestt. I, 27, 66 cf. Lactantii l. l. I 5, 25 et Zschimmer p. 62

18 Haec quoque ex Lactant. l. l. I 5, 24 citata sunt, qui ex Cic. de nat.
 d. ea sumpsisse se testatur, ubi tamen non leguntur; cf. Zschimmer l. l.
 et ad III 1 init. adn. crit.

1 potuerunt *** rectius A 2 similem *** quod sicut A 4 gu-
 bern*** suam deus A 6 saxa ui*** totus sit A 7 scilicet ***
 rerum A 9 uisionis *** nec indulg. A 10 pietatis auf*** ori-
 tatis exempl. A 11 mysticae *Pithoeus*: fabulose ebriose smitice
 mistice B ('an fabulosae scribendum?' *Halmius*) quo se *** omnes ter-
 rasque A 14 quoque *** quit qui A 16 soluta ** segregata A
 17 congregatione A concretionem B 18 mouens ** ue nihil A
 est A: ē (= est) non enim (ut apud *Halmium*) B 20 nulli ** oboe-
 diens A 21 nos ** entissimi A 23 negle * credamus A

etiam religionis expertes ui ipsa et quadam necessitate compulsi et sentiri omnia a deo et moueri et regi dixerint, quomodo nunc eum incuriosum quidam ac negligentem putant, qui et sentiat omnia per subtilitatem et moueat per fortitudinem et regat per potestatem et custodiat per benignitatem? dixi, quid de maiestate ac moderamine summi dei principes et philosophiae simul et eloquentiae iudicarint. ideo autem nobilissimos utriusque excellentissimae artis magistros protuli, quo facilius uel omnes alios idem sensisse uel certe sine auctoritate aliqua dissensisse monstrarem. et sane inuenire aliquos, qui ab istorum iudicio discrepauerint, praeter Epicureorum uel quorundam epicurizantium deliramenta non possum, qui sicut uoluptatem cum uirtute sic deum cum incuria ac torpore iunxerunt, ut appareat eos, qui ita sentiunt, sicut sensum Epicureorum atque sententiam ita etiam uitia sectari.

II. Non puto quod ad probandam nunc rem tam perspicuam etiam diuinis uti hoc loco testimoniis debeamus, maxime quia sermones sacri ita abunde et euidenter cunctis impiorum propositionibus contradicunt, ut, dum sequentibus eorum calumniis satisfacimus, etiam ea quae supra dicta sunt plenius refutare possimus. aiunt igitur a deo omnia praetermitti, quia nec coereat malos nec tueatur bonos, et ideo in hoc saeculo deteriorem admodum statum esse meliorum: bonos quippe esse in paupertate malos in abundantia, bonos in infirmitate malos in forti-

1 necessitate con*** deo A 3 quidam*** qui A putant B m. 2
in mg. 5 regat*** diat per A 6 quid de ex qui de A corr.
m. 2 ac] et B dei*** simul A 7 eloquentia* A iudicarint] in A ult. syll. ex parte euanuit sed fuisse uidetur rint non
rent 8 utriusque*** protuli A 9 sine***onstrarem A
11 iudicio ***zantium A 12 deliramenta ex deleramenta AB corr.
m. 2 13 possum ***tute A 14 ita sen***um Epicur. A
16 sectari ***rem tam A 18 diuinis* hoc A in hoc B
loco testi*** quia A dei debeamus B 19 sermon*kari sed ka
m. 2 A impiorum *** sequentibus A 20 calumniis eorum B
sed eorum in mg. m. 2 21 etiam *** Agunt (sic) A m. 1 (Aiunt
A m. 2) 22 praetermitti *** saeculo A 24 admodum—miseria
et fere omnia euanuerunt in A

tudine, bonos semper in luctu malos semper in gaudio, bonos
 in miseria et abiectioe malos in prosperitate et dignitate.
 7 primum igitur ab iis, qui hoc ita esse uel dolent uel accusant,
 illud requiro, de sanctis hoc, id est de ueris ac fidelibus
 Christianis, an de falsis et inpostoribus doleant. si de falsis, 5
 superfluous dolor, qui malos doleat non beatos esse, cum utique
 quicumque mali sunt successu rerum deteriores fiant, gaudentes
 sibi nequitiae studium bene cedere, et ideo uel ob hoc ipsum
 miserrimi esse debeant, ut mali esse desistant, uindicantes
 improbissimis quaestibus nomen religionis et praeferentes ad 10
 sordidissimas negotiationes titulum sanctitatis: quorum scilicet
 nequitias si miseriae comparentur, minus sunt miseri quam
 merentur, quia in quibuslibet miseriis constituti non sunt tamen
 8 tam miseri quam sunt mali. nequaquam ergo pro his dolendum,
 quod non sint diuites ac beati, multo autem pro sanctis minus, 15
 quia quamlibet uideantur ignorantibus esse miseri, non possunt
 tamen esse aliud quam beati. superfluum autem est, ut eos
 quispiam uel infirmitate uel paupertate uel aliis istiusmodi
 rebus existimet esse miseros, quibus se illi cofidunt esse felices;
 nemo enim aliorum sensu miser est sed suo. et ideo non 20
 possunt cuiusquam falso iudicio esse miseri, qui sunt uere sua
 conscientia beati; nulli enim, ut opinor, beatiore sunt quam
 qui ex sententia sua atque ex uoto agunt. humiles sunt reli-
 giosi, hoc uolunt; pauperes sunt, pauperie delectantur; sine
 ambitione sunt, ambitum respuunt; inhonori sunt, honorem 25
 fugiunt; lugent, lugere gestiunt; infirmi sunt, infirmitate

3 his *B* 4 ueris] uiris *B* fidelibus *** et inpost. *A*
 5 in pastoribus *B m. 1* doleant *sed n punct. B* 6 doleat ***
 cumqui mali *sed cum punct. A* cum utique quicumque mali *B*
corr. ex cum utique qui *m.* 9 uindi***bissimis *A* 10 quaestibus
Rittershusius: questibus *A* quaestionibus *B* 11 negotiationes **ta-
 tis quorum *A* 12 miseri ** quia *A* 14 quam sunt ** ergo *A*
 15 pro *** libet *A* 17 beati ** est ut *A* 19 estimet *B*
 20 sensu *** cuiusquam *A* 21 sua *** beatiore *A* 23 atque
 uoto *B* humi***lunt pauperes *A* 24 pauperiae *A* sine ***
 in honore (*sic*) sunt *A* 26 fugiunt] respuunt *B* infirmi *** cum
 enim *A*

laetantur. cum enim, inquit apostolus, infirmor, tunc potens sum. nec immerito sic arbitratur, ad quem deus ipse sic loquitur: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur. nequaquam ergo nobis dolenda est
 5 haec afflictio infirmitatum, quam intellegimus matrem esse uirtutum. itaque quicquid illud fuerit, quicumque uere religiosi sunt, beati esse dicendi sunt, quia inter quamlibet dura quamlibet aspera nulli beatiores sunt quam qui hoc sunt quod uolunt. soleant quamuis esse nonnulli, qui turpia atque obscena
 10 sectantes, etsi iuxta opinionem suam beati sunt, quia adipiscuntur quod uolunt, re tamen ipsa beati non sunt, quia quod uolunt nolle debuerant. religiosi autem hoc cunctis beatiores sunt, quia et habent quae uolunt et meliora quam quae habent omnino habere non possunt. labor itaque et ieiunium et pau-
 15 pertas et humilitas et infirmitas non omnibus sunt onerosa tolerantibus sed tolerare nolentibus. siue enim grauia haec siue leuia, animus tolerantis facit. nam sicut nihil est tam leue, quod non ei graue sit qui inuitus facit, sic nihil est tam graue, quod non ei qui id libenter exequitur leue esse uideatur. nisi 10
 20 forte antiquis illis priscae uirtutis uiris, Fabiis, Fabriciis, Cincinnatis, graue fuisse existimamus, quod pauperes erant qui diuites esse nolebant, cum omnia scilicet studia omnes conatus suos ad communia emolumenta conferrent et crescentes reipublicae uires priuata paupertate ditarent. numquid parcam
 25 illam tunc agrestemque uitam cum gemitu et dolore tolerabant, cum uiles ac rusticos cibos ante ipsos quibus coxerant focos sumerent, eosque ipsos capere nisi ad uesperam non liceret? numquid aegre ferebant, quod auara ac diuite conscientia auri

1 II Cor. 12, 10

3 II Cor. 12, 9

1 apostolus infi**** ipse sic loq. *A* 2 deus *B s. l. add. m. 2*
 3 nam * in *** ergo *A* 5 intellegimus *** quicquid *A* 6 religi-
 osi *** dura *A* 7 ducendi *malit Halmius* 8 beatiores **** esse
 nonnulli *A* dira *A corr. ex dura m. 2* 9 atque ob**** quod
 uolunt *A* 11 re *** non sunt *** hoc cunctis *A* 15 et infir-
 mitas *A s. l. m. 1* 18 ei grauis non *B* 24 ditarentur *A*
 28 auara ac *ex auara a corr. B m. 2* di**** auri *A*

talenta non premerent, cum etiam argenti usum legibus coer-
 cerent? numquid illecebrae et cupiditatis poenam putabant,
 quod distenta aureis nummis marsupia non haberent, cum
 patricium hominem, quod usque ad decem argenti libras diues
 11 esse uoluisset, indignum curia iudicarent? non despiciebant 5
 tunc, puto, pauperes cultus, cum uestem hirtam ac breuem
 sumerent, cum ab aratro arcesserentur ad fasces et inlustrandi
 habitu consulari illis fortasse ipsis quas adsumpturi erant
 imperialibus togis madidum sudore puluerem detergerent. itaque
 tunc illi pauperes magistratus opulentam rempublicam habe- 10
 bant, nunc autem diues potestas pauperem facit esse rem-
 publicam. et quae, rogo, insania est aut quae caecitas, ut ege-
 stuosa ac mendicante republica diuitias posse credant stare
 priuatas? tales ergo tunc ueteres Romani erant et sic illi tunc
 contemnebant diuitias nescientes deum, sicut nunc spernunt 15
 12 sequentes dominum. quamquam quid ego de illis loquor, qui
 cura imperii propagandi contemptum propriae facultatis ad
 opes publicas conferebant et, licet priuatim pauperes essent,
 diuitiis tamen communibus abundabant, cum etiam Graeci
 quidam sapientiae sectatores sine ullo publicae utilitatis affectu 20
 prope omni se rei familiaris usu assequendae gloriae auiditate
 nudauerint, nec solum hoc, sed etiam usque ad contemptum
 doloris ac mortis doctrinae suae culmen erexerint, dicentes
 scilicet etiam in catenis atque suppliciis beatum esse sapientem.
 tantam uirtutis uim esse uoluerunt, ut non possit esse umquam 25
 uir bonus non beatus. si ergo illi a quibusdam nunc etiam
 sapientibus uiris miseri non putantur, qui nullos laboris sui
 fructus nisi ex praesenti tantum laude capiebant, quanto magis

1 coercerent ** et A 3 marsup*** cum patr. A 4 decem
 usque ad B m. 1 5 uoluis** num curia A 6 uestem ** breuem
 A 7 in lustrandi A illustrandi B 8 consulare B m. 1
 9 sudore ** itaque A 10 rempublicam * nunc A 12 insan****
 aecitas A aegestuosa ac medicante A 13 stare * tales A
 15 contempnebant tunc B 16 ego] ergo A loquor ** imperii
 A 18 publicas opes B (et Halmius) conferebant*** diuitiis A
 20 publice A utilitatibus A sed hu punct. 25 uim uirtutis ex
 uim uirtus B corr. m. 2 nūquam sed u punct. B

religiosi ac sancti uiri miseri non putandi sunt, qui et praesentis fidei oblectamenta capiunt et beatitudinis futurae praemia consequentur.

III. Dixit quidam ex istis, de quibus querimur, cuidam sancto 13
 5 uiro secundum ueritatis regulam sentienti, id est, quod deus
 omnia regeret ac, prout humano generi necessarium nosset,
 moderationem suam et gubernaculum temperaret: quare ergo,
 inquam, tu ipse infirmus es? hoc utique eo sensu atque iudicio,
 hoc est: si deus, ut putas, in hac praesenti uita omnia regit,
 10 si deus cuncta dispensat, qua ratione sanus ac fortis est homo,
 quem peccatorem scio, et tu infirmus, quem sanctum esse non
 ambigo? quis tam profundi cordis uirum non admiretur, qui
 merita religiosorum atque uirtutes tam magnis retributionibus
 dignas putat, ut in praesenti hac uita carnes et fortitudines
 15 corporum praemia putet debere esse sanctorum? respondeo 14
 igitur non unius tantum religiosi nomine sed uniuersorum:
 quaeris igitur, quisquis ille es, qua ratione infirmi sint sancti
 uiri? respondeo breuiter: quia ideo sancti uiri infirmiores se
 esse faciunt, quia, si fortes fuerint, sancti esse uix possunt.
 20 opinor enim omnes omnino homines cibus ac poculis fortes
 esse, infirmos autem abstinencia ariditate ieiuniis. non ergo
 mirum est, quod infirmi sunt qui usum earum rerum respuunt,
 per quas alii fortes fiunt. et est ratio cur respuant, dicente
 Paulo apostolo de se ipso: castigo corpus meum et ser-
 25 uitudini subicio, ne forte, cum aliis praedicauerim,
 ipse reprobus efficiar. si infirmitatem corporis adpetendam
 sibi etiam apostolus putat, quis sapienter euitat? si fortitudinem
 carnis apostolus metuit, quis rationabiliter fortis esse prae-
 sumit? haec ergo ratio est, qua homines Christo dediti et

24 I Cor. 9, 27

1 presentia *A* 6 prout humano generi necessarium *Rittershusius*:
 pro humano genere necessarium *AB* 9 hoc est *interpolatum esse*
putarim 10 sanus *B* *add. m. 2 et mut. satis in fortis* 11 non
B s. l. m. 1 14 et] atque *B* 23 respuant *ex respuunt corr. B*
m. 2 24 seruituti subicio] in seruitutem redigo *B* 26 reprobos
A s. o ult. syll. scr. u m. rec.

- 15 infirmi sunt et uolunt esse. absit autem ut hoc argumento religiosos putemus a deo neglegi, per quod confidimus plus amari. legimus Timotheum apostolum carne infirmissimum fuisse. numquid neglegebatur a domino aut ob infirmitatem Christo non placuit qui ad hoc infirmus esse uoluit ut placeret? 5 quemque etiam ipse apostolus Paulus, licet nimiis iam infirmitatibus laborantem, non tamen nisi paxillulum uini sumere ac delibare permisit: hoc est, ita eum uoluit infirmitati suae consulere, quod noluit tamen ad fortitudinem peruenire. et hoc cur ita? cur absque dubio, nisi quia, ut ipse dicit: caro 10 concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem? haec enim, inquit, inuicem sibi aduersantur, ut non quaecumque uultis, illa faciatis.
- 16 non imprudenter quidam hoc loco dixit, quod, si repugnante corporis fortitudine quae optamus facere non possumus, infir- 15 mandum nobis carne sit, ut optata faciamus. infirmitas enim, inquit, carnis uigorem mentis exacuit, et affectis artubus uires corporum in uirtutes transferuntur animarum. non turpibus flammis medullae aestuant, non male sanam mentem latentia incen- 20 tiua succendunt, non uagis sensus per uaria oblectamenta lasciuiunt, sed sola exultat anima, laeta corpore adfecto quasi aduersario subiugato. haec ergo, ut dixi, religiosis uiris causa infirmitatis est: eamque esse nec tu, ut arbitror, iam negas. 25
- 17 IIII. Sed sunt fortasse, inquis, alia maiora, id est, quod multa in uita ista aspera atque acerba patiuntur, quod capiuntur, quod torquentur, quod trucidantur. uerum est: sed quid facimus, quod et prophetae in captiuitatem abducti sunt et apostoli etiam tormenta tolerarunt? et certe dubitare non 30

6 I Tim. 5, 23

10 Gal. 5, 17

16 Saluianus in ep. V 4

2 nimiis ex minus *B* corr. m. 2et *A* et *B* corr. m. 2, ut uideturex spiritum *B* corr. m. 1, ut uidetur*Saluianus in epist. V 4 habet, item*29 abducti ex ducti *B* corr. m. 2

7 paxillulum ex paxillulum

8 infirmitatis *B*

12 carnem

16 infirmitas] inbecillitas

19 animorum pro animarum

possumus, quod tunc deo maxime curae erant cum pro deo
ista paterentur. at forsitan hoc ipso magis probare te dicis,
quod deus in saeculo isto omnia neglegat et futuro totum
iudicio reseruet, quia semper et boni omnia mala passi sunt
5 et fecerunt mali. non infidelis quidem uidetur adsertio, maxime
quia futurum dei iudicium confitetur, sed nos ita iudicandum 18
humanum genus a Christo dicimus, ut tamen etiam nunc omnia
deum, prout rationabile putat, regere ac dispensare credamus,
et ita in futuro iudicaturum adfirmamus, ut tamen semper
10 etiam in hoc saeculo iudicasse doceamus. dum enim semper
gubernat deus, semper et iudicat, quia gubernatio ipsa iudicium
est. quot modis hoc uis probemus? ratione an exemplis an testi- 19
moniis? si ratione, quis tam expertus humanae intelligentiae est
et huius ipsius de qua loquimur ueritatis alienus, qui non
15 agnoscat ac uideat pulcherrimum mundi opus et inaestimabilem
supernarum infernarumque rerum magnificentiam ab eodem
regi a quo creata sit, quemque elementorum fabricatorem
eundem etiam gubernatorem fore; qui cuncta scilicet qua
potestate ac maiestate condiderit, eadem etiam prouidentia ac
20 ratione moderetur, praesertim cum etiam in his quae humano
actu administrantur nihil penitus sine ratione consistat, om-
niaque ita a prouidentia incolumitatem quasi corpus ab anima
uitam trahant; ideoque in hoc mundo non solum imperia et
prouincias neque rem ciuilem ac militarem, sed etiam minora
25 officia et priuatas domos, pecudes denique ipsas et minutissima
quaeque domesticarum animantium genera non nisi humana
ordinatione atque consilio quasi quadam manu et gubernaculo
contineri. et haec omnia sine dubio uoluntate ac iudicio
summi dei: scilicet ut eo exemplo omne humanum genus 20
30 particulas rerum et membra regeret, quo ipse summam totius

1 maxime deo *A* sed signis transpositionis *m. 1* additis 2 hoc
B add. *m. 2* 4 reseruauit *B* 9 adfirmemus (*non* affirmemus)
B 11 est iudicium *B* 12 quod et *A* et *B m. 1* hoc uis *ex*
huius *A* corr. *m. rec.* huius uis *B* (*item v*, sed in *mg.* hoc adscripsit
Brassicanus) 21 omniaquae *A m. 1* 22 a om. *A* incolu-
mitatem *B* 23 idēque *B* 24 prouintiis *A* neque] atque *B*
26 humana s. *scr. m. rec.* diuina *A* 29 genus humanum *B*

mundani corporis gubernaret. sed in principio, inquis, creaturarum haec sunt a deo statuta atque disposita: ceterum patrata uniuersitate rerum atque perfecta remouit a se cunctam terrestrium rerum curam et ablegauit: laborem uidelicet forte fugiens a suo loco amandauit et molestiam fatigationis euitans 5 aut occupatus negotiis aliis partem rerum reliquit, quia totum obire non possit.

- 21 V. Remouet igitur a se, inquis, curam mortalium deus. et quae ergo nobis diuinae religionis est ratio? quae uel causa Christum colendi uel spes propitiandi? si enim neglegit deus 10 in hoc saeculo genus hominum, cur ad caelum cotidie manus tendimus? cur orationibus crebris misericordiam dei quaerimus? cur ad ecclesiasticas domus currimus? cur ante altaria supplicamus? nulla est enim nobis ratio precandi, si spes tollitur impetrandi. uides ergo quam stulta atque inanis sit 15 huius persuasionis adsertio: quae utique si recipitur, nihil 22 penitus de religione seruatur. sed ad illud forte confugas, ut dicas nos metu futuri iudicii deum colere et id omni praesentium officiorum cultu elaborare, ut in die futuri iudicii mereamur absolui. quid ergo sibi uult apostolus Paulus praeci- 20 cipiens cotidie in ecclesia ac iubens ut offeramus iugiter deo nostro orationes obsecrationes postulationes gratiarum actiones? et haec omnia quam ob causam? quam utique nisi, ut ipse dicit, ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni castitate? pro praesentibus, ut uideamus, 25 domino supplicari iubet et orari, quod utique non iuberet 23 nisi exorari posse confideret. quomodo ergo aliquis pro obtinendis futuri temporis bonis apertas dei aures, pro praesentibus autem clausas atque obstructas putat? aut quomodo nos in

20 I Tim. 2, 1 sq.

3 remouit *ex* remou& *A* corr. *m.* 2 5 amandauit *v* corr. (*man. Brassicani ut uidetur*): commendauit *AB* (*et quidem B uerba a suo loco comm. in mg. habet m. 2*) 9 quē (*ante uel*) *B* 10 propitiandi *A* 13 domos *B* 17 confugas *B* 18 id omni] ideo omnium *B* 19 iudicii] saeculi *B* 20 meream *sed rasura sup.* *m lit. fn.* *B* 21 ecclesia *B et eras. m v: ecclesiam AB Halmius offerantur B* 26 supplicari *AB: supplicare Halmius orari et paulo post exorari Hartelius: orare et exorare AB quod om. B*

ecclesia supplicantes praesentem nobis salutem a deo poscimus, si audiendos nos penitus non putamus? nulla ergo nobis pro incolomitatibus ac prosperitatibus nostris uota facienda sunt. quin potius, ut modestia supplicationis uocem conciliet postulantis, dicendum fortasse nobis est: domine, non prosperitatem uitae istius petimus nec pro bonis praesentibus supplicamus: scimus enim aures tuas his obsecrationibus clausas esse et auditum te ad preces istiusmodi non habere, sed pro his tantummodo petimus, quae sunt futura post mortem. esto ²⁴ igitur postulatio talis utilitate non careat: quomodo ratione subsistit? si enim deus a respectu huius saeculi curam remouet et postulantium precibus aures suas claudit, absque dubio, qui non audit nos pro praesentibus, non audit etiam pro futuris, nisi forte credimus pro precum diuersitate aures ¹⁰ suas Christum uel tribuere uel negare, id est, ut claudat eas cum rogatur praesentia, aperiat cum futura. sed de his di- ²⁵ cendum amplius non est; tam stulta enim sunt et tam friuola, ut cauendum sit, ne id ipsum, quod pro honore dei dicitur, iniuria dei esse uideatur. tanta quippe est maiestatis sacrae ²⁰ et tam tremenda reuerentia, ut non solum ea, quae ab illis contra religionem dicuntur, horrere, sed etiam ea, quae pro religione nos ipsi dicimus, cum grandi metu ac disciplina dicere debeamus. igitur si stulte atque impie creditur, quod ²⁶ curam rerum humanarum pietas diuina despiciat, ergo non despicit: si autem non despicit, regit: si autem regit, hoc ipso quod regit iudicat, quia regimen esse non potest, nisi fuerit iugiter in rectore iudicium.

VI. Sed parum esse fortasse quispiam putet, quod hoc ratio ²⁷ declarat, nisi probetur exemplis. uideamus qualiter mundum ³⁰ a principio deus rexit, et ita eum semper omnia gubernasse monstrabimus, ut simul etiam iudicasse doceamus. quid enim

1 a s. l. m. 1 A 2 audiendo A 3 incolomitatibus B *plerumque*
 5 est nobis fortasse B 8 praeces A 11 remouet A *quod retinui mutato sequente claudit in claudit; cfr. Sitz. Ber. p. 24* remouit B
 17 friuola sic A *ubique: friuola B ubique*
 22 grandi ex grande A *corr. m. 2* 24 humanarum rerum B

scriptura dicit? formauit igitur deus hominem de limo terrae et inspirauit in eum spiraculum uitae. et quid postea? posuit, inquit, eum in paradiso uoluptatis. quid deinceps? dedit scilicet legem, praeceptis imbuuit, institutione formauit. quid autem post haec secutum est? 5 praeteriit homo mandatum sacrum, sententiam subiit, para-
 28 disum perdidit, poenam damnationis exceptit. quis non in his omnibus et gubernatorem deum uideat et iudicem? constituit enim Adam in paradiso innocentem, expulit reum. in constitutione ordinatio est, in expulsionione iudicium. quando enim 10 eum in loco uoluptatis posuit, ordinauit, quando autem reum de regno expulit, iudicauit. ergo hoc de primo homine, id est de patre. quid de secundo, id est de filio? factum est, inquit scriptura sacra, post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terrae munera domino. Abel 15 quoque obtulit de primitiis gregis sui et de adipibus eius. et respexit dominus ad Abel et ad munera eius, ad Cain uero et ad munera illius non
 29 respexit. priusquam de euidentiore iudicio dei dicam, puto quod etiam in his quae iam diximus quaedam censura iudicii 20 est; in hoc enim, quod unius sacrificium deus suscipit alterius excludit, euidentissime utique et de unius iustitia et de iniquitate alterius iudicauit. sed hoc parum est. Cain igitur futuro facinori uiam sternens fratrem in solitudinem trahit, secretis patrocinantibus scelus peragit, impiissimus pariter et 25 stultissimus, qui ad perpetrandum maximum nefas sufficere sibi credit, si aspectus uitaret hominum fratricidium deo teste facturus. unde puto, quod haec in illo iam tunc opinio fuerit quae nunc in multis est, deum scilicet terrestria non respicere et actus sceleratorum hominum non uidere. nec 30 dubium est, cum post facinus admissum dei sermone conuentus

1 Gen. 2, 7

3 Gen. 2, 8

13 Gen. 4, 3 sq.

3 eum inquit <i>B</i>	7 dampnationis <i>A</i>	in <i>om.</i> <i>A</i>	9 reum
eū <i>B</i>	19 euidentiori <i>B</i>	20 etiam quod <i>B</i>	21 suscepit
<i>B</i>	22 et unius <i>B</i> (<i>om.</i> de)	24 solitudine <i>B</i>	26 sufficere
bis <i>A m.</i> 1	27 aspectu sui daret <i>sed t sup.</i> d <i>adscr.</i> <i>m.</i> 2 <i>A</i>		

nihil se de caede fratris scire responderit. adeo inscium facti
 sui deum arbitratur, ut crederet feralissimum nefas tegi
 posse mendacio. at aliter expertus est quam putabat. nam
 deum, a quo non existimauit uideri scelera cum occideret,
 5 sensit uidere cum damnaretur. hic nunc requirere ab illis 30
 uolo, qui negant res nunc humanas uel respici a deo uel regi
 uel iudicari, an cuncta in his quae diximus e diuerso sint.
 puto enim, quod praesens est qui sacrificio interest, et regit
 qui Cain post sacrificia castigat, et sollicitus est qui ab inter-
 10 fectore interfectum requirit, et iudicat qui percussorem im-
 pium iusta animaduersione condemnat. in quo quidem etiam
 illud non incommode, uerum ne miremur nunc sanctos homines
 quaedam aspera pati, cum uideamus, quod iam tunc deus
 etiam per maximum nefas primum sanctorum siuit occidi.
 15 quae quidem qua ratione patiatur, neque humanae imbecillitatis
 est plena indage cognoscere neque nunc temporis dis-
 putare. interim probare satis est, omnia istiusmodi non
 negligentia aut incuria dei fieri, sed consilio ac dispensatione
 permitti. nequaquam autem iniustum possumus dicere, in quo
 20 diuinum esse iudicium non possumus denegare, quia summa
 iustitia est uoluntas dei; neque enim ideo non iustum est,
 quod diuinitas agit, quia capere uim diuinae iustitiae homo
 non ualet. sed ad propositum reuertamur.

VII. Videmus ergo in his quae dicta sunt nihil incuria dei 31
 25 actum, sed quia quaedam ex his dispositio diuina ita ordinauit,
 quaedam patientia sustinuit, quaedam sententia uindicauit.
 sed non satis quidam forte existimant, haec quae dicimus nos
 probasse per paucos: uideamus an id ipsum manifestare pos-
 simus etiam per uniuersos. aucta igitur ac multiplicata humani
 30 generis multitudine simul et iniquitate, uidens deus, inquit

23 Gen. 6, 5

1	decide AB	responderat A	4 estimauit AB	uidere
A	5 hinc B	9 et om. B	11 condempnat ut paulo ante	
			dampnaretur AB et sic in his uerbis fere ubique	12 nemeremur
A	14 primum om. B m. 1	19 possi** A	20 possumus	
B	24 dei incuria B	30 uidens inquit deus AB; uerba scri-		

scriptura sacra, quod multa malitia hominum esset in terra et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, paenituit eum quod hominem fecisset in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creauī, a 5
 32 facie terrae. consideremus quemadmodum in his omnibus et sollicitudo domini pariter et seueritas indicetur. primum enim ait 'uidens autem deus', secundo 'tactus dolore cordis intrinsecus', tertio 'delebo, inquit, hominem quem creauī'. in hoc siquidem, quod uidere omnia deus dicitur, cura eius 10 ostenditur, in hoc, quod dolet, terror irati, in hoc, quod punit, seueritas iudicantis. 'paenituit ergo deum', inquit scriptura sacra, 'quod hominem fecisset in terra', non quod deus huic sit obnoxius motui aut ulli subiaceat passioni, sed sermo diuinus ad insinuandam plenius nobis ueram scripturarum 15 intellegentiam, quasi humano nobiscum affectu loquens, sub nomine paenitentis dei uim demonstrauit irati; ira est autem
 33 diuinitatis poena peccantis. quid ergo post haec secutum est? cum, inquit, uidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noë: finis uniuersae carnis uenit coram 20 me, repleta est terra iniquitate a facie eorum et ego disperdam eos cum terra. et quid postea? rupti sunt, inquit, omnes fontes abyssi magnae et cataractae caeli apertae sunt factaque est pluuia super

19 Gen. 6, 12

23 Gen. 7, 11

ptura sacra *fort. delenda esse putat Halmius ut sit inquit nostrum 'heisst es'; malui uero de transpositione cogitare haud raro et in A obuia, praesertim cum haec citandi ratio Saluiano sollempnis esse uideatur cf. III 8 bis; in primis aduerte priorem locum, ubi est: qui (sc. deus) iussit: maledici, inquit sermo diuinus, regnum etc., ubi maiore iure de glossemate in uu. sermo diu. cogitaueris; IIII 2; VI 5; ad Eccles. I 7. III 10. 12. 19 etc.* 3 poenituit A qui alias plerumque penituit uel penituit habet; penituit (sic) B 10 deus s. l. B
 11 punitur A 12 ergo inquit deum sacra scr. quod AB 'fort. inquit eum [scriptura sacra] quod' Halmius; nos iterum transposuimus duo uu. ut supra §. 31 15 ueram ex rerum in v corr. Brassicanus: rerum AB 16 intellegentiam hic et A 20 terrae s. scr. m. 1 carnis B 23 cata*** apertae A

terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus. et paulo post: consumpta est omnis caro, quae mouebatur super terram. et deinceps: remansit autem solus Noë et qui cum eo erant in arca. hic nunc requirere ab illis uolo, qui incuriosum rerum humanarum appellant deum, an illo tempore uel curasse eum terrestria credant uel iudicasse? puto enim non iudicauit tantum sed etiam dupliciter iudicauit; nam et dum seruat bonos pium se retributorem, et dum condemnat malos seuerum iudicem
 10 comprobauit. sed haec forsitan apud stultos, quia ante di- 34
 luuium, id est, quasi alio quodam saeculo gesta sunt, minus auctoritatis habere uideantur: quasi uero aut tunc alius deus fuerit aut postea eandem mundi curam habere noluerit. possum quidem diuino munere per singulas post diluuium gene-
 15 rationes probare quae dico, sed et enormitas uetat et tamen certa quaedam ac maiora sufficiunt, quia, cum idem sit absque dubio maiorum pariter ac minorum deus, id profecto intelligendum est in minoribus, quod in maioribus comprobatur.

VIII. Igitur cum post diluuium generationi hominum bene- 35
 20 dixisset deus, immensam hominum multitudinem benedictio ipsa generasset, loquitur ad Abraham dominus e caelo, iubet ut deserat terram suam, inquirat alienam. uocatur sequitur adducitur conlocatur, fit de paupere locuples de ignoto potens, infimus peregrinatione excellentissimus dignitate. sed ne haec
 25 tamen, quae ei data a deo fuerant, muneris tantum uiderentur fuisse non meriti, qui laetabatur prosperis probatur aduersis. sequitur quippe labor periculum timor: uexatur commigratione

2 Gen. 7, 21 21 Gen. 12, 1

5 humanarum s. l. m. 2 B 6 terrestria ex terrestrium corr. in
 v Brassicanus: terrestri* u* A terrestriū B ('terrestrium haud scio an
 recte ut sit graecismus' Halmius cf. infra c. VIII init.: curare pariter
 res humanas deum; quod antecedit humanarum corruptelae causa
 fuit) 10 cōprobauit A ēprobauit B 11 quo*dam (sic) v: quondam
 AB 12 aut om. B alius deus tunc B 14 per singulas
 B m. 2 add. 18 conprobatur B 20 inmensamque B 21 iu-
 bens ex iubet in v Brassianus 25 uideretur B 26 non fuisse
 meriti B

fatigatur exilio, contumelia adfcitur uxore priuatur; immolari sibi deus filium iussit, pater obtulit et quantum ad definitionem cordis pertinet immolauit. rursum exilia rursum metus, Philistinorum inuidia Abimelech rapina, multa quidem mala sed tamen paria solacia: nam etsi a plurimis adfcitur, tamen 5
 36 de omnibus uindicatur. quid igitur? in cunctis istis, quae memorauimus, num deus non est et inspector et inuitator et ductor et sollicitus et sponsor et protector et munerator et probator et sublimator et ultor et iudex? inspector quippe est, dum ex omnibus unum eligit, quem meliorem uidit; inuitator, 10 dum uocat; ductor, dum ad ignota perducit; sollicitus, dum ad ilicem uisit; sponsor, dum futura promittit; protector, quia inter gentes barbaras textit; munerator, quia locupletauit; probator, quia temptare asperis uoluit; sublimator, quia potentio-
 37 ultus est; iudex, quia dum uleiscitur, iudicauit. subiungit autem statim huic historiae deus, dicens: clamor Sodomorum et Gomorrae multiplicatus est, et peccatum eorum adgrauatum est nimis. clamor, inquit, Sodomorum et Gomorrae multiplicatus est. pulchre clamorem dixit in se 20 habere peccata; grandis enim absque dubio peccantium clamor est, qui a terra ascendit ad caelum. quare autem peccata hominum quasi clamare testatur? scilicet quia caedi aures suas deus dicit clamoribus peccatorum, ne differatur poena peccantium. et uere clamor et grandis clamor est, quando 25 pietas dei peccatorum clamoribus uincitur, ut peccantes punire cogatur. ostendit ergo dominus, quam inuitus puniat etiam grauissimos peccatores, dicens, quod clamor Sodomorum ad se ascenderit. hoc est dicere: misericordia quidem mea mihi suadet ut parcam, sed tamen peccatorum clamor cogit ut 30

17 Gen. 18, 20

1 immolare <i>A</i>	2 sibi filium deus <i>B</i>	5 solatia <i>A</i>	8 nume- rator <i>B</i>
	13 protexit <i>B</i>	14 temptari <i>B</i>	15 aduersariis <i>ex</i> auersariis <i>corr. A m. rec.</i>
<i>B</i>	20 pulchrae <i>punct. a lit. A</i>	18 et 20 gomorrae <i>A</i>	19 aggrauatum
<i>ex deferatur corr. A m. rec.</i>		24 dicitur <i>A</i>	differatur
		28 ad se <i>ex a se corr. A m. rec.</i>	
30 suadit <i>A</i>			

puniam. cum ergo ista dixisset, quid consecutum est? mit- 38
 tuntur angeli Sodomam, proficiscuntur introeunt, bonorum
 fouentur officio malorum uexantur iniuria; caecantur improbi
 saluantur probi. Loth cum affectibus piis urbe educitur, urbs
 5 cum habitatoribus impiis concrematur. interrogo hic, utrumnam
 deus ex iudicio malos an sine iudicio concremarit? qui sine
 iudicio Sodomitas punitos a deo dicit, iniquum deum arguit:
 si autem cum iudicio malos perdidit, iudicauit. iudicauit
 utique et quidem iam quasi ad instar futuri iudicii iudicauit,
 10 cum enim ad supplicium malorum gehennam in futuro ar-
 suram esse manifestum sit, Sodomam autem et uicinas ei
 urbes caelestis flamma consumpserit. in praesenti autem illud 39
 quod futurum est deus uoluit declarare iudicium, quando super
 impium populum gehennam misit e caelo, sicut etiam apostolus
 15 dicit, quod deus ciuitates Sodomam et Gomorram euersione
 damnarit exemplum ponens impie acturis, quamuis id ipsum
 quod ibi actum est plus habuerit misericordiae quam seueri-
 tatis. quod enim poenam tam diu distulit, misericordiae
 fuit, iustitiae, quod aliquando puniuit. et ideo cum angelos
 20 Sodomam deus mitteret, hoc nobis probare uoluit, quod etiam
 malos puniret inuitus: scilicet ut, cum legeremus quae a
 Sodomitis angeli pertulissent et uideremus scelerum immani-
 tatem criminum turpitudinem libidinum obscenitatem, pro-
 baret utique nobis deus, quod ipse eos noluerit perdere, sed
 25 ipsi extorserint ut perirent.

VIII. Possum innumera proferre, sed uereor, ne dum satis 40
 rem probare nitimur, historiam texuisse uideamur. Moyses in

1 Gen. 19

15 II Pet. 2, 6

27 Exod. 3

4 loht *B* 5 concrematur impiis *B* hic *B* s. l. m. 2
 10 enim fort. ex cum quod praecedat dittographia ortum est; uid. infra
 ad §. 40 suplicium *B* gehenna—arsura *AB* genā (e lit. alt.
 s. scr.) — arsuram v 11 autem *A* (quod Halmium fugit): om. *B*
 ei non eius etiam *B* 15 gomurram *A* 16 dampnaret *B* m. 1
 18 poenam eorum *B* (eorum in *A* deesse Halmium fugit) 24 sed ipsi
 —proferre *A* in mg. inferiore antiqua manu et alio atramento scripta
 habet 26 dum *B* s. l. m. 1 ut uid. 27 rem probare] reprobare
B retinemur sed m. rec. s. scr. nitimur *A* renitimur *B*

deserto positus gregem pascit, rubum ardere conspicit, deum ex rubo audit, praecepta accipit, potestate exaltatur, ad Pharaonem mittitur, uenit loquitur contemnitur uincit. Aegyptus percutitur, Pharaonis inoboedientia uerberatur et quidem non uno modo, scilicet ut plus sacrilegus torqueatur diuersitate 5 supplicii. et quid postremo? decies rebellat decies uerberatur. quid ergo dicimus? puto quod in his omnibus et curare pariter res humanas deum et iudicare cognoscas. in Aegypto quippe tunc enim non simplex tantum sed multiplex constat dei fuisse iudicium; quotienscumque enim rebellantes Aegyptios 10 41 percussit totiens iudicauit. sed post ista, quae diximus, quid secutum est? Israhel dimittitur, pascha celebrato Aegyptios spoliatur, diues abscedit. Pharaonem paenitet, exercitum contrahit, ad fugientes peruenit, castris iungitur, tenebris separatur, siccatur pelagus, Israhel graditur, officiosa undarum 15 patientia liberatur. Pharaon sequitur, mare super eum reuoluitur, fluctu operiente deletur. puto iam non obscurum in his quae acta sunt dei esse iudicium, et quidem non iudicium tantum sed etiam moderationem atque patientiam: patientiae enim fuit quod Aegyptii rebellantes saepe percussi sunt, iu- 20 42 dicii quod contumaciae pertinaces morte damnati. igitur post hunc rerum gestarum ordinem ingreditur heremum uictrix sine bello gens Hebraeorum. agit iter sine itinere, uia sine uia, praeuio deo, diuino commilitio honorabilis, ductu caelesti potens, sequens mobilem columnam, nubilam die, igneam 25 nocte, congruas colorum diuersitates pro temporum diuersitate sumentem, scilicet ut et diei lucem lutea obscuritate distingueret et caliginem noctis flammeo splendore claritate radiaret.

1 rubum A 2 accepit A 3 contemnitur AB fere ubique
 9 enim deleuit Rittershusius: fort. recte, praesertim cum
 ad §. 38 10 quotienscumque et totiens A (non quotiescumque et
 toties ut Halmius refert) et B 12 sequutum A Israhel A fere
 ubique, alias isrl̄ ut B pascha celebrat B 16 uoluitur B
 20 percussit iudicii (om. sunt) B 22 hunc nos: hanc AB Halmius
 (om. Ttv) 23 hebreorum AB 24 comilitio (sic) A cōmilitio B

adde huc fontes repente natos, adde medicatas aquas uel datas 43
 uel immutatas, speciem seruantes naturam relinquentes, adde
 aperta erumpentibus riuis montium capita, adde scaturientia
 nouis puluerulenta arua torrentibus, adde inlatos itinerantium
 5 castris alitum greges, deum pietate indulgentissima non usibus
 tantum hominum sed etiam inlecebris seruientem, datum per
 quadraginta annos astris cotidie famulantibus cibum, rorantes
 iugiter escis dulcibus polos, non ad uictum tantum sed etiam
 ad delicias profluentes: adde homines in nullis membrorum
 10 suorum partibus accessus et decessus humanorum corporum
 sentientes, ungues non auctos, dentes non imminutos, capillos
 semper aequales, non adtritos pedes, non scissas uestes, cal-
 ciamenta non rupta, redundantem hominum honorem usque
 ad induuiarum uilium dignitatem: adde huc erudiendae gentis
 15 officio descendente ad terras deum, adcommodantem se
 terrenis uisibus deum filium, innumerae multitudinis plebem
 in consortium diuinae familiaritatis admissam, sacrae amicitiae
 honore pollentem: adde huc tonitrua, adde fulgura, terribiles
 bucinarum caelestium sonos, tremendum undique totius aëris
 20 fragorem, polos sacris clangoribus mugientes, ignes caligines
 nebulas deo plenas, loquentem comminus dominum, legem
 diuino ore resonantem, incisam digito dei litteras apices
 paginas, saxeam uolumen, discentem populum et docentem
 deum ac mixtis paene hominibus atque angelis unam caeli ac
 25 terrae scholam. sic enim scriptum est, quod cum retulisset 44

1 fontes *ex fonte corr. A m. 1* 3 aperte *A* addescatur
 rientia *A m. 1* adde scaturientia *B* 7 XL *A* quadraginta *B*
 cottidie *B* 11 sentientes *Halm: nescientes AB* auctos *Tv:*
 actos *AB* 12 adscissas *A quod uerbum fort. ad exemplum praece-*
dentis adtritos a Saluiano nouatum est 13 honoremusq: adinduui-
 arum *A (in mg. add. m. rec. induuiarum)* 15 accommodantem *B*
 16 usibus *Rittershusius* dei filium *B* innumere *A m. 1 B (in*
munereT) 18 fulg** *A (fuisse uidetur fulgora)* 21 cominus *A*
comut' B (communius Tv quod Brassicanus mutauit in cum mose)
 22 resonante *A* apices *Hartelius: rupices AB Halmius; similiter*
tria substant. posuit paulo ante ignes caligines nebulas 24 ac *B*
s. l. m. 1 25 scolam *B, euauit in A (item in seqq. usque ad uni-*
uersis pauca) post retulisset *in B est dñs sed punct.*

Moyses uerba populi ad dominum, dixerit ei dominus: iam nunc ueniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te. et paulo post: ecce, inquit, coeperunt audiri tonitrua ac micare fulgura et nubes densissima operire montem. et iterum: de- 5 scenditque dominus super montem Sina in ipso montis uertice. ac deinceps: loquebaturque cum Moyse uidentibus uniuersis, quod columna nubis ad ostium staret tabernaculi, stabantque et ipsi et adorabant per fores tabernaculorum suorum. 10 loquebatur dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. quae cum ita sint, uideturne habere hominis curam deus, haec tanta tribuens, haec tanta praestans, participem sermonis sui uilem homunculum faciens et quasi in consortium sacrae sodalitat¹⁵ admittens, aperiens ei plenas diuitiis immortalibus palmas suas, alens eos nectaris poculo, pascens caelesti cibo? quam, rogo, maiorem eis gubernaculi sui praestare curam, quem maiorem praestare potuit affectum, quam ut cum praesentis saeculi uitam agerent, speciem iam futurae beatitudinis possi- 20 derent?

- 45 X. Sed respondeatur forte hoc loco, habuisse quondam hanc hominum curam deum, ceterum nunc penitus non habere. unde hoc ita credimus? forsitan quia, ut illi tunc, manna cotidie non comedimus, cum agros triticeis plenos messibus 25 demetamus? quia coturnices humanis se manibus ingerentes non adprehendimus, cum omnia auium pecudum bestiarum genera deuoremus? quod salientes rupibus aquas apertis oribus non excipimus, cum uinarias domos uinearum fructibus inri-

1 Exod. 19, 9 3 Exod. 19, 16 5 Exod. 19, 20 7 Exod. 33, 9 sqq.

4 audiri *ex* audire *A* *corr. m. 1* fulgora *in A* *fuisse uidetur;*
euauerunt ex parte litt. 6 *Syna B* 9 *ad hostium staret A*
 staret *ad hostium B* 13 *hominis habere B* 14 *homunculum*
uilem B 16 *inmortalibus B* 22 *quondam ex quondam A corr.*
m. rec. 23 *paenitus A* *ut ex ait B corr. m. 1* 24 *mannā*
 cottidie *B* 25 *triticeos B* 26 *dimittamus A* 29 *accipimus*
B *dom' (sic) B*

gemus? addo ego amplius aliquid, quod nos ipsi, qui illos tunc 46
 deo curae fuisse et nos a deo negligi dicimus, si accipere pro
 praesentibus bonis praeterita possemus, respueremus penitus
 condicionis istius optionem. nollemus enim haec quae nunc
 5 habemus amittere, ut possemus ea quibus tunc illi usi sunt
 possidere, non quod nos meliora nunc habeamus, quam gens
 illa tunc habuit, sed quia et illi, qui cotidiano tunc caeli ac
 dei ministerio pascabantur, antiquam uentris ingluuiem bonis
 praesentibus praeferebant, turpissima scilicet ciborum carnalium
 10 recordatione maesti et foetidissimo caeparum atque aliorum
 amore aegrescentes, non quod potiora essent quibus antea usi
 erant, sed quia quod nunc a nobis fit, hoc tunc ab illis. illi
 horrebant quae erant et quae non erant desiderabant: nos
 magis laudamus illa quae tunc fuerunt, quam ista quae nunc
 15 sunt, non quia, si eligendi facultas esset, semper habere illa
 mallems, sed quia usitatum hoc humanae mentis est uitium,
 illa magis semper uelle quae desunt, et quia, ut ille ait, 47
 aliena nobis, nostra plus aliis placent. accedit quoque
 illud, quod generale ferme est omni homini, ut deo semper
 20 ingratus sit, insitoque hoc et quasi natiuo malo se cuncti in-
 uicem uinciunt, ut beneficiis dei detrahant, ne debitores se
 esse cognoscant. sed haec hactenus. nunc ad negotii dudum
 coepti ordinem reuertamur, quamuis, ut reor, non mediocriter
 iam probauerimus quae proposuimus: sed addamus tamen adhuc,
 25 si placet, quippiam, quia melius est plus probare aliquid quam
 necesse est, quam minus forsitan quam negotio debeatur.

XI. Liberatus quondam de Pharaonis iugo populus Hebrae-48

17 Syrus v. 28 ed. Ribb.

2 negligi *B* 6 nunc meliora *B* 7 cottidiano *B* 10 ce-
 parum *B* aliorum *AB* 12 sed quia—quae erant *om. A (et v) sed*
A in mg. inferiore m. 2 eaque admodum antiqua add. 13 quę horrebant
B adiectis m. 2 transpositionis signis 17 desunt. Et quia—placent,
 accidit *etc. sic uulgo interpungitur; mutauimus interpunctionem et accedit*
ex B recepimus auctore Hartelio 18 accidit *A* 19 homini omni
B 21 uincunt *B* uitiant *suspicatus est Hartelius; sed uincire, puto,*
est nostrum 'wie durch einen Zauber bannen'; cf. Sulp. Seu. dialog. I (II)
 9, 6 *et Ouid. fast. II 581* 22 actenus *A* 27 hebreorum *AB*

orum ad Sina montem praeuaricatus est et statim a domino pro errore percussus. sic enim scriptum est: percussit ergo dominus populum pro errore uituli quem fecerat Aaron. quod potuit maius et euidentius de peccatoribus deus ferre iudicium, quam ut statim consequeretur poena peccantes? ⁵ et tamen cum omnis populus reus fuerit, cur non est in omnes missa damnatio? quia pius scilicet dominus partem percussit sententiae suae gladio, ut partem corrigeret exemplo proberetque omnibus simul et coercendo censuram et indulgendo pietatem. censura enim fuit, quod castigauit, pietas quod ¹⁰ pepercit, quamuis utrumque impari modo: plus siquidem tunc pietati datum est quam seueritati. ideo utique, quia cum indulgentissimus dominus propensioem se semper miserationi praestet quam ultioni, licet in coercenda tunc Iudaici exercitus parte iudicio ac seueritati censura diuina aliquid adtribuerit, ¹⁵ maiorem sibi tamen populi portionem pietas uindicauit, specialiter quidem hoc et peculiari tunc innumeræ plebis misericordia, ne omnes scilicet quos reatus complectebatur poena ⁴⁹ consumeret. ceterum erga personas quasdam, ut legimus, ac familias censura dei inexorabilis est, sicut illud, ubi otiante ²⁰ sabbatis populo is, qui colligere ligna usurparat, occiditur: quamuis enim opus ipsum hominis uideretur innoxium, faciebat tamen eum diei obseruatio criminis: uel cum duobus lite certantibus unus quia blasphemarat morte multatur. sic enim scriptum est: ecce autem filius mulieris Israhelitis, ²⁵ quem pepererat de uiro Aegyptio inter filios Israhel, iurgatus est in castris cum uiro Israhelite: cumque blasphemasset dominum et maledixisset ei, adductus est ad Moysen. et paulo post: miserunt,

2 Exod. 32, 35 19 Num. 15 25 Leuit. 24, 10
29 Leuit. 24, 12

1 Syna *B* 3 fœc (= fecit) *B* 4 quid *B* 5 ut *om.* *A*
8 probaretque *B*: praeberetque *A* 11 in pari *B* 12 quia *B om.*
m. 1 15 seueritate *B* 16 tamen sibi *B* **aliter ** et peculiari
A 17 innumeri *AB* 18 complectebatur *B* 19 quasdam per-
sonas *B* 20 dei *B s. l. add. m. 1* est *om.* *A* 21 his qui *A*
occuldi iubetur *B* 25 Israhelitis *et paulo post* Israhel *et* Israhelitae
A isrlitis etc. B 28 dominum] nomen *B* 29 est *om.* *B*

inquit, eum in carcerem, donec uiderent, quid iuberet dominus, qui locutus est ad Moysen dicens: educ blasphemum extra castra, et ponant omnes qui audierunt manus super caput eius et lapidet eum populus uniuersus. numquid non praesens dei est manifestumque iudicium et prolata quasi iuxta humani examinis formam caelesti disceptatione sententia? primum qui peccauerat comprehensus est, secundo quasi ad tribunal adductus, tertio accusatus, deinde in carcerem missus, postremo caelestis iudicii auctoritate punitus: porro autem non punitus tantum sed punitus sub testimonio, ut damnare scilicet uideretur reum iustitia non potestas, exemplo scilicet ad cunctorum emendationem proficiente, ut ne qui postea admitteret, quod omnis in uno populus uindicasset. hac igitur ratione atque iudicio omnia deus et nunc agit et semper egit, scilicet ut correctioni omnium proficeret quicquid singuli pertulissent. sicut etiam illud fuit, cum Abiu et Nadab, sacerdotalis sanguinis uiri, caelesti igne consumpti sunt: in quibus utique non iudicium tantum sed praesens ostendere deus uoluit impendensque iudicium. sic enim scriptum est, quod, cum egressus ignis a domino deuorasset holocaustum, arreptis Nadab et Abiu filii Aaron turibulis posuerunt ignem et incensum desuper, offerentes coram domino ignem alienum, quod eis praeceptum non erat, egressusque ignis a domino deuorauit eos, et mortui sunt coram domino. quid enim aliud quam extentam super nos dexteram suam et imminentem iugiter gladium uoluit ostendere,

21 Leuit. 10, 1 sq.

5 est *om.* *B m. 1* 9 accusatur *B* missus *B m. 2 s. l.*
10 pu** *A s. scr. m. rec.* nitus 12 ad cunctorum] adiunctorum *B*
13 proficiente *ex* proficiscente *v corr.* (*Brassicanus?*): pr*f***scente *A*
proficiscentem *B* ne quis *B* 15 semper. egit scilicet *B*
16 **ctioni omnium *A* 17 fuit *** sanguinis *A* 18 utique **
tantum ***ere deus uoluit *A* 19 deus ostendere uoluit *B* in-
pendensque *B* 20 scriptum est *** locaustum *A* 21 areptis *A*
22 Aaron *** offerentes *A* 24 alienum *** que ignis *A* 26 domino.
*** per * dexteram *A* 27 ostendere *om. B m. 1*

qui errorem supradictorum statim in ipso opere puniuit,
nec prius paene est peractum facinus peccantium quam ulci-
saceretur poena peccatum. quamuis non id tantum in hac re
52 actum sit sed etiam multa alia. cum enim in illis tunc non
mens impia sed facilitas nimium inconsulta punita sit, decla- 5
rauit profecto dominus, quo supplicio digni essent qui con-
temptu diuinitatis aliquid admitterent, quando etiam illi per-
cussi a deo essent, qui sola mentis inconsideratione peccassent,
aut quam rei essent qui contra iussionem domini sui facerent,
cum etiam illi taliter plecterentur, qui iniussa fecissent. porro 10
autem etiam ex hoc consulere deus uoluit nostrae correctioni
per censuram salubris exempli, ut omnes laici intellegerent,
quantum iram dei timere deberent, cum a praesenti poena
filios sacerdotis nec meritum parentis eriperet nec ministerii
53 sacri priuilegium uindicaret. sed quid ego de his dico, quorum 15
inconsiderantia quodammodo deum tetigit et ad caelestem
iniuriam redundauit? Maria contra Moysen loquitur et punitur,
nec punitur tantum sed punitur more iudicii. primum enim ad
iudicium uocatur, deinde arguitur, tertio uerberatur. in obiur-
gatione enim excipit uim sententiae, in lepra autem patitur 20
piaculum criminosa: quamuis coercitio istiusmodi non Mariam
tantum sed etiam Aaronem humiliauerit, quia, etsi deformari
lepra summum antistitem non oportuit, et ipsum tamen domini
castigatio flagellauit, nec solum hoc, sed in poena, quam Maria
patitur, Aaron etiam quasi culpae particeps coercetur; Maria 25
54 enim supplicio adficetur, ut Aaron confusione multetur. porro
autem, ut inexorabilem in quibusdam agnosceremus formam
diuini esse iudicii, ne illius quidem intercessu qui laesus fuerat
indulsit. sic enim legimus ad Aaronem et Mariam dixisse
dominum: quare igitur non timuistis detrahere 30

30 Num. 12, 8 sqq.

2 nec prius paene est ***tium quam A: nec peractum prius pene est
f. p. B 3 tantum *** iam multa A 12 laici om. B m. 1
18 more iudicii punitur B 20 exceptit A 21 cohercitorio B
maria A 23 antistitem ex antestitem A corr. m. rec. 25 coher-
cetur B 27 forma B

seruo meo Moysi? iratusque abiit. et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix, clamauitque Moyses ad dominum dicens: obsecro, domine, sana eam. cui respondit dominus: si pater eius spuisset
 5 in faciem illius, non debuerat saltem decem dierum rubore suffundi? separetur septem diebus extra castra, et postea reuocabitur. sufficiant igitur de hoc genere diuisionis et de hac parte sermonis ista quae diximus; infinitum enim est de omnibus disputare, quae nimis longum
 10 est etiam sine disputatione numerare. sed adhuc tamen aliquid addamus.

XII. Paenitet gentem Hebraeorum de Aegypto recessisse, 55 percutitur: dolet deinde fatigari se labore itineris, adfligitur: carnes desiderat, uerberatur. et quia cotidie manna edens
 15 explere inlecebris cupit uentris ingluuiem, optata quidem cupiditate saturatur, sed in ipsa tamen saturitate torquetur. adhuc enim, inquit scriptura, esca erat in ore ipsorum et ira dei ascendit in eos et occidit plurimos eorum et electos Israhel impediuit. Og contra Moysen rebellat, 56
 20 extinguitur: Core conuiciatur, obruitur: Dathan et Abiron murmurant, deuorantur. aperta est enim, inquit, terra, et degluttiiuit Dathan et operuit synagogam Abiron. ducenti quoque et quinquaginta, ut sacer sermo testatur, principes uiri, qui tempore concilii per nomina uocabantur,
 25 surrexerunt contra Moysen. cumque stetissent contra Moysen et Aaron, dixerunt: sufficiat uobis, quia omnis multitudo sanctorum est et in ipsis est do-

16 Psal. 77, 30

21 Psal. 105, 17

25 Num. 16, 3

3 ad dominum Moyses B 4 dominus respondet B 6 rubore
 om. B m. 1 7 sufficiant B (inde a postremo huius libri capite cod.
 B uarias scripturas ex editione Halmiana sumpsit; undecim libri primi
 capita OKeller denuo meum in usum contulit) 12 poenitet A
 hebraeorum de egypto A 14 mannam B 19 inpediuit B
 HÖN. Contra A Hön contra B 20 Core] corde B (et T) Datan
 B m. 1 bis 22 deglutiuit B opperuit B sinagogam A
 25 cta (sed punct.) contra B

minus: cur eleuamini super populum domini? et
 quid post haec? ignis, inquit, egressus a domino inter-
 57 fecit CCL uiros, qui offerebant incensum. sed cum
 haec tanta fierent, caelestis cura non profuit. adhibita est
 saepissime coercitio, sed emendatio non secuta. sicut enim nos, 5
 cum flagellamur assidue, non corrigimur, ita et illi, cum cae-
 derentur saepissime, non emendabantur. quid enim scriptum
 est? murmurauit autem omnis multitudo filiorum
 Israhel sequenti die contra Moysen et Aaron, di-
 cens: uos interfecistis populum domini. et quid 10
 postea? percussa sunt statim et diuino igne consumpta quat-
 58 tuordecim milia hominum et septingenti. cum omnis ergo
 tunc populi multitudo peccauerit, cur non est in omnibus uin-
 dicatum? praesertim cum ex illa quam supra dixi seditione
 Core nullus euaserit. cur ibi cunctum peccantium coetum inter- 15
 fici deus uoluit, hic tantummodo portionem? scilicet quia
 plenus et iustitia et misericordia dominus et pietati suae multa
 donat per indulgentiam et seueritati per disciplinam. et ideo
 ibi praestitit disciplinae, ut proficeret cunctorum emendationi
 poena omnium noxiorum: hic autem misericordiae suae tribuit, 20
 59 ne uniuersus populus deperiret. et tamen cum tam misericor-
 diter egerit, quia in parte plebis castigatio totiens repetita
 non profuit, ad ultimum omnes morte damnauit: quae res
 et timori et emendationi nostrae simul proficere deberet, scilicet
 ne qui illorum exemplo penitus non corrigimur, illorum for- 25
 tasse exitu puniamur. non enim dubium est, quid actum de

1 Num. 16, 35

7 Num. 16, 41

3 CCL *A* (et *Ttv*): ducentos quinquaginta *B* ut quidem uidetur
 5 est secuta *B* 6 fl. assiduae *A* (sed a ult. syll. punct. ut paulo ante
 et paulo post saepissimae) assidue flagellamur *B* 17 iustitiae et mi-
 sericordiae *A* cf. quae de adiectiui plenus apud Saluianum usu dispu-
 tauimus in *Sitz.-Berichte* p. 11; exemplis ibi congestis iam addas uelim
IIII 7 (§ 32): totum iniquitatibus plenum est; *Epist. IIII* 4: pleni
 estis solaciis . . . pignoribus . . . benedictione; denique *Ad Eccles. III* 16
 (§ 72): pius scilicet ac misericordia plenus, qui locus nostro prorsus
 conuenit pietati* v: pietatis *AB* 18 seueritati *Ttv*: seuertati
B seueritate *A* add. s. l.-m. rec. punit 25 poenitus *A*

eis fuerit. nam cum uniuersa gens Hebraeorum ad hoc de Aegypto exierit, ut terram repromissionis intraret, praeter duos tantum sanctos nullus intrauit. sic enim scriptum est: locutus est dominus ad Moysen et Aaron, dicens: usque quo multitudo haec pessima murmurat contra me? uiuo ego, ait dominus; sicut locuti estis hodie ante me, sic faciam uobis: in solitudine hac iacebunt cadauera uestra. et quid postea? paruulos, inquit, uestros, de quibus dixistis quod praedae hostibus forent, introducam, ut uideant terram, quae uobis displicuit: uestra cadauera iacebunt in solitudine. et quid deinde? omnes, inquit, mortui sunt atque percussi in conspectu domini. quid est, quod in his omnibus non sit? uis uidere rectorem? ecce et praesentia corrigit et futura disponit: uis uidere seuerum iudicem? ecce noxios punit: uis uidere iustum et pium? ecce innocentibus parcit: uis uidere in omnibus iudicem? ecce ubique iudicium est. nam et ut iudex arguit et ut iudex regit: iudex promit sententiam, iudex noxios perimit, iudex innoxios muneratur.

3 Num. 14, 26 sq.

8 Num. 14, 31

12 Num. 14, 37

1 hebreorum *ex* hebreorum *A corr. m. 2* 6 ante me hodie *B*
 14 praesentia] praescientia *A* 15 seuerum *B*: iustum et seuerum
 et pium et seuerum *A sed duabus uocibus posterioribus punctatis*
 18 promit *A*: promisit *B* 19 muneratur. EXPLICIT LIBER PRIMUS
 CŪ FELICITATE. INCIPIT LIBER SECUNDUS IN UIRTUTE DŪI *A*, EXPLICIT
 LIBER ·I· INCIPIT ·II· *B*

LIBER II.

1 I. Sufficiunt igitur de exemplis ista quae diximus, quibus utique iugiter deus noster et contemplator sollicitissimus et gubernator piissimus et iudex iustissimus comprobatur. sed cogitat de imperitioribus forte aliquis: si sic aguntur nunc a deo omnia, ut tunc acta sunt, quid est quod mali praevalent 5 adffiguntur boni, et cum tunc iram mali senserint et misericordiam boni, nunc uidentur sentire quodammodo boni iram et mali gratiam? paulo post ad ista respondeam: nunc quia tria haec, id est praesentiam dei, gubernationem atque iudicium, tribus his me probaturum esse promisi, hoc est, ratione ex- 10 emplis ac testimoniis, quia ratione et exemplis iam satisfacimus, superest ut testimoniis declarem: quamuis exempla ipsa quae diximus haberi pro testimoniis debeant, quia recte testi- 2 monium esse dicitur quo rerum ueritas adprobatur. quid igitur ex illis tribus quae supra dicta sunt per testimonia 15 sacra primum probari debet, praesentia an gubernatio an iudicium? praesentia, opinor, quia, qui uel rector est uel iudicaturus, praesens absque dubio esse debet, ut uel regere quicquid illud est uel iudicare possit. loquens in uoluminibus suis sermo diuinus sic ait: in omni loco oculi domini 20 contemplantur bonos et malos. ecce habes praesentem, ecce intuentem, ecce in omni loco ac per uisionem uigilantem. idcirco enim et bonos ab eo considerari et malos dixit, ut

20. Prou. 15, 3

9 tria *B in mg.* 13 haberi *ex habere v corr. m. 2: habere AB* 17 qui *AB et con. Rittershusius (om. ed. pr.)* 18 esse *om. B m. 1* uel] *l s. l. A m. 1* 21 malos et bonos *A sed paulo post §. 5 idem bonos et malos habet* habens *A* 22 per uisionem *Hartelius: prouisione AB Halmius; cfr. infra § 5: generalem esse in omnes domini uisionem*

probaret scilicet nihil ab eo neglegi, quem ostenderet uniuersa rimari. quod ut plenius capias, audi quid in alio scriptu-
 rarum loco idem testatur spiritus sanctus: oculi, inquit,
 domini super timentes eum, ut eripiat a morte
 5 animas eorum et alat eos in fame. ecce cur aspicere
 iustos homines deus dicitur, utique ut conseruet ut protegat.
 aspectus enim diuinitatis propitiae munus est conuersationis
 humanae. nam et alibi idem diuinus spiritus: oculi, inquit,
 domini super iustos, et aures eius in preces eorum.
 10 uide, qua benignitate agere cum suis deum scriptura dicit.
 in hoc siquidem, quod ait, oculos domini super iustos esse,
 affectus aspicientis ostenditur, in hoc autem, quod aures in
 precibus paratas semper, exaudientis largitas demonstratur:
 quamuis per id, quod dicit, diuinas aures in precibus semper
 15 esse iustorum, non audientia tantum dei sed quaedam quasi
 oboedientia dei designetur. quomodo enim in precibus iustorum 4
 diuinae aures sunt? quomodo, nisi ut semper audiant, nisi ut
 semper exaudiant, nisi ut prompte audita tribuant, nisi ut
 ilico exaudita concedant? semper ergo ad audiendas sanctorum
 20 preces paratae domini nostri aures, semper attentae sunt.
 quam beati essemus omnes, si quam promptam erga nos
 audientiam dei legimus, tam prompte ipsi deum uellemus
 audire. sed forsitan dicis, hoc quod iustos aspicere deus legitur,
 parum prodesse causae, quia non sit generalis diuinitatis
 25 intuitus, qui iustis tantum speciali benignitate tribuatur. iam 5

3 Psal. 32, 18

8 Psal. 33, 16

2 audi quod *B* (*pro audi quid librarius scripsit nesciens Salu. in
 interrogatione indirecta plus semel indicatiuo uti*) 7 conuersationis
Hartelius: conseruationis *AB* *Halmius*; error ortus est ex antecedenti
 conseruet; ceterum de uoce conseruatio = uita, mores uid. indicem 8 di-
 uinus spiritus sanctus *B* 9 imprecas ut paulo post ter imprecibus *A*
 quem errorem in hoc cod. alias quoque occurrere monuimus in *Sitz.-Ber.*
p. 6 adnot. 11 siquidem—ostenditur in hoc *om. B*; uerba omissa sup-
 pleta sunt in schedula adiecta ante super fort. excidit semper ut paulo
 post paratas semper 14 per *om. B* 16 dei *om. B* 18 promptae
A (quod per se ferri possit, sed ilico quod sequitur ueri similis reddit
 ae errore in aduerbiis in *A* saepius obuio scriptum esse pro e; cfr. *adn.*
ad I 57) promptae *B* 19 ad *om. A* 22 audire uellemus *B*
 23 aspicere deus legitur iustos *B*

quidem superius sacer sermo testatus est, quia oculi domini contemplantur bonos et malos. sed si etiam nunc uis plenius probare, respice quid sequatur; hoc enim subditur: uultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. uides absque dubio, quia non potes queri, quod non aspiciat etiam iniustos deus, quia intellegis generalem quidem esse in omnes domini uisionem sed meritorum fieri disparilitate diuersam. boni quippe aspiciuntur ut conseruentur, mali ut disperdantur: cum quibus utique partem et ipse habens, qui homines a deo aspici negas, non solum uideri te a domino euidenter intellege, sed periturum quoque indubitanter agnosce. nam cum ad hoc sit uultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum, necesse est, ut qui aspiciere dei uultum perfide negas, aspicientis iram perditione cognoscas. igitur de praesentia ac de aspectu dei ista sufficiunt.

6 II. Videamus nunc, an qui respicit regat, cum utique ipsa ratio aspiciendi causam in se habeat gubernandi, quia non ad hoc respicit, ut cum aspexerit, neglegat, qui scilicet per id ipsam non neglegere intellegitur, quia respicere dignatur, praesertim cum superius sacer sermo testatus sit malos ad perditionem a deo aspici bonos ad salutem. hoc ipso utique dispensatio diuini gubernaculi demonstratur; hoc est enim iusta gubernatione regere et singulos quosque homines pro

3 Psal. 33, 17

1 testatur *B* 2 malos et bonos *B*, *item A sed hic adiectis transpositionis signis cf. supra ad § 2* 6 potes *B*: potest *A*
quia intelleg.] qui cum intellegis *B* 10 aspicias *B* 13 domini] dei *B*(?) 14 *post eorum add. B*: de gubernacione (*adiecto dei*); *cui consentit T*; *in v uero est*: de gubernatione omni perfide
Rittershusins: per fidem *AB* 16 sufficiunt. DE GUBERNATIONE DEI
A; *cf. ad praef. § 1* 17 an qui nunc *B* 18 quia adhuc non resp.
B (*ceterum adhuc etiam A m. 1, sed s. scr. o m. eadem*) 24 regere
et in singulos *A* (*unde fort. colligendum est in archetypo fuisse regere fin singulos male iterata syllaba fin et Saluianum scripsisse*: regere: singulos *ut sit sententia*: „denn das heisst die Welt gerecht regieren: jeden einzelnen Menschen nach seinem Verdienste behandeln.“)

meritorum diuersitate tractare. sed accipe tamen de hac re 7
 plenius testimonium. dicit ad deum patrem in psalmo spiritus
 sanctus: qui regis Israhel, intende. Israhel 'uidens
 deum' interpretatur: quem utique cum Christiani fide et corde
 5 uideant, qui fideliter credunt, licet gubernator omnium deus
 sit, illis tamen peculiariter regimen praestari a deo dicitur,
 qui regi peculiariter a diuinitate mereantur. unde et tu qui-
 cumque ille es, si Christianus es, necesse est ut te regi a
 deo credas. si autem gubernari te a deo cum ceteris Chri-
 10 stianis omnino non putas, necesse est extra omnes Christianos
 te esse cognoscas. sed si illud, ut supra iam diximus, magis 8
 quaeris, quod ad omnes homines, non quod ad solos pertinet
 Christianos, ecce euidenter dicit uolumen sacrum cuncta cotidie
 nutu diuinitatis regi et incessabiliter a deo omnia gubernari;
 15 ipse enim, inquit, diligit consilium et disciplinam.
 nec est enim alius deus, cuius cura est de omnibus. cum
 sis ergo, inquit, iustus, iuste omnia disponis et cum
 magna reuerentia disponis nos. ecce habes iugiter
 disponentem deum iugiter gubernantem: quamuis in isto
 20 scripturae loco non gubernatio tantum sacra sed etiam dignitas
 declaretur humana. in hoc enim quod ait 'disponis nos' diuinae
 uis gubernationis, in hoc autem quod 'cum magna reuerentia'
 culmen humanae ostenditur dignitatis. alibi quoque in pro-9
 pheta: numquid non caelum, inquit, et terram ego
 25 impleo? cur autem cuncta implet, ipse declarat: quia
 uobiscum sum, inquit, ut saluos faciam uos. ecce
 enim non modo regimen suum dominus et impletionem sed
 etiam uim ac beneficium ipsius adimpletionis ostendit; hunc
 enim fructum in se habet diuinitatis impletio, ut saluet ea
 30 quae adimplentur. et ideo in apostolorum actibus beatissimus

3 Psal. 79, 2 15 Eccles. 39, 10 16 Sap. 12, 15
 24 Hierem. 23, 24 25 Hierem. 42, 11

1 tractari *AB* 8 te regi *A*: regi *B* 11 te *om. A* 12 per-
 tineat *B* 16 est enim *B* et *A* sed in hoc signa transpositionis adiecta
 sunt 21 disponit *AB* uis diuinae *B* 23 humani *A*
 25 impleo dicit (*sic*) *A* implet *AB* (impleat *ex* implet *corr. in v*
Brassicanus) 27 modo non *AB* 30 quae implentur *B m. 1*

Paulus: in ipso, inquit, et uiuimus et mouemur et sumus. plus absque dubio quam gubernator est uitae, in quo motus ipse uiuentis est. non enim dixit ab ipso nos sed in ipso moueri, docens scilicet insitam intra uirtutes sacras omnium nostrum esse substantiam, quia in ipso profecto 5
 10 uiuimus, a quo hoc ipsum adducimus quod sumus. sed et saluator ipse in euangelio: ecce ego, inquit, uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. non solum nobiscum se esse dixit sed etiam omnibus diebus esse nobiscum. tu eum, o ingrattissime homo, qui 10 sine cessatione nobiscum est, nec curam nec respectum nostri habere dicis? quid ergo facit nobiscum? numquid ad hoc nobiscum est, ut non respiciat, ut neglegat? et quomodo sibi utrumque conuenit, ut qui pietati praestat praesentiam impietati tribuat incuriam? ecce enim, inquit, uobiscum 15 sum omnibus diebus usque ad consummationem
 11 saeculi. praeclare uidelicet affectum dei interpretamur, si nos calumniamur ab eo iugiter negligi, cum ille nos a se testetur iugiter non relinqui. ille per hoc ostendere uoluit, quod a nobis affectu ac protectione iugiter non discederet, 20 quia a nobis etiam praesentia non abesset. nos in contemptum nostri diuinam uertimus caritatem, nos amoris testimonia in odii argumenta mutamus. hoc enim, quod praesentem se esse dicit, odii magis testimonium esse uolumus quam amoris. nam si absentem se dominus futurum esse dixisset, minus causari 25 forsitan de incuria poteramus absentis. maioris contemptus res est atque fastidii, si nos iugiter negligit qui a nobis iugiter non recedit; et plus in se odii nostri habet, si ad hoc semper nobiscum permanet, ut qui nos praesentia numquam
 12 deserit semper repudiet affectu. sed absit hoc de piissimo ac 30 misericordissimo deo credi, ut ad hoc semper nobis uoluerit adistere, ut nos maiore fastidio negligere uideretur adsistens: absit hoc scelus dici. nemo enim, puto, uel in toto humano

1 Act. 17, 28

7 Matth. 28, 20

12 facit ergo *B*15 tribuant *B*17 uidelicet] scilicet *B*20 ac] et *B*21 quia nobis *A*22 testimonio *B*

23 mit-

tanus *B m. 1*

genere tam malus est, qui ideo cum ullo hominum uelit esse, quia non amet, et ad hoc tantum uti praesentia sua cupiat, ut maiore odii fructu possit despiciere praesentem. ipsa nos uel doceat natura humana uel uincat, si non ideo cum quo-
 5 cumque homine esse cupimus, quia eum, cum quo esse cupimus, diligamus. et quia utique diligimus, prodesse ei praesentiam nostram cupimus, quem amamus. quod ergo etiam malo homini auferre non possumus, deo tollimus et peiorem pessimis hominibus deum facimus, qui ad hoc futurum nobis-
 10 cum se esse dixerit, ut fastidiosius nos neglegeret, cum fuisset. sed haec hactenus.

III. Superest ut, quia testimoniis sacris et respici et regi 13 a deo omnia iam probauimus, etiam iudicari plurima in hoc saeculo a diuinitate doceamus. Daudid sanctus cum a Nabale
 15 Carmelo contumeliae pertulisset iniuriam, quia se ipse ulcisci distulit, ultionem statim deo exsecutore percepit. extincto itaque paulo post aduersario suo et manu caelesti obruto sic locutus est: benedictus dominus, qui iudicauit causam obprobrii mei de manu Nabal. eundem quoque 14
 20 cum fugasset e regno filius persecutor, iudex in breui dominus uindicauit nec uindicauit tantum sed cumulatus uindicauit, quam ipse uoluit qui uindicabatur, ut ostenderet scilicet deus grauiorem sibi esse iniuriam iniusta tolerantium quam tolerantibus suam. nam qui supra uotum eius uindicat, qui uindi-
 25 catur, quid aliud uult intellegi quam se ipsum in eo, quem sic ulciscitur, uindicari? acto itaque in crucem non manu factam filio parricida, uindictam ei diuinitus attributam sic nuntiatam refert sermo diuinus: bonum adporto nuntium, domine mi rex; iudicauit enim pro te hodie dominus
 30 de manu omnium, qui surrexerant contra te.

III. Vides, quomodo non rebus tantum, ut supra diximus, 15

18 I Reg. 25, 39

28 II Reg. 18, 31

1 uellet <i>A</i>	3 uel nos doceat <i>B</i>	4 humana natura <i>B</i>
cum <i>ante</i> quocumque <i>om. B</i>	8 homine <i>A</i>	9 qui ad] quid
<i>A</i>	12 quia <i>om. B m. 1</i>	15 carmelio <i>B</i>
16 exsecutore <i>B</i>	recepit <i>malit Hartelius</i>	17 suo <i>om. B m. 1</i>
25 intellegi <i>om. B m. 1</i>	28 adporto <i>sed p lit. sup. d scr. m. 2 A</i>	

et exemplis, sed ipso nomine atque appellatione iudicii deum etiam praesenti saeculo iudicare diuinae per sacros testes litterae probent. sed forsitan putes, id specialiter sancto uiro a deo praestitum, ut de aduersariis eius protinus iudicaret. dies me deficiet, si de praesentibus in hoc mundo sententiis 5 atque iudiciis uelim dicere. sed tamen, ut euidenter agnoscas, censuram suam et examen sacrum non tam personis praestare quam causis, audi quomodo iudex deus, qui pro Dauid seruo suo sententiam adsidue euidentem dedit, contra Dauid ipsum saepius iudicari. et quidem hoc non in multorum hominum 10 negotio aut, quod forsitan potuisset deum magis mouere, sanctorum, sed in causa et unius hominis et barbari et ubi tantum uirum persona penitus non grauauerat, nisi causa 16 multasset. interfecto Uria Chettaeo, homine gentis impiae et nationis inimicae, statim fit ad Dauid sermo diuinus: Uriam 15 Chettaeum percussisti gladio et uxorem illius accepisti uxorem et interfecisti eum gladio filiorum Ammon: quam ob rem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum. itaque haec dicit dominus: ecce ego suscitabo super te malum de 20 domo tua et tollam uxores tuas in oculis tuis et dabo proximo tuo. tu enim fecisti abscondite: ego uero faciam uerbum istud in conspectu omnis 17 Israhel et in conspectu solis. quid dicis tu, qui non solum non iudicari quaecumque agimus, sed nec respici omnino 25 a deo credis? uidesne etiam a secreto illo, quo Dauid semel lapsus est, nequaquam dei oculos afuisse? unde et tu, qui, ad solacium arbitror peccatorum tuorum, considerari actus

15 II Reg. 12, 9—12

1 in ipso *sed* in *punctat.* A 3 putes] potes B 4 a deo *om.*
B m. 1 10 iudicari A *et ex* uindicare *corr.* B *m. 2* in *om.*
B 13 penitus adgrauauerat B 14 uri cetheo A; 'fort. Uria
Chettaeo secundum textum graecum *Ὀὐρ. ὁ Χερταῖος*' recte Halmius, qui
in B inuenisse uidetur receptam a se scripturam Etheo; in archetypo
fuisse putarim cetheo *lit. h s. scr.*, quae a librario loco non recto in-
serebatur 16 c&theo supra o *lit. v̄ scr.* A 25 a deo omnino
B 27 affuisse B 28 considerare A

nostros a deo non putas, ex hoc ipso et aspici te a Christo
 semper intellege et puniendum forsitan propediem esse cog-
 nosce, quia etiam Daud sanctum uides unum errorem suum
 nec secreto occulorum penetralium potuisse contegere nec a
 5 praesentibus poenis priuilegio saltim magnorum operum uin-
 dicare. quid enim ait ad eum dominus? tollam uxores
 tuas in conspectu tuo, et gladius non recedet a
 domo tua usque in sempiternum. uides, quam praesens 18
 excipiat tantus uir pro uno statim errore iudicium. protinus
 10 culpam secuta damnatio est et damnatio statim puniens nihil
 reseruans, atque ilico coercens reum non in futurum differens
 reatum. et ideo non dixit: quia fecisti hoc, uenturum iudicium
 dei senties et futuro gehennae igne torquebere, sed, praesentia,
 inquit, tormenta senties atque imminentem iam ceruicibus tuis
 15 diuinae seueritatis gladium sustinebis. et quid post haec? 19
 agnoscit scilicet reus culpam, humiliatur compungitur, con-
 fitetur luget, paenitet deprecatur, gemmas regias abdicat
 crispantia auro textili indumenta deponit, purpura exuitur
 diademate exonoratur, cultu et corpore mutatur, totum regem
 20 cum ornatibus suis abicit, profugum paenitentem cum patro-
 cinio ambitiosi squaloris adsumit, ieiunio exigitur ariditate
 siccatur, fletu effunditur solitudine carceratur. et tamen rex
 tanti nominis, sanctitate maior quam potestate, praerogatiuis
 meritorum antecedentium supereminens, cum tanto ambitu
 25 supplicet, non euadit. et hic tantum tam grandis paenitentiae 20
 fructus est, quod aeternis quidem piaculis non addicitur, sed
 in praesenti tamen ueniam non meretur. denique quid paeni-
 tenti propheta ait? quia blasphemare fecisti inimicos

28 II Reg. 12, 14

4 contigeri *B* 5 saltem *ex saltim corr. A m. 2* maiorum *B*
 9 accipiat *B* 10 damnatio est secuta *B* 18 crepantia *B*
 textili *B* 19 corpore *Hartelius: corde AB Halmius* 20 pro-
 fugum *scripsimus conl. §. 22 profugus et 23 ipsius fugae facies etc.:
 prouidum A et ex audum corr. B proiectum suspicatur Hartelius haud
 inprobabiliter, cum Daud ipse Psal. 30, 23 de se dicat: proiectus sum
 a uultu oculorum tuorum; adde p. 39, 4 deiectus* 24 tantu *A*
 25 tantus *B* fructus poenitentiae *B (poen. et A habet)*

domini, filius qui ex te natus est morietur. praeter poenam acerbae orbitatis etiam hunc addi piissimo patri intellectum summi supplicii deus uoluit, ut dilectissimo filio causa mortis pater ipse existeret qui doleret, cum utique natum ex crimine puerum crimen ipsum occideret, quod creasset. 5

- 21 V. Hoc ergo primum est diuinae animaduersionis exordium, primum utique non solum. secuta namque est aerumnarum ingentium longa series atque a domo eius iugis admodum malorum continuatio non recessit. Thamar Amnonis furore corrumpitur, Amnon ab Absalone iugulatur. scelus quidem 10 grande ab uno fratre committitur, sed peius ab alio uindicatur. inter haec Dauid pater facinore utriusque punitur. duo filii peccant, sed tres duorum scelere perduntur; in Thamar enim uirginitas amittitur, in Amnone etiam Absalonis perditio lugetur. et quidem nescias quem de filiis duobus tam bonus 15 pater grauius amiserit, illum qui manu fratris occisus est in 22 hoc saeculo, an illum qui sua periit in futuro. iam uero hinc iuxta uerbum dei inaestimabilis mali cumulus. insidias diu a filio pater patitur, regno pellitur et, ne occidatur, profugus abscedit. impurior nescias an cruentior filius, quia interficere 20 patrem non potest parricidio, foedat incestu et quidem incestu praeter incesti nefas per industriam adcumulandi sceleris elato, cum utique facinus, quod etiam secreta abominabile facerent, persecutor parentis publice perpetrarit, scilicet ut feralissimo crimine non pater tantum absens deformaretur, quam oculi 25 23 etiam totius orbis publico foedarentur incestu. iam si addenda est et ipsius fugae facies, quale illud fuit, cum tantus rex tanti nominis, cunctis regibus altior mundo maior, omnes admodum suos cum paucissimis seruis fugeret, in comparatione dudum sui

10 II Reg. 13

7 est *om.* B 8 a domo ***is* admodum A 10 Am**lone
 A 11 ab*** *v add.* in *mg.* uno a Brassicano, ut uidetur: abono
 AB sed peius tamen B (tamen *om.* A quod non adnot. *Halmius*)
 12 pater Dauid B 14 admittitur B m. 1 Amnone* A
 17 hinc] huic B 19 profugis B 24 perpetraret B *fort. rectius*
 26 orbis] urbis (*sc. Hierosolymorum*) *Rittershusius* 29 seruis *Hartelius*: suis AB *Halmius*

egestuosus in comparatione * sui solus, fugiens cum metu cum dedecore cum luctu: operto, inquit scriptura, capite et nudis pedibus incedens, superstes prioris status, a se ipso exsulans, paene iam post se uiuens, deiectus usque in 5 seruorum suorum uel, quod graue est, contumeliam, uel quod grauius, misericordiam, ut uel Siba eum pasceret uel maledicere Semei publice non timeret, ita dei iudicio a se alter effectus, ut ei, quem timuerat forsitan totus orbis, unus in faciem insultaret inimicus.

10 VI. Ubi sunt, qui a deo respici res humanas negant? ecce 24 quotiens testes sacri in persona unius hominis non respexisse tantummodo deum uerum etiam iudicasse docuerunt. et cur haec omnia? cur utique, nisi ut intellegeremus, eandem futuram semper in mundo censuram et coercitionem domini, 15 quae fuisset? et ideo etiam sanctos homines castigatos quondam 25 iudicio dei legimus, ut iudicandos nos deo iudice etiam praesenti saeculo nosceremus, quia sicut est deus semper sic iustitia dei semper, sicut omnipotentia domini indeficiens sic censura indemutabilis, sicut deus iure perpetuus sic iustitia 20 perseuerans. et ideo omnes admodum sancti in libris sacris inter discriminum imminentium metus et persecutorum gladios constitui praesens iudicium dei postulant. sic enim iustus 26 dicit in psalmo: iudica me, deus, et discerne causam meam de gente non sancta. quod ne ad futurum dei 25 iudicium trahi posset, subdidit statim: ab homine iniquo et doloso eripe me. praesens utique iudicium dei postulat qui liberari se de manu persecutoris implorat. et bene pro

2 II Reg. 15, 30

6 II Reg. 16

23 Psal. 42, 1

1 post comparatione lacunam signauimus; excidisse putarim comitatus et in sui latere soliti; Hartelius uerba in comparatione sui ex proxime antecedentibus male repetita esse censet 3 super istis B

4 exulans B 6 Syba] sibi B 9 faciem v: facie AB 17 deus est semper B 18 dñi A s. l. m. 1 25 subdidit A quod recepi et facilima mutatione posset scripsi pro possit quamquam et possit retinere potui cfr. IIII, 18: subdidit statim; ad Eccles. I7: bene addidit, et paulo ante 6: ne—insolesceret adiecit; denique sub fin. huius ipsius libri: ut enim—ostenderet 'iudicas' posuit et deinde: ut—distingueret, subiecit postea 'iudicabit' cf. IIII, 16 alibi; subdit B Halmius 26 dei iudicium B

conscientia bonae causae non tam suffragium domini quam iudicium deprecatur, quia bonae causae optimum semper suffragium tribuitur, si cum iustitia iudicetur. alibi quoque evidenti-
 27 tissime: iudica, domine, nocentes me, expugna impugnantes me: adprehende arma et scutum et ex- 5
 surge in adiutorium mihi. uides etiam hoc loco non futuri examinis seueritatem sed censuram praesentis iudicii postulari. hoc est enim illud quod ait: 'adprehende scutum et arripe gladium', scutum scilicet ad protectionem gladium ad ultionem: non quia hoc iudicans deus egeat apparatu, sed, 10
 quia in hoc saeculo haec terribilium rerum nomina terribilium iudiciorum sunt instrumenta, ad humanam intellegentiam humanarum rerum significationibus loquens, quia iudicari ac uindicari se de aduersariis precabatur, per instrumenta terrenae istius ultionis uim diuinae animaduersionis expressit. 15
 28 denique alibi propheta idem, quid inter praesens et futurum iudicium dei esset, ostendit. quid enim de censura praesentis examinis dicit ad dominum? sedes super thronum, qui iudicas aequitatem. quid autem de futuro dei aeternoque iudicio? iudicabit, inquit, orbem terrae in aequitate. 20
 et iterum: iudicabit populos cum iustitia. ipsis scilicet uerbis praesentis temporis et futuri tempus iudicii utriusque distinxit. ut enim praesens iudicium ostenderet, 'iudicas' posuit: ut autem futurum distingueret a praesenti, subiecit postea 'iudicabit'. haec igitur de cura erga nos dei et gubernaculo 25
 et iudicio ratione exemplis testimoniis probasse satis est, maxime quia etiam, quae post hoc secutura sunt, ad id ipsum omnia pertinebunt. nunc si a deo, cuius negotium agimus, uires ad agendum acceperimus, ea quae contra haec ab aduersariis dici solent, et proferre simul et refutare temptabimus. 30

5 Psal. 34, 1

19 Psal. 9, 5

22 Psal. 95, 13

3 tribuetur *B*9 corripere *B*12 intelligentiam *hoc loco A*24 praesentibus *B*26 satis est probasse *B*30 *post tempta-*

bimus *additum est in AB: EXPLICIT LIBER SECUNDUS. INCIPIT LIBER TERTIUS (tercius B).*

LIBER III.

I. Bene habet: iacta sunt fundamenta operis pia molitione 1
 coepti et diuini officii amore suscepti: et ideo non sunt solu-
 bili luto posita nec temporali lapide constructa sed sacrarum
 5 expensarum confectione ualida et diuini magisterii arte fir-
 mata: quae, ut ipse in euangelio deus dicit, nec uentis possint
 furentibus concuti nec adluuione fluminum subrui nec plu-
 uiarum infusione dissolui. cum enim opus hoc manus quodam-
 modo diuinorum uoluminum instruxerit et caelestium scriptu-
 10 rarum compago solidarit, necesse est tam firma haec per dominum
 Iesum Christum esse quae facta sunt, quam firma illa sunt
 quae fecerunt. aedificium itaque hoc naturam status sui de
 stirpe sumit et labefactari saluis auctoribus suis non potest.
 sicut enim in terrenis aedificiis deicere parietes nullus potest,
 15 nisi lapides et caementa deiecerit, sic aedificium quod con-
 struximus dissoluere nullus ualet, nisi id, unde structum est
 et consummatum, ante dissoluerit: quod quia labefactari utique
 nequaquam potest, recte etiam a nobis incolumitas aedificii
 praesumitur, cuius status subsidiis immortalibus continetur.
 20 quaeritur itaque, cum haec ita sint, si totum quod in hoc 2
 mundo est cura et gubernaculo et iudicio dei agitur, cur

6 Matth. 7, 25.

2 Bene habet *optime Halmius addens: 'imitatus est Saluianus Lac-*
tantium diu. Inst. VII 1 qui ipse sua sumpsit ex Cic. p. Mur. §. 14:
 bene habet: iacta sunt fundamenta defensionis': BENE HABITI A Bene
 se res habet B 4 structa B m. 1 7 adluuione *supr.* a *add.*
m. 2 lit. L A 8 opus hoc opus B 9 instruxerit *ex* instruxerat
A corr. m. 1 12 naturam per status B 13 sumet B 15 nisi|
 nisi prius B 18 a *om.* B m. 1 20 sint ita B hoc *do
 est *ra et A 21 et iudico—condicio *om.* B m. 1

melior multo sit barbarorum condicio quam nostra, cur inter
 nos quoque ipsos sors bonorum durior quam malorum? cur
 probi iaceant improbi conualescant? cur iniquis uel maxime
 potestatibus uniuersa succumbant? possim quidem rationabi- 5
 liter et satis constanter dicere: nescio; secretum enim et con-
 silium diuinitatis ignoro. sufficit mihi ad causae huius pro-
 bationem dicti caelestis oraculum. deus a se, ut libellis
 superioribus iam probauimus, omnia dicit aspici omnia regi
 omnia iudicari. si scire uis quid tenendum sit, habes litteras
 3 sacras: perfecta ratio est hoc tenere quod legeris. qua causa 10
 autem deus haec de quibus loquimur ita faciat, nolo a me
 requiras. homo sum, non intellego secreta dei, inuestigare non
 audeo et ideo etiam adtemptare formido, quia et hoc ipsum
 genus quasi sacrilegae temeritatis est, si plus scire cupias
 quam sinaris. sufficiat tibi quod deus a se agi ac dispensari 15
 cuncta testatur: quid me interrogas, quare alter maior sit
 alter minor, alter miser alter beatus, alter fortis alter in-
 firmus? qua causa quidem haec deus faciat, non intellego,
 sed ad plenissimam rationem abunde sufficit, quod a deo agi
 ista demonstro. sicut enim plus est deus quam omnis humana 20
 ratio, sic plus mihi debet esse quam ratio, quod a deo agi
 cuncta cognosco. nihil ergo in hac re opus est nouum aliquid
 audire: satis sit pro uniuersis rationibus auctor deus. nec licet,
 ut de his quae diuino aguntur arbitrio aliud dicas iustum
 aliud iniustum, quia quicquid a deo agi uides atque conuin- 25
 4 ceris, necesse est plus quam iustum esse fatearis. haec ergo
 de gubernaculo dei atque iudicio expeditissime ac certissime
 dici possunt. neque enim necesse est, ut argumentis a me
 probetur, quod hoc ipso, quia a deo dicitur, comprobatur.
 itaque, cum legimus dictum a deo, quia aspiciat iugiter omnem 30
 terram, hoc ipso probamus quod aspicit, quia aspiciere se
 dicit: cum legimus quod regat cuncta quae fecit, hoc ipso

3 *probi *ualescant *A* 5 enim *om. B* 6 diuinitatis ** suf-
 ficit *A* 7 oraculum *** libellis *A* 9 iud***uis *A* 15 quod
 tibi *B* 24 iustum *om. B m. 1* 25 agi a deo uides *B*
 certissime *scripsi*: fortissime *AB Halmius* 30 aspiciat *ex* aspicit
B corr. 31 quod aspicit] quod aspiciat *B*

adprobamus quod regit, quia se regere testatur: cum legimus quod praesenti iudicio uniuersa dispenset, hoc ipso euidentis est quod iudicat, quia se iudicare confirmat. alia enim omnia, id est humana dicta, argumentis ac testibus egent: dei autem
 5 sermo ipse sibi testis est, quia necesse est, quicquid incorrupta ueritas loquitur, incorruptum sit testimonium ueritatis. sed 5
 tamen cum per scripturas sacras scire nos quasi de arcano animi ac mentis suae quaedam uoluerit deus noster, quia ipsum quodammodo scripturae sacrae oraculum dei mens est,
 10 quicquid uel agnosci per suos uel praedicari deus uoluit non tacebo. unum quamuis prius quam loqui ordiar scire cupiam, cum Christianis mihi loquendum an cum paganis sit. si enim cum Christianis, probaturum me quod ago esse non dubito; si autem cum paganis, probare contempnam, non quia proba-
 15 tione deficiat, sed quia profuturum quod loquor esse despero; infructuosus quippe est et inanis labor, ubi non recipit probationem prauus auditor. sed tamen quia esse nullum omnino arbitror Christiani nominis hominem, qui non se Christianum uideri uelit, ego cum Christiano agam. quamuis enim quis
 20 impiae ac paganicae infidelitatis sit, mihi tamen satis est Christiano probari quod dico.

II. Causaris igitur, quid sit istud, quod Christiani, qui deum 6
 credimus, miseres omnibus sumus. sufficere quidem mihi ad respondendum hoc loco poterat, quod apostolus ad ecclesias
 25 dixit: nemo moueatur in tribulationibus; ipsi enim scitis quoniam in hoc positi sumus. et ideo cum in hoc positos nos esse a deo apostolus dicat, ut aerumnas ut miseras ut tristitias perferamus, quid mirum est, si mala cuncta perferimus, qui ad toleranda aduersa omnia militamus?

25 I Thess. 3, 3

1 a probamus *B* 7 scire nos quasi nos de nos archano (*sic*) *B*
 arcano *s. scr. h lit. m. rec. A* 14 probari contempnam *A* probare
 contempno *B* 14 deficiat probatione *B m. 1* non deficiat in probatione
B corr. 17 quia tamen *A sed adiecta sunt transpositionis signa*
m. 1 19 uell & *A* 21 a Christiano *B* 23 omnibus miseres
 ores *B* 25 tribulationis *B* 27 nos *om. A* a deo *om. B*

sed quia multi ista non sapiunt et putant homines Christianos haec quasi stipendia fidei suae a deo capere debere, ut, quia sint cunctis gentibus religiosiores, sint cunctis etiam fortiores, 7 adquiescamus opinioni eorum atque sententiae. sed uideamus tamen quid sit deum fideliter credi. qui enim tam magnam 5 credulitatis et fidei mercedem in hoc saeculo esse uolumus, qualis credulitas aut fides ipsa esse debeat considerare debemus. quid est igitur credulitas uel fides? opinor, fideliter hominem Christo credere, id est fidelem deo esse, hoc est fideliter dei mandata seruare. sicut enim serui hominum diuitum aut pro- 10 curatores, quibus uel supellectiles copiosae uel cellaria opulenta creduntur, fideles absque dubio dici non queunt, si res sibi traditas deuorant: sic profecto etiam Christiani homines in- 8 fideles sunt, si bona sibi a deo adsignata corruperint. quaeritur forsitan, quae sint bona, quae deus Christianis hominibus 15 adsignet? quae, nisi omnia per quae credimus, id est, per quae omnia Christiani sumus? primum scilicet legem, deinde prophetas, tertio euangelium, quarto apostolicas lectiones, postremum regenerationis nouae munus, sancti baptismatis gratiam, diuini chrismatis unctionem: scilicet, ut sicut apud 20 Hebraeos quondam, id est peculiarem ac propriam dei gentem, cum iudiciarius honor in potestatem regiam transcendisset, probatissimos et lectissimos uiros per unguentum regium deus uocauit in regnum, sic omnes homines Christiani, cum post chrisma ecclesiasticum omnia dei mandata fecissent, ad capiend- 25 9 dum laboris praemium uocarentur ad caelum. cum ergo ista sint omnia, per quae fides constat, uideamus quis tanta haec fidei sacramenta custodiat, ut fidelis esse uideatur, quia infidelis, ut diximus, sit necesse est qui fidei commissa non seruat. et quidem non quaero, ut cuncta faciat quae testa- 30

1 multa <i>B</i>	5 tamen <i>om. B</i>	quid enim <i>A</i>	8 uel] aut
<i>B</i>	hominem fideliter <i>B</i>	9 a Christo <i>B</i>	10 procuratoris
<i>B</i>	11 supellectiles copiosae <i>A</i>	subpellectilę copiosę <i>B</i>	19 gene-
rationis <i>B</i>	20 unctionem <i>ex</i>	untionem <i>A corr. m. 2</i>	21 He-
breos <i>A</i>	22 iudicarius <i>A</i>	23 unguentum <i>B</i>	28 infidelis <i>ex</i>
infideles <i>A corr. m. 2</i>			

menta duorum temporum iubent: remitto censuram legis anti-
 quae, remitto has prophetarum minas, remitto etiam quae
 remitti omnino non possunt, uel apostolicorum librorum seue-
 rissimam institutionem uel euangelicorum uoluminum plenam
 5 omni perfectionis genere doctrinam: paucissimis saltim prae-
 ceptis dei quis obsequatur interrogo. nec dico illa quae ita 10
 multi refugiunt, ut paene et execrentur. tantum apud nos
 honor et reuerentia dei proficit, ut quae indeuotione non
 facimus, etiam odio digna esse ducamus. denique hoc, quod
 10 saluator cogitare nos de crastino prohibet, quis audire dignatur?
 quod contentos singulis tunicis iubet esse, quis recipit? quod
 ambulare excalcios praecipit, quis non modo faciendum sed
 uel ferendum arbitretur? itaque ego ista praetereo. in hoc
 enim fides, per quam confidimus, recidit, ut quae dominus
 15 nobis salutaria esse uoluit nos superflua iudicemus. diligite,
 inquit saluator, inimicos uestros, benefacite his qui
 oderunt uos, et orate pro persequentibus et ca-
 lumniantibus uos. quis haec omnia faciat? quis pro ini-
 micis suis ista quae deus iussit, non dico uotis sed uerbis
 20 saltim agere dignetur? quae etiam, si quis se cogit ut faciat, 11
 facit tamen ore non mente: praestat quidem uocis officium
 sed animi non mutat affectum. ac per hoc etiamsi pro aduer-
 sario suo orare se cogit, loquitur non precatur. longum est
 de singulis dicere. sed adhuc aliquid tamen addam, ut intelle-
 25 gamus nos non modo non omnibus dei obtemperare uerbis,
 sed nullis paene illius oboedire mandatis. et ideo apostolus
 clamat: nam qui se existimat esse aliquid, cum nihil
 sit, se ipsum seducit. hoc enim ad crimina nostra ad- 12

10 Matth. 6, 34

15 Matth. 5, 44

27 Gal. 6, 3

2 has ex hos *A* corr. m. 2 3 librum *A* 4 euangeliorum *B*
 (non *A* ut apud *Halmium*) 5 saltim *A* m. 1 saltem m. 2 6 illa
 dico *B* 7 apud om. *B* m. 1 8 in deuotione *malit Hartelius*
 10 crastino ex castrino *A* corr. m. 1 recipit] respicit *suspiciatur*
Hartelius 13 et ego *B* 14 per quē *A* recedit *A* et m. 1 *B*
 17 uos oderunt *B* 20 saltim *A* m. 1 saltem m. 2 dignatur *A* m. 1
 dignatur m. 2 dignetur *B* quae scripsi: aut *AB Halmius*
 22 non animi non *A* sed prius non punct. 23 est om. *B* m. 1
 24 tamen aliquid *B* 27 aliquid esse se (*sic*) *B*

dimus, ut, cum in omnibus rei simus, etiam bonos nos et sanctos esse credamus, ac sic in nobis cumulentur iniquitatis offensae etiam praesumptione iustitiae. qui odit, inquit apostolus, fratrem suum, homicida est. intellegere ergo possumus multos esse homicidas, qui se innoxios putant, quia, 5 ut uidemus, homicidium non sola tantummodo occidentis manu sed etiam odientis animo perpetratur. unde est, quod saluator mandati istius normam censura adhuc seueriore cumulauit dicens: qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. ira mater est odii. et ideo saluator excludere iram 10 uoluit, ne ex ira odium nasceretur. si ergo non solum odium sed etiam ira nos in dei iudicio reos faciet, euidenter agnoscimus, quod sicut nullus omnino est immunis ab iracundia, sic nullus omnino immunis esse poterit a reatu. persequitur autem dominus quasi fibras praecepti istius et omnes penitus 15 frutices ac ramusculos secatur dicens: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennae ignis: qui dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio. racha quod genus sit contumeliae multi nesciunt: fatuitas autem quam iniuriose obiciatur optime norunt. et ideo scientia sua potius homines 20 quam ignorantia utentes malunt reatus suos per id conuicium quod sciunt diuinis ignibus, quam per id quod nesciunt humanis conciliis expiari.

14 III. Quae cum ita sint et cum haec omnia, quae iubentur a domino, non modo a nobis omnino non fiant sed paene in 25 diuersum omnia fiant, quando maiora illa faciemus? qui enim, inquit saluator, non renuntiauerit omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus. et

3 I loh. 3, 15 9 Matth. 5, 22 16 Matth. 5, 22
26 Luc. 14, 33 28 Matth. 10, 38

1 rei* (*fuit* reis) *A* 2 credimus *A* 11 ex ira odium *B* *corr.*
ex odio (*sine* ira) *B* *m. 1* 14 persequitur *A*: prosequitur *B* *habere*
uidetur (ceterum *cfr. Plin. inc. l. 33*: persequimur omnes terrae fibras)
15 fibras *ex* febras *A* *corr. m. rec.* omnes *ex* omnis *A* *corr. m. 2*
paenitus *A* 17 fatuae *sed a posteriore punct. A* qui dixerit—
concilio *om. B m. 1* 19 iniuriosae *sed a posteriore punct. A*
25 dominomodo *om. non uoce A*

qui non tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non est me dignus. et qui se Christianum dicit, debet, quemadmodum Christus ambulauit, sic et ipse ambulare. quae 15 non modo illos, qui uoluptates et pompas saeculi sequuntur, sed ne illos quidem implere certum est, qui saeculares affectus derelinquunt. nam et qui renuntiare diuitiis uidentur non sic renuntiant, ut penitus renuntiasse uideantur, et qui putantur crucem portare sic portant, ut plus habeant in crucis nomine dignitatis quam in passione supplicii. et omnes tamen isti 20 etiamsi aliquid horum bona fide adimplerent, illud absque dubio nullus efficeret, ut per uiam uitae istius sic incederet sicut saluator incessit. qui se enim, inquit apostolus, dicit in Christo manere, debet, quemadmodum Christus ambulauit, sic et ipse ambulare.

15 IIII. Sed dura forsitan quidam putant apostolorum esse prae-16 cepta. dura plane existimanda sunt, si plus ab aliis officiorum exigunt quam sibi sumunt. porro autem, si multo minus ceteris imperarunt quam sibi, non modo non graues magistri sed parentes indulgentissimi iudicandi sunt, qui onera, quae ceruicibus filiorum per amoris indulgentiam detrahunt, sibi per affectum religionis imponunt. quid enim unus ex ipsis ad populos ecclesiasticos dicit? filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. et rursum: imitatores, inquit, mei estote, sicut et ego 25 Christi. nobis hoc imperat, ut se imitemur, qui sibi hoc 17 imperauerat, ut Christi esset imitator. et quidem, quod ipse Christum imitatus sit, nulli dubium est. Christus enim se pro nobis subdidit mundo, et se ipse pro Christo: Christus pro nobis taedia et labores grauissimos pertulit, et hoc ipse

12 I Ioh. 2, 6

22 Gal. 4, 19

24 I Cor. 11, 1

2 dicit *A m. rec. s. l.* 4 sequuntur (*sic*) *A* 5 saecularis *A*
m. 1 B affectus *scripsi*; *cf. in Sitz.-Ber. p. 24 sq.:* amotus *s. tus scr.*
m. rec. res A amoris *ius B*; 'fort. actus' *Halmius*; motus *uel iam*
motus suspicatur Hartelius 7 portantur *et A et B m. 1 sed in A*
s. scr. m. rec. utantur, ita tamen ut uix legi possit 15 quidam
 forsitan *B* 18 imperarunt *B* 19 ceruicibus *ex ceruibis A corr.*
m. 1, ut uidetur 29 pertulit *et ipse pro nobis pertulit et ipse pro*
 Christo *B*

pro Christo: Christus pro nobis contumelias passus est, et hoc ipse pro Christo: Christus pro nobis passionem mortemque tolerauit, et hoc ipse pro Christo. et ideo non sine causa meritum suorum conscius dicit: certamen bonum certavi, fidem seruaui: de reliquo reposita est mihi corona 5
 18 iustitiae. itaque cum ille Christum sic imitatus sit, uideamus quis nostrum apostoli imitator appareat. scribit enim ipse de se primum, quod nulli dederit umquam offensionem sed in omnibus exhibuerit se sicut dei ministrum in patientia multa in tribulationibus in necessitatibus in plagis in car- 10
 19 ceribus in lacerationibus. et alibi, dum se aliis comparat, sic ait: in quo quis audet, in insipientia dico, audeo et ego; ut minus sapiens dico, magis ego; in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. a 15
 Iudaeis quinquies quadragenas una minus accepi. ter uirgis caesus sum, semel lapidatus, ter naufragium feci. sane, etsi de ceteris quas dixit uirtutibus apostolicis nihil facimus, in hoc tamen uno, ubi apostolus ter naufragasse se dixit, etiam uincere possumus. non enim ter 20
 tantummodo naufragauimus, quorum paene omnis uita naufragium est: in tantum quippe uitiose ab omnibus uiuitur, ut prope nullus Christianorum sit qui non iugiter naufragare uideatur.

20 V. Sed dicit fortasse aliquis, non id esse nunc temporis, ut 25
 pro Christo nos perferamus, quae tunc apostoli pertulerunt. uerum est; non enim sunt pagani principes non tyranni persecutores, non sanguis sanctorum funditur nec fides suppliciis comprobatur. contentus est deus noster, ut ei pax nostra ser-

4 II Tim. 4, 7

7 II Cor. 6

12 II Cor. 11, 21

8 de se ipse <i>B</i>	numquam dederit <i>B</i>	13 magis] plus <i>B</i>
14 habundantius <i>A</i>	15 in mortibus <i>A</i>	in moribus <i>B</i>
16 quadragenas (<i>corr. ex quadragena m. 2</i>) unã <i>A</i>	18 etsi <i>ex et B corr.</i>	
20 ter <i>om. B</i>	21 naufragauimus <i>B</i>	26 Christo nos <i>B</i> : Christianos <i>A m. 1</i>
Christianis <i>m. 2</i>	27 principes pagani <i>B</i>	29 deus noster est <i>B</i>

uiat, ut sola ei immaculatorum actuum puritate et uitae in-
contaminabilis sanctitate placeamus. quo plus ei fides et deuotio **21**
nostra debet, quia minora a nobis exigit et maiora concessit.
et ideo cum et principes Christiani sint et persecutio nulla
5 sit et religio non inquietetur, qui ad probandam fidem experi-
mentis durioribus non compellimur inferioribus saltim officiis
domino plus placere debemus. probat enim etiam in maioribus,
si res exigat, exsecutorem se idoneum fore, a quo minora com-
plentur.

10 VI. Omittamus ergo illa, quae beatissimus Paulus pertulit, **22**
immo quae in libris postea de religione conscriptis omnes
admodum Christianos legimus pertulisse, qui ad caelestis regiae
ianuam gradibus poenarum suarum ascendentes scalas sibi
quodammodo de eculeis catastisque fecerunt. uideamus, si in
15 illis saltim religiosae deuotionis obsequiis, quae minora atque
communia in summa quiete et omni tempore omnes Christiani
obire possumus, praeceptis dominicis respondere temptamus.
iubet Christus ne litigemus. quis iubenti obtemperat? nec
solum iubet sed in tantum hoc iubet, ut ea ipsa nos, de
20 quibus lis est, relinquere iubeat, dummodo litibus exuamur.
si quis enim, inquit, uoluerit tecum in iudicio con-
tendere et tunicam tuam tollere, relinque ei et
pallium. interrogo qui sint, qui spoliantibus aduersariis cedant, **23**
immo qui sint, qui aduersarios suos non spoliare conentur?
25 tam procul enim abest ut cum tunicis etiam alia relinquamus,
ut, si quo modo possumus pallium simul aduersariis tuni-
casque tollamus. tam deuote enim mandatis dominicis oboedi-

21 Matth. 5, 40

5 probandum *B* 6 saltim *A m. 1* saltem *m. 2* 7 enim *om.*
B m. 1 immaioribus *A* a maioribus *B* 8 exsecutorem se *ex*
exsecutorem Si *A corr. m. 2* 11 omnes *ex omnis A corr. m. 1*
14 catastisque *B et ex castitatisque corr. m. 2 A* 15 saltim *iterum*
in saltem male mut. A m. 2 17 oboedire *A ob**ire B* obire *v in ras.*
septem, ut uidetur, litterarum manu Brassicani 21 noluerit *B*
in om. B 23 pallium *ex palleum A corr. m. 2* 24 $\frac{1}{q}$ (*ante*
aduersarios) A s. l. m. 2 27 obediamus *B*

VIII.

4

mus, ut non sufficiat nobis, quod aduersariis nostris etiam
 24 minima uestimentorum nostrorum parte non cedimus, nisi eis,
 quantum in nobis est, si res sinat, cuncta rapiamus. iungitur
 autem praecepto huic par et consimile mandatum, quo ait
 dominus: qui percusserit te in dexteram maxillam, 5
 praebe ei et alteram. quantos putamus esse, qui dicto
 huic uel aures modeste praebeant, uel certe, etiamsi id facere
 uidentur, animis adquiescant? aut quotus quisque est, qui si
 unum ictum acceperit, non multos pro uno reddat? tantum
 ab illo abest ut caedenti maxillam praebeat, ut tum se uincere 10
 putet, non quando aduersarium uapulando sed quando caedendo
 25 superauerit. quae uultis, inquit saluator, ut faciant
 uobis homines, eadem et uos facite illis similiter.
 huius sententiae partem tam bene nouimus, ut numquam prae-
 tereamus, partem sic praetermittimus, quasi penitus nescia- 15
 mus. nam quid ab aliis praestari nobis uelimus optime nouimus,
 quid autem ipsi aliis debeamus praestare nescimus. atque
 utinam nesciremus! minor esset ignorantiae reatus secundum
 illud: qui nescit uoluntatem domini sui, uapulabit
 paucis: qui autem scit et non facit eam, uapulabit 20
 multis. nunc autem hoc maior offensa est, quod partem
 sententiae sacrae pro commodorum nostrorum utilitate dili-
 26 gimus, partem pro dei iniuria praeterimus. exaggerat quoque
 hoc dei uerbum officio praedicationis suae apostolus Paulus
 dicens: nemo quod suum est quaerat sed quod alte- 25
 rius. et iterum: non quae sua sunt, inquit, singuli
 cogitantes sed ea quae aliorum. uides quam fideliter
 praeceptum Christi fuerit exsecutus: ubi, cum saluator sic nos

5 Matth. 5, 39 12 Matth. 7, 12 19 Luc. 12, 47 25 I Cor.
 10, 24 26 Phil. 2, 4

2 *an* minimam — partem? 3 capiamus *B* 4 mandato *B*
 10 cedenti *ex* cedente *A corr. m. 2* *post* praebeat *A m. 2 add.*
 alterā tum] dum *A* 16 prestare (*sed e in fn. in ras.*) ue*limus
A 18 minor esset *ex* minores set *A corr. m. 2* 19. 20 uapu-
 labit *ex* uapulauit *A bis corr. m. 2* 21 in hoc maior *B* 22 sacrae
om. B m. 1 25 nemo sum *B m. 1* 28 exsecutus *B*

pro aliis sicut pro nobis iusserit cogitare, ille plus aliorum nos commodis iussit consulere quam nostris, boni scilicet domini bonus famulus et singularis magistri praeclarus imitator, qui in uestigiis domini sui ambulans patentiora quodammodo et
 5 expressiora pedibus suis fecit domini sui esse uestigia. quid ergo horum facimus Christiani, quod Christus an quod apostolus iubet? puto omnino quod neutrum. nam tantum abest ut aliorum commodis aliquid cum propria incommoditate praestemus, ut omnes uel maxime nostris commodis cum aliorum
 10 incommodo consulamus.

VII. Sed eligere forsitan maiora quaeque uideamur, quae 27 nullus impleat et, ut ipsi putant, impleri omnino non possint, et praeterire alia, quae et impleri queant et ab omnibus impleantur. sed primum illud considerandum est, quia nulli ser-
 15 uorum licet ex his, quae dominus suus imperat, eligere pro arbitrio quid uelit facere quid nolit, et insolentissima abusione quod placuerit adsumere quod displicuerit repudiare, maxime cum et terrestres domini nequaquam aequo animo tolerandum putent, si iussiones suas serui ex parte audiant et ex parte
 20 contempnant, et pro libidine sua quae putauerint facienda faciant, quae putauerint conculcanda conculcent. si enim pro arbitrio 28 suo serui dominis obtemperant, ne in his quidem, in quibus obtemperauerint, obsequuntur. quando enim seruus ex domini sui iussis ea facit tantummodo quae uult facere, iam non
 25 dominicam uoluntatem implet sed suam. si ergo nos, qui homunculi imbecilli sumus, contemni tamen a seruis nostris omnino nolumus, quos etsi nobis seruitutis condicio inferiores humana tamen sors reddit aequales, quam inique utique cae-

2 consulere *ex* consulere *A corr. m. 2* dñi *ex* dñm *A corr. in ras. m. 2* 7 nam] non *B* 12 & *A s. l. add. m. 2* ut *om. B m. 1* ipsi] impii *haud improbabiler Hartelius* putant impleri *Ritterhusius*: putant implere *AB* posse *A sed e in ras. duarum litt. ut fuisse putem* possit 13 implere queant *A* 16 uellit—nollit *alt. 1 lit. punct. A* uelit—nollit *B* 17 displicuerit *A*
 20 contempnant *A* 22 seruo (*corr. serui*) suo *B* 23 obsequuntur (*sic*) *A* 24 iussit *B* 25 uoluntatem *non uoluptatem (ut Halmius adn.) A* 26 humunculi *A* contempni *AB (A item paulo post contempnimus et contempnendos, ubi de B non liquet)*

lestem dominum contempnimus, qui cum homines ipsi simus, contemnendos tamen nos a nostrae condicionis hominibus non putamus. nisi tanti fortasse consilii ac tam profundae intelligentiae simus, ut qui pati seruorum iniurias nolumus subditum iniuriis nostris deum esse uelimus, et quae ipsi toleratu 5 humano indigna credimus deum a nobis digne haec tolerare 29 credamus. ac per hoc, si qui sunt, ut ad superiora redeamus, qui de maioribus nos dei praeceptis dicere existiment et minora reticere, superflue queri intellegendi sunt; neque enim iusta causatio est, cur proferantur aliqua, ubi facienda sunt 10 omnia. sicut enim dominorum carnalium seruis eligere, ut iam dixi, omnino non licet, quae ex praeceptis erilibus faciant quae non faciant, sic nos, qui serui domini nostri sumus, illicitum omnino existimare debemus, ut uel illa quae placent pro animi oblectatione sumamus, uel illa quae displicent pro 15 superbiae abusione calcemus.

30 VIII. Sed adquiescamus tamen his, qui ex praeceptis dominicis idcirco forsitan nos nolunt maiora dicere, quia se putant minora complere, non quia sufficiat ad salutem, si maioribus spretis minora faciamus secundum illud: quicumque totam 20 legem seruauerit, offendit autem in uno, factus est omnium reus. ac per hoc licet nobis non sufficiat parua ac minima quaeque facere, adquiesco tamen ego minora dicere, ut ostendam maximam Christianorum omnium partem nec 31 exigua saltem ac minima fecisse. iussit saluator noster, ut 25

20 Iac. 2, 10

1 homines ex hominis *A* corr. *m.* 2 2 nos tamen *B* conditionis hoc loco *A* 4 simus (*pro* sumus) non *B* tantum, ut apud *Halm* sed etiam *A* (et *T*; simus *s. scr.* u *lit.* *V*) iniurias seruorum *B* 6 humano] *de substant.* toleratus dubitans *F. X. Hirner* in *program. Freisingensi a. 1869 p. 15* conii. homine; sed et alia ἀπαξ εἰρημύνα apud *Salu.* occurrunt, ut *Index uerborum docet* 8 aestiment *A* estiment *B* 9 superflue quem int. *A* sed *m. rec. mut.* superflui et quem *punctis notauit*, superflue queri *B* 10 proferantur *AB* praeferantur in *v* corr. *Brassicanus, Halmius* 12 erilibus *Rittershusius*: seruilibus *AB* 19 minora ex minore *A* corr. *m.* 2 21 offendat *B* 23 minima *B* corr. ex minora 24 nec om. *B* 25 saltem *B* et *m.* 1 *A* saltem *m.* 2

Christiani homines non iurarent. plures inuenias, qui saepissime periurent, quam qui omnino non iurent. iussit quoque, ut nemo malediceret. cuius non sermo maledictio est? prima enim semper irarum tela maledicta sunt, et quicquid non
 5 possumus imbecilli optamus irati ac sic in omni animorum indignantium motu uotis malis pro armis utimur. unde unusquisque hominum euidentissime probat, quicquid fieri aduersariis suis optat, totum se facere uelle si possit. sed uidelicet
 10 quia omnes hac improbitate linguarum facile utimur, qui iussis dominicis non obtemperamus, idcirco etiam apud deum facile hoc putamus esse, qui iussit: maledici, inquit sermo diuinus, regnum dei non possidebunt. hinc ergo intelligere possumus, quam grauis sit et perniciosa maledictio, quando, etiamsi alia bona fuerint, sola excludit a caelo. inuidiam
 15 procul esse iussit Christus a nobis. at nos e contra non extraneis tantum sed etiam proximis inuidemus, nec solum inimicos sed etiam amicos nostros liuore perfundimus. adeo prope in omnium sensu hoc malum regnat, adeo esuriendi libido terminum habet, detrahendi libido terminum non habet; nam
 20 semper admodum cibo, numquam detractatione saturamur. sed leuis forsitan poena istius labis est. detrahens, inquit scriptura sacra, eradicabitur. grauis profecto et tremenda animaduersio: sed tamen nulla correctio. dummodo enim unusquisque hominum alium lacerare non desinat, tanti putat, ut
 25 etiam sibi ipsi non parcat. sed digna plane mali istius retributio est, quae solum persequitur auctorem; illi enim nihil

11 I Cor. 6, 10 21 Rom. 1, 30 Psal. 139, 12 Prou. 21, 28

2 pertinerent *A m. 1 sed m. 2 punct. t et e penult. et supra n scr. u*
 3 sermo non. *B* 4 tela irarum *B* quicquid *B* 8 uelle
 facere *B* possit *in* posset *A mut. m. 2.* 9 omnes *ex omnis A*
corr. m. 2 10 non *om. B* optemperamus *A* 15 Christus
om. B at] ad *A sed s. scr. t lit. m. 2 uel 1* 16 solum *ex*
 solam *A corr. m. 2* 18 adeo *Hartelio suspectum uidetur (fort. scr.*
 regnat, atque addo) 20 detractatione *A* 21 forsitan leuis *B*
 labis *v et corr. ex laboris B m. 2: leuius (sic) A* 22 profecto *ex*
 profectu *A corr. m. 2* 23 anima aduersio *A sed priore a lit.*
punct. 25 ipse *B* mali *ex male A corr. m. 2*

nocet penitus cui detrahit, tantummodo illum punit e cuius
 35 ore procedit. sed delirare, opinor, uidemur ista repetendo, et
 fero ut nos delirare uideamur. numquid delirauit dominus qui
 praecepit: omnis enim, inquit per apostolum suum, clamor
 auferatur a uobis cum omni malitia. utrumque quidem 5
 hoc in nobis iugiter perseuerat, sed magis tamen malitia
 quam clamor. clamor quippe non semper est in oribus nostris,
 malitia autem semper in cordibus; ac per hoc puto quod,
 etiamsi in nobis clamor desineret, tamen malitia permaneret.
 36 sine murmuratione quoque et querela nos deus noster esse 10
 praecepit. quando haec in humano genere non fuerunt? si
 aestus est, de ariditate causamur, si pluuia, de inundatione
 conquerimur: si infecundior annus est, accusamus sterilitatem,
 si fecundior, uilitatem. adipisci abundantiam cupimus et eandem
 adepti accusamus. quid dici hac re improbius quid contume- 15
 liosius potest? etiam in hoc de misericordia dei querimur,
 37 quia tribuat quod rogamus. abesse a seruis suis omne omnino
 etiam oculorum scandalum deus praecepit, et ideo, si quis,
 inquit, uiderit mulierem ad concupiscendum, iam
 moechatus est eam in corde suo. hinc intellegere plene 20
 possumus quam castos nos esse saluator iusserit, qui etiam
 licentiam uisionis abscidit. sciens enim fenestras quodam-
 modo esse nostrarum mentium lumen oculorum et omnes im-
 probas cupiditates in cor per oculos quasi per naturales cuni-
 culos introire, extinguere eas penitus foris uoluit, ne intus 25
 orientur et letaliter crescentibus fibris conualescerent fortasse
 38 in anima, si germinassent in uisu. idcirco itaque ait dominus

4 Ephes. 4, 31

10 Phil. 2

18 Matth. 5, 28

1 cui *A m. 2 s. l.* pune *A punct. e lit. et s. scr. it m. 2 pu-*
 niet *B (item in v sed mut. in punit Brassicanus)* e om. *B*
 2 delirare ex delerare *A corr. hic et paulo post m. 2* 8 cordibus
 nostris *B* 13 conqueritur ex conquerimur *A corr. m. 2, item ster-*
 rilitatem ex sterelitatem 14 uilitate *A* 16 potest ex post *A*
corr. m. 1 quaerimur *B et a punct. A* 20 metatus (*sine est*)
B m. 1 25 eis *B et i m. 2 mut. in a A* 26 lo&aliter *A*
 fibris ex febris *A corr. m. 2* conualesceret *B (non A ut apud*
Halm) 27 animo *B* geminass& *A* 28 noxia *B*

petulcos impudicorum hominum intuitus noxa adulterii non carere, scilicet ut qui bona fide fugeret adulterium custodiret aspectum. perfectae siquidem ac sincerissimae sanctitatis uolens cultores suos facere saluator iussit ab his cautissime etiam
 5 minima uitari, scilicet ut quam pura est pupilla oculi tam pura esset uita hominis Christiani et, sicut salua intuitus incolumitate pulueris labem in se oculus non reciperet, sic uita nostra labem in se penitus impudicitiae non haberet. unde 39 est illud etiam, quod in sequentibus ait dominus: si scandalizat te oculus tuus, erue eum, et si scandalizat te manus tua, abscide eam: expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. si igitur iuxta dei uerbum in gehennam scandalis trahimur, recte profecto, ut gehennam
 15 uitare possimus, etiam manibus nostris nos oculisque multamus, non quod membris suis quis priuare se debeat, sed, quia tam necessariae nobis sunt quaedam domesticorum obsequiorum necessitudines, ut his quasi oculis interdum aut manibus utamur, recte nobis praesentium ministeriorum officia subtrahimus, ne
 20 aeterni ignis tormenta patiamur: ubi enim de ministerio agitur et uita, rectius profecto Christiano est ministerio carere quam uita.

IX. Itaque cum in omnibus his quae diximus oboedire nos 40 sibi dominus noster iusserit, ubi sunt qui aut in uniuersis mandatis deo aut certe uel in paucissimis obsequantur? ubi sunt qui aut inimicos diligant aut persequentibus benefaciant aut malos in bono uincant, qui maxillas caedentibus praebeant, qui spoliatis res suas sine lite concedant? quis est, apud quem detractioni penitus nihil liceat, qui conuicio suo neminem

9 Marc. 9, 46 Matth. 29, 30

2 fugeret *ex* fugiret *A corr. m. 2* 3 perfecte *et paulo post* sincerissime *A* 6 christiani hominis uita *B* 7 incolumitate *ex* incolomitate *A corr. m. 2, item oculus ex oculos* 14 gehennam *sed m male punct. A* 15 nos *om. B* 16 priuari *A* 17 necessaria *A* 18 aut quasi manibus *B* 20 patiamus *B* 29 detractioni *Rittershusius in margine (quam emendationem certissimam facit quod Saluianus ipse c. 8 scribit: numquam detractione saturamur):*

laedat, qui silentio os coherceat, ne in amaritudinem maledictionis erumpat? quis est, qui faciat haec minima? ut non
 41 dicam illa, de quibus diximus paulo ante, maiora. quae cum
 ita sint et cum a nobis nihil penitus dominicae iussionis fiat,
 quid est quod nos queramur de deo, cum queri magis deus 5
 de nobis omnibus possit? quae ratio est, ut doleamus nos
 non audiri a deo, cum ipsi deum non audiamus, ut susurremus
 non respici a deo terras, cum ipsi non respiciamus ad caelum,
 ut molestum sit despici a domino preces nostras, cum prae-
 cepta eius despiciantur a nobis? fac nos pares domino nostro 10
 42 esse: quis iustae querimoniae locus est, hoc pati quemque quod
 fecerit? saluo eo quod probare facile possum, nequaquam nos
 pati illa quae facimus et mitius multo nobiscum deum agere
 quam nos cum deo: sed interim tamen hac agamus lege qua
 coepimus. sic enim etiam dominus ipse dicit: clamaui ad 15
 uos et non audistis me: et uos clamabitis ad me
 et non exaudiam uos. quid enim dignius aut quid iustius?
 43 non audiuius non audimur: non respeximus non respicimur.
 quis, rogo, ex carnalibus dominis hac cum suis lege agere
 contentus est, ut contemnat tantummodo seruos suos, quia 20
 fuerit ab eis ipse contemptus? quamquam nos non hac solum
 iniuria contemnamus deum, qua contemni a seruis suis domini
 carnales solent, quia seruorum hic contemptus est maximus,

15 Prou. 1, 24 Mich. 3, 4 Psal. 17, 42 Hierem. 11, 11 Zachar. 7, 13

delectationi *B* et ex dilectatione corr. m. 2 *A*; primum scribendum putaueram detractationi ut est apud Cyprianum p. 689, 19 ed. Hartelius: bonorum integra ac sincera dilectio ab omnibus haereticae detractationis sordibus repurgetur; sed nunc et ibi quoque ex cod. *C* recipere malim detractationis 1 coherceat *AB* 3 cumita ex comita *A* corr. m. 2 4 nihil *A* quod *Halmium* fugit, qui in *B* certe nil inuenisse uidetur 5 quaeramus *A*, item paulo post quaeri sed hic a punct. 7 audiri ex audire *A* corr. m. 2 ut] et *B* 11 iuste *A* quae-
 rimoniae *A* sed priore a punct. 13 deum] domini *B* 14 quam
 nos om. *B* qua] quam *B* 15 etiam ipse dominus *B* 17 quid
 (post aut) om. *B* m. 1 20 contemnat *A* (item paulo post contempnamus et contempni) seruos ex seruo *A* corr. m. 1 22 domini
 om. *B* carnales *A* arn litt. in ras.; quid m. 1 habuerit (*Halmius* dicit curiales) discernere non potui; cur tales *B* (curiales *Ttv*); saeculares suspicatur Hartelius

si non faciant quod iubentur. porro autem nos omni studio omni nisu non solum iussa non facimus, sed contra id facimus quod iubemur. iubet enim deus ut omnes nobis inuicem carissimus, omnes autem nos mutua infestatione laceramus. iubet deus ut cuncti egentibus sua tribuant: cuncti admodum aliena peruadunt. iubet deus ut omnis qui Christianus est etiam oculos castos habeat: quotus quisque est, qui non se luto fornicationis inuoluat? et quid plura? graue et luctuosum est quod dicturus sum: ipsa ecclesia, quae in omnibus esse debet placatrix dei, quid est aliud quam exacerbatrix dei? aut praeter paucissimos quosdam, qui mala fugiunt, quid est aliud paene omnis coetus Christianorum quam sentina uitiorum? quotum enim quemque inuenias in ecclesia non aut ebriosum aut belluonem aut adulterum aut fornicatorem aut raptorem aut ganeonem aut latronem aut homicidam? et quod his omnibus peius est, prope haec cuncta sine fine. interrogo enim Christianorum omnium conscientiam: ex his uel flagitiis uel sceleribus, quae nunc diximus, quotusquisque hominum non aliquid est horum aut quotusquisque non totum? facilius quippe inuenias qui totum sit quam qui nihil. et quod diximus nihil nimis forsitan grauis uideatur esse censurae: plus multo dicam: facilius inuenias reos malorum omnium quam non omnium, facilius maiorum criminum quam minorum, id est, facilius qui et maiora crimina cum minoribus quam qui minora tantum sine maioribus perpetrarint. in hanc enim morum probrositatem prope omnis ecclesiastica plebs redacta est, ut in cuncto populo Christiano genus quodammodo sanctitatis sit minus esse uitiosum. itaque ecclesias uel potius templa atque altaria dei minoris reuerentiae quidam habent quam cuiuslibet minimi

3 kari*simos (sic) *A sed sup. o scr. v* 8 et quid plura] *cf. sed*
 quid plura *VI 75* 9 sum *A s. l. m. rec.* ecclesia dei *B*
 10 exacerbatrix *ex acerbatrix A corr m. rec. (cfr. paulo post: qui ingre-*
ditur ad placandum, non debet egredi ad exacerbandum) 11 poene
hoc loco A 15 ganneonem *A* 17 flagiliis *ex plagitiis A corr.*
m. rec., item paulo post quae *ex quem* 18 hominum—quotusquis-
 que *om. A oculorum aberratione* 25 perpetrarint *ex perpetrarent*
A corr. m. 2 hac *A* probrositatem morum *B* 26 prope
ex probe A corr. m. 2 27 minus sit *B*

ac municipalis iudicis domum. siquidem intra ianuas non modo inlustrium potestatum sed etiam praesidum aut praepositorum non omnes passim intrare praesumunt, nisi quos aut iudex uocarit aut negotium traxerit aut ipsa honoris proprii dignitas introire permiserit, ita ut, si quispiam fuerit insolenter ingressus, aut caedatur aut propellatur aut aliqua
 47 uerecundiae atque existimationis suae labe multetur. in templa autem uel potius in altaria atque in sacraria dei passim omnes sordidi ac flagitiosi sine ulla penitus reuerentia sacri honoris inrumpunt, non quia non omnes ad exorandum deum currere
 10 debeant, sed quia qui ingreditur ad placandum, non debet egredi ad exacerbandum: neque enim eiusdem officii est indulgentiam
 48 poscere et iracundiam prouocare. nouum siquidem monstri genus est: eadem paene omnes iugiter faciunt, quae fecisse se plangunt, et qui intrant ecclesiasticam domum, ut
 15 mala antiqua defleant, ** exeunt. et quid dico, exeunt? in ipsis paene hoc orationibus suis ac supplicationibus moliuntur. aliud quippe ora hominum aliud corda agunt, et dum uerbis praeterita mala plangunt, sensu futura meditantur, ac sic oratio eorum auctrix est magis criminum quam exoratrix. ut
 20 uere illa in eis scripturae maledictio compleatur, ut de oratione
 49 ipsa exeant condemnati et oratio eorum fiat in peccatum. denique si uult quispiam scire, quid in templo huiusmodi homines cogitarint, uideat quid sequatur. siquidem consummatis sollempnibus statim ad consuetudinaria omnes studia discurrunt,
 25 alii scilicet ut furentur alii ut inebrientur alii ut fornicentur

21 Psal. 108, 7

2 praesidum *ex* praesidium *A corr. i eras.* aut] ac *B* 7 uerecundia *B* 12 exacerbandum *ex* exercebandum *A corr. m. 1* enim *om. B* 15 *intra litt. nt m. rec. add. A* 16 ante exeunt lacunam indicauit Baluzius, post exeunt Halmius, qui 'supplendum uidetur', inquit, 'exeunt, ut noua committant' (uel perpetrent); nos quoque ante exeunt statuimus lacunam et putamus excidisse uerba exsecutori noua collatis postremis huius capitis uerbis; *cfr. quae disputauimus in Sitz.-Ber. p. 9* 20 auctrix *ex* autrix *A corr. m. 2:* aut (ut *corr.*) rix *B* (aut rixa *Tt* ** rixa *v*) 21 scripturae *ex* scriptura *A corr. m. 2* 22 condemnati *A* 24 cogitarint *B:* cogitarent *A* sollempnibus *A*

alii ut latrocinentur: ut euidenter appareat hoc eos esse meditato, dum intra templum sunt, quod postquam egressi fuerint exsequuntur.

X. Sed uidelicet cuncta haec mala et omnem uitiorum probrositatem, quam supra dixi, ad seruos fortasse quidam aut abiectissimos quosque homines referendam putant, ceterum nomen ingenuum hac flagitiorum labe non pollui. quid autem aliud est cunctorum negotiantium uita quam fraus atque periurium, quid aliud curialium quam iniquitas, quid aliud officialium quam calumnia, quid aliud omnium militantium quam rapina? sed putas forsitan, quod hoc etiam de personis istiusmodi ferri possit. hic est enim, inquis, eorum actus, quae et professio, ac per hoc nihil mirum est, si agunt quod profitentur: quasi uero aut agere ullum deus res malas uelit aut profiteri, aut nulla sit penitus sacrae maiestatis offensa, si maximum scelus minores uideantur agere personae, praesertim cum in hac hominum multitudine maior multo sit pars generis humani: et absque dubio, ubi maior est peccantium turba, maior est diuinitatis iniuria. sed omnis, inquis, nobilitas ab his sceleribus immunis est. parum est id quidem, quia non aliud uidetur nobilitas in omni mundo quam unus homo in grandi populo. sed uideamus tamen, si uel id ipsum parum sit carens crimine. ac primum consideremus, quid de huiusmodi hominibus dicat sermo diuinus. arguens quippe apostolus dei populum sic ait: audite, fratres mei dilectissimi. nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide et heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? uos autem exhonorastis pauperem.

25 Iac. 2, 5

2 intra in templum (*sic*) *A* 4 probositatem *B* 5 aut] ut
B 7 hac *ex ac A corr. m. 2* 10 officilium *B* 12 ferre
B 14 ullum *B s. l.* 15 paenitus *A* offensum *B* 17 micior
uel meior A (ortum ex maior aperta, quam dicunt, a lit. = ce scripta,
quam in A haud raro inueniri l. l. p. 7 monuimus); ceterum fort. scrib.
ea maior 18 humani: et (*non humani, et ut uulgo interpungendum*
est cum Hartelio, aut scribendum paulo post maior sit diu. uel maior et
diu. 22 id *om. B* 24 sermo dicat *B* 28 exonerastis *B*

nonne diuites per potentiam opprimunt uos? nonne
 ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum
 53 est super uos? graue hoc apostoli testimonium est, nisi
 forte immunes se ab eo nobiles putent, quia sunt soli diuites
 nominati. sed aut îdem sunt nobiles qui et diuites, aut si 5
 sunt diuites praeter nobiles, et ipsi tamen iam quasi nobiles,
 quia tanta est miseria huius temporis, ut nullus habeatur
 magis nobilis quam qui est plurimum diues. sed siue de alter-
 utris siue de utrisque apostolus dixerit, facile de hoc com-
 poni potest; non enim interest, de qua hoc potissimum parte 10
 54 dictum sit, quod utrique certum est conuenire. quis enim uel
 nobilium omnino uel diuitum horrens crimina? quamuis in hoc
 fefellerim; multi enim horrent sed paucissimi euitant. in aliis
 quippe horrent quod in se semper admittunt, mirum in modum
 et accusatores eorundem criminum et executores. execrantur 15
 publice quod occulte agunt, ac per hoc, dum damnare se
 ceteros putant, ipsos se magis propria animaduersione con-
 55 demnant. sed relinquamus istos, qui magis rei sunt. quis est
 uel diues omnino uel nobilis aut innocentiam seruans aut a
 cunctis sceleribus manus abstinens? quamquam superflue a 20
 cunctis dixerim: utinam uel a maximis, quia uolunt sibi id
 forte maiores quasi priuilegii uindicare, ut iure suo crimina
 uel minora committant. itaque de peccatis facilibus nihil
 dico. uideamus si uel a duobus illis quasi capitalibus malis
 ullus immunis est, id est uel ab homicidio uel a stupro. quis 25
 enim est aut humano sanguine non cruentus aut caenosa im-
 puritate non sordidus? unum quidem ex his ad poenam aeternam
 sufficit, sed prope nullus diuitum non utrumque commisit.
 56 XI. Sed cogitat forte aliquis de hoc numero: ego iam ista
 non facio. laudo, si non facis, sed tamen forte ante fecisti, 30

3 testimonium apostoli est *B* 5 îdem *praeter AB etiam v, non*
 îdem *quod Brassicano debetur* 12 uel ue *A* 13 horrent *ex hor-*
 runt *A corr. m. 2* 14 immodum *A* 15 accusator esse *A ex-*
 accusatores *B* executores *Hartelius (propter seqq. quod occulte*
 agant): excusatores *AB Halmius* execrantur *B ut uid.*
 16 dampnare *et post* condempnant *fere ubique; quare in posterum*
talia non adnotabo 17 putant ipsos se ceteros putant ipsos *B*
 22 priuilegium dicare *B* 27 sordibus *A*

et non est numquam omnino fecisse facere cessasse. quod si
 ita esset, quid proderat tamen, unum a scelere desistere et
 multos in sceleribus permanere? non sanat conuersio unius 57
 crimina plurimorum, nec sufficit ad placandum deum quod
 5 unus peccata deserit, quem uniuersitas totius humani generis
 offendit, praesertim cum is, qui conuertitur, ut mortem aeternam
 possit euadere, magnos profecto conuersionis suae fructus capiat,
 si euadat, nedum contingere ei possit, ut ab aliis poenam
 damnationis auertat, quia et hoc intolerabilis superbiae atque
 10 immanis piaculi crimen est, si tam bonum se aliquis esse
 credat, ut etiam malos existimet per se posse saluari. loquens 58
 deus de terra quadam uel de populo peccatore sic dicit: si
 fuerint tres uiri in medio eius, Noë et Daniel et
 Iob, non liberabunt filios neque filias: ipsi soli
 15 salui erunt. neminem reor tam impudentem fore, qui se
 his talibus uiris audeat comparare, quia, quamuis placere nunc
 aliquis deo studeat, hoc ipsum tamen genus maximae iniustitiae
 est, si se iustum praesumat; ac per hoc sublata est omnis
 spes falsae opinionis, qua credamus innumeram perditorum
 20 hominum multitudinem suffragio paucorum bonorum a prae-
 sentibus malis posse defendi. cum enim nullus illis quos 59
 supra diximus par sit, quae esse spes ullis potest, quod libe-
 rari [et] extranei et innumeri et mali a paucissimis bonis
 possint, cum illi familiarissimi deo sancti ne hoc quidem a
 25 domino promeruerint, ut in filiis suis uel sua membra sal-
 uarent? et recte. nam licet omnes admodum filii membra
 parentum esse uideantur, non putandi sunt tamen membra
 eorum esse, a quibus affectu coeperint discrepare, quia morum
 degenerantium prauitate pereunt in talibus beneficia naturae.

12 Ezech. 14, 14.

2 proderet *B* (prodesset *Ttv*) 3 unius conuersio *B* 6 his
 qui *B* 7 magnus *B* et u *m.* 2 *mut. in o A* profecto *ex* pro-
 fectu *A corr. m.* 2 10 est crimen *B* 11 estimet *A* *estimet B*
 13 Danihel *A* 14 neque] et *B* 15 neminem tamen *B* (neminem
 tam *sed tam linea transuersa del. in v Brassicanus*) 17 iustitiae *A*
 21 nullis *A* 22 par* *eras. s lit. A* liberare *A* 23 et (*ante ex-*
 tranei) *Hartelio*, et (*ante mali*) *delendum uidetur Halmio* 25 pro-
 meruerunt *B*

quo fit ut etiam nos, qui Christiani esse dicimur, perdamus
 60 uim tanti nominis uitio prauitatis. nihil enim omnino prodest
 nomen sanctum habere sine moribus, quia uita a professione
 discordans abrogat inlustris tituli honorem per indignorum
 actuum uilitatem. unde cum paene nullam Christianorum 5
 omnium partem, paene nullum ecclesiarum omnium angulum
 non plenum omni offensione et omni letalium peccatorum labe
 uideamus, quid est, in quo nobis de Christiano nomine blan-
 diamur, cum utique hoc ipso magis per nomen sacratissimum
 rei simus, quia a sancto nomine discrepamus; nam ideo plus 10
 sub religionis titulo deum laedimus, quia positi in religione
 peccamus.

1 qui non Christianos esse dicimus *B* qui Christianos (*sed o mut.*
in i et s punct.) esse dicimur *A* 2 omnino enim nihil *B* 5 cum
om. A 7 lo&alium *A* 10 sancto *B* s. l. nam et *B*
 11 ledimus *ex* ludimus *in v corr. Brassicanus:* laudemus *A* ludimus
B (in archetypo A cod. fuisse suspicor laudimus s. scr. e lit. quae sub-
stituenda fuit pro u sed male ponebatur pro i) 12 *post* peccamus
 EXPL. LIB. III. INCIPIT LIBER (*om. B*) QUARTUS *AB*

LIBER III.

I. Discedatur itaque ab illa, quam supra diximus, Christiani 1
 nominis praerogatiua, ut putemus, quia simus cunctis gentibus
 religiores, debere nos esse etiam fortiores. nam cum, ut
 5 diximus, hoc sit hominis Christiani fides, fideliter Christum
 credere, et hoc sit Christum fideliter credere, Christi mandata
 seruare, fit absque dubio ut nec fidem habeat qui infidelis est
 nec Christum credat qui Christi mandata conculcat, ac per
 hoc totum in id reuoluitur, ut qui Christiani hominis opus
 10 non agit, Christianus non esse uideatur; nomen enim sine
 actu atque officio suo nihil est. nam, sicut ait quidam in
 scriptis suis, quid est aliud principatus sine meritorum sub-
 limitate nisi honoris titulus sine homine, aut quid est dignitas
 in indigno nisi ornamentum in luto? itaque, ut isdem uerbis 2
 15 etiam nos utamur, quid est aliud sanctum uocabulum sine
 merito nisi ornamentum in luto? sicut etiam per diuinas
 litteras sacer sermo testatus est dicens: circulus aureus
 in naribus suis, mulier pulchra et fatua. et in nobis
 itaque Christianum uocabulum quasi aureum decus est: quo
 20 si indigne utimur, fit ut sues cum ornamento esse uideamur.
 denique qui uult plenius scire uocabula nihil esse sine rebus, 3

11 Salu. ad eccl. II, 37

17 Prou. 11, 22

2 Discedatur *ex* Disceditur *in v corr.* Brassicanus: DISCITUR *A*
 DISCEDITUR *B* quia *A* quæ *B* 3 scimus *sed c punct.* *A*
 4 etiam *om.* *B* 9 hominis *B* 10 nomen] nōn *A* 13 sine
 nomine *B* 15 uocabulum *bis habet T sed semel punctatum, item v;*
quod non silentio praeterii quia nostrum de communi utriusque cod.
fonte iudicium (cf. Sitz.-Ber. p. 18 sq.) confirmare uidetur 16 orna-
 mento *A sed s. o fin. scr. m. 2 ã* 17 testatus est *B corr. ex tes-*
 tatur 19 quod si *B*

respiciat quomodo innumerabiles populi cessantibus meritis etiam nomina perdiderunt. duodecim Hebraeorum tribus, cum electae quondam a deo essent, duo nomina sacrosancta acceperunt: et populus enim dei et Israhel appellatae sunt. sic quippe legimus: audi populus meus, et loquar; Isra- 5 hel, et testificabor tibi. ergo Iudaei aliquando utrumque, nunc neutrum. nam nec dei populus dici potest qui cultum dei olim reliquit, nec uidens deum qui dei filium denegauit, sicut scriptum est: Israhel uero me non cog- 4 nouit, et populus me non intellexit. propter quod 10 etiam alibi deus noster de Iudaeorum plebe loquitur ad prophetam dicens: uoca nomen eius, non dilecta. et iterum ad Iudaeos ipsos: uos non estis populus meus, et ego non sum deus uester. cur autem hoc de eis diceret et ipse alibi euidenter ostendit; sic quippe ait: dereliquerunt 15 uenam aquarum uiuentium dominum. et iterum: uerbum, inquit, domini proiecerunt et sapientia 5 nulla est in illis. quod quidem timeo ne non magis tunc de eis dici potuerit quam de nobis nunc dici possit, quia nec uerbis dominicis obtemperamus, et qui uerbis domini non 20 obsequimur, sapientiam profecto in nobis penitus non habemus. nisi fortasse credimus sapienter nos deum spernere et hoc ipsum, quod Christi mandata contemnimus, summam pru- 6 dentiam iudicamus. est quidem causa, cur hoc ita existimare credamur; nam tanto consensu omnes peccata sequimur, quasi summi consilii conspiratione peccemus. quae cum ita sint, quae ratio est, ut ipsi nos falsa opinione fallamus, existimantes scilicet, quia Christiani esse dicamur, quod opitulari nobis inter mala quae agimus nomen bonum possit, cum spiritus

5 Psal. 49, 7; 80, 9 9 Isa. 1, 3 12 Os. 1, 9 Rom. 9, 25 15 Hierem. 17, 13 17 Hierem. 8, 9

1 innumerabilis *A* 4 Israel *B* (*item infra*) 8 reliquens *B*
 (relinquens *Tt et m. 1 v*) 10 me *in fin. lin. add. m. rec. us A* (*unde Baluzius alii ediderunt* meus me) 11 alibi etiam *B* 14 de eis ipse diceret *B* diceret *ex dicere A corr. m. 2* et ipse] ipse *B* 24 cur *B s. l.* 28 opitulare *A*

sanctus nec fidem quidem dicat hominibus Christianis sine operibus bonis posse prodesse. et utique multo plus est fidem habere quam nomen, quia nomen uocabulum est hominis, fides autem fructus est mentis. et tamen hunc ipsum fidei
 5 fructum infructuosum apostolus sine operibus bonis esse testatur dicens: fides sine operibus mortua est. et iterum: sicut enim corpus sine spiritu, sic fides sine operibus bonis mortua est. addit quoque asperiora quaedam ad confundendos eos, qui sibi praesumptione Christi-
 10 anae fidei blandiuntur.

II. Sed dicit aliquis: tu fidem habes et ego opera habeo: 7 ostende mihi sine operibus fidem tuam et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. quo utique hoc indicat, actus bonos Christianae fidei quasi testes esse, quia Christianus nisi opera
 15 bona fecerit, fidem suam penitus adprobare non possit, ac per hoc quod probare non ualeat quia sit, sic omnino habendum esse quasi non sit. nam quam pro nullo hoc habendum existimaret, in subditis statim ipse demonstrat, dicens ad Christianum: tu credis quia unus est deus. bene facis:
 20 et daemones credunt et contremescunt. consideremus, 8 quid uoluerit hoc loco apostolus dicere, nec irascamur diuinis testimoniis sed adquiescamus, nec contradicamus sed proficiamus. tu credis, inquit ad Christianum sermo diuinus, quod deus unus est. bene facis: et daemones cre-
 25 dunt et contremescunt. numquid errauit apostolus, ut hominis Christiani fidem daemone compararet? non utique: sed ostendere illud uolens, quod supra dictum est, quia sine operibus bonis nihil sibi per fidei supercilium usurpare debe-

6 Iac. 2, 20

7 Iac. 2, 26 cf. Iac. 2, 18

19 Iac. 2, 19

3 est uocabulum *B* 12 fidem sine operibus *B* (*add.* fidem *s. l.* post oper.)
 13 bonos *ex* bonus *A* *corr. m. rec.* 14 testis *A*
 15 poenitus *A* 17 'an existimarit?' *Halmius; facillima quidem esset emendatio, sed non necessaria; cf. V 8 med.: Et quidem mirari pos-*
sim, quod hoc non omnes omnino facerent 20 contremiscunt *ex*
contremescunt A corr. m. rec. item paulo post bis 22 adquiescamus
 nec contradicamus *ex—escamur et—dicamur A corr. m. rec.; item* 26
 hominis *ex* homines

rent, idcirco ait et a daemonibus deum credi; scilicet ut, sicut daemones, cum deum credant, tamen in peruersitate perdurant, ita et quosdam homines quasi credulitatem daemonicam habere, qui cum se deum credere adserant, tamen
 9 a malo opere non cessant. subiungit autem ad pudorem et
 5 condemnationem hominum peccatorum, non credere solum daemones dei nomen sed etiam timere et contremescere. hoc est dicere: quid tibi blandiris, o homo, quisquis es, credulitate, quae sine timore atque obsequio dei nulla est? aliquid plus daemones habent. tu enim unam rem habes tantummodo,
 10 illi duas: tu credulitatem habes, non habes timorem, illi et credulitatem habent pariter et timorem. quid miraris ergo, si caedimur? quid miraris, si castigamur si in ius hostium tra-
 10 dimur si infirmiores omnibus sumus? siue miseriae nostrae siue infirmitates siue euersiones siue captiuitates et poenae
 15 improbae seruitutis testimonia sunt mali serui et boni domini. quomodo mali serui? quia patior scilicet uel ex parte quod mereor. quomodo boni domini? quia ostendit quae mereamur, etsi non inrogat quae mereamur; clementissima enim ac benignissima castigatione mauult nos corrigere quam perire. nos
 20 siquidem, quantum ad crimina nostra pertinet, letalibus suppliciis digni sumus; sed ille plus misericordiae tribuens quam seueritati uult nos clementis censurae temperamento emendare
 11 quam plaga iustae coercitionis occidere. ingratum nobis esse quod caedimur satis certus sum. sed quid miramur, si pec-
 25 cantes nos deus uerberat, cum ipsi peccantes seruulos uer-

1 ait et] autem *B* credi *ex* crede *A* corr. *m. rec.* (*non* 2)
 2 imperuersitate *A* in perdiuersitate *B* (*ortum sine dubio ex* diuersitate, *ut est in T, s. scr.* per) 4 asserant *A s. l. m. 2* 6 hominum] hoiū *B* (*unde in Ttv* horum) 7 daemones *B* corr. *ex* homines
 11 illi et crudelitatem *non B solum, ut apud Halmium, sed et A* (*in rell. et deest*) 13 miraris ergo si castigamur *B* 15 penē *B* 17 patior *B s. l.* 18 ostendit quid *B* 21 lo&alibus *A* 22 digni sumus *ex* dignissimis *A* corr. *m. 2*: dignissimus *B* 23 seueritati *ex* seueritate *A* corr. *m. 2* uult] mauult *B* (*praeter locum ab Halmio conlatum V 9, 49 uid. nostri libri cap. seq. med.: seruus mentiri uult quam etc., ubi A item uult habet, quod Halmius non adnotauit*) 24 coercitionis *sed h punct. A* coercitionis *B* 25 satis certum certus *B*

beremus? iniusti iudices sumus: homunculos nos flagellari a deo nolumus, cum ipsi condicionis nostrae homines flagellemus. sed nec miror quod tam iniqui in hac re sumus: natura in nobis et nequitia seruilis est. uolumus delinquere et nolumus
 5 uerberari: ipsi in nobis mores sunt qui in seruulis nostris; omnes uolumus impune peccare. denique, si mentior, cunctos consulo. nego ullum esse, quamlibet magni criminis reum, qui se adquiescat debere torqueri. hinc ergo agnosci potest, 12
 quam inique ac prauissime aliis seuerissimi sumus nobis in-
 10 dulgētissimi, aliis asperi nobis remissi. in eodem crimine punimus alios nos absoluius: intolerabilis prorsus et incontumaciae et praesumptionis. nec agnoscere in nobis uolumus reatum et audemus de aliis usurpare iudicium. quid esse iniustius nobis aut quid peruersius potest? id ipsum scelus in
 15 nobis probabile esse ducimus, quod in aliis seuerissime uindicamus. et ideo non sine causa ad nos apostolus clamat: propter quod inexcusabilis es, o homo omnis qui iudicas: in quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas; eadem enim agis quae iudicas.

20 III. Sed non eadem, inquit aliquis ex diuitibus, non eadem 13 nos agimus, quae serui agunt: ex seruis enim fures ac fugitiui sunt, ex seruis gulae ac uentri iugiter seruientes. uerum est

17 Rom. 2, 1

1 iniusti iudices *ex iniuste iudicis A corr. m. 2* homunculi *ex*
 homunculos *A corr. m. 2 fort. recte* 5 qui in *B (ceterum in T*
uerba: ipsi—nostris desunt, quod fugit Halmium) 9 ac prau(s) *in*
fine lin. rec. m. add.) sime *A* ac prauēs simus *B (diu superlatiuum*
coniunctum cum positio inique suspectum habui et male ortum mihi
persuaseram ex sequentibus superlatiuis ita ut prauē corrigerem; quod
iam retro uela dedi factum est Hartelio monente, similia congesta
esse in Indice III. Arnobianorum librorum aduersus nationes ed. ab
A. Reifferscheidio p. 307 11 punimos *B* incontumaciae] *lectio*
dubia *Halmius in Ind. III. dicit; cui primum assentiebar: nunc uero*
cum Hartelio incontumacia idem esse puto quod obsequium; est autem
ἀπαξ εἰρημένον 12 nec] haec *A* 17 excusabilis *ex excusabiles*
A corr. m. 2 omnis homo *B* 20 non eandem *B* 21 enim
 gulae *B* 22 uentri (*ex uentre corr. m. 2*) iugiter *A*: iugiter
 uentri *B*

esse haec uitia seruorum: sed plura tamen sunt ac maiora dominorum quamuis non omnium. excipiendi enim quidam sunt sed paucissimi: quos ideo non nomino, ne non tam eos nominando laudare quam alios non nominando uidear publi-
 14 care. ac primum serui, si fures sunt, ad furandum forsitan 5 egestate coguntur: quia, etiamsi stipendia usitata praestentur, consuetudini haec magis quam sufficientiae satisfaciunt et ita implent canonem, quamquam non explent satietatem. ac per hoc culpam ipsam inopia minus culpabilem facit, quia excusabilis furti reus est, qui ad furtum cogi uidetur inuitus. nam et 10 scriptura ecclesiastica quasi subexcusare quodammodo miserorum omnium noxas uidetur dicens: non grandis est culpae, cum quis furatus fuerit; furatur enim, ut esurientem impleat animam. furatur, ut expleat animam suam: ac per hoc non satis a nobis accusandi sunt qui diuino 15
 15 sermone excusantur. quod autem de furtis seruorum dicimus, hoc etiam de fuga: immo hoc rectius de fuga, quia ad fugam seruos non miseriae tantum, sed etiam supplicia compellunt. pauent quippe actores pauent silentarios pauent procuratores, prope ut inter istos omnes nullorum minus serui sint quam 20 dominorum suorum: ab omnibus caeduntur ab omnibus con-teruntur. quid amplius dici potest? multi seruorum ad dominos suos confugiunt, dum conseruos timent. unde illorum fugam non tam ad eos debemus referre qui fugiunt, quam ad eos qui fugere compellunt. uim patiuntur infelicissimi: famulari 25 optant et fugere coguntur. discedere a seruitio dominorum suorum omnino nolunt et conseruorum suorum crudelitate non
 16 permittuntur ut seruiant. mendaces quoque esse dicuntur. ad

12 Prou. 6, 30.

2 quidam enim *B* 4 laudare— non nominando *om. A* non
 (*post alios om. B (et Tt, habet v)* publicare *B* 6 usitate
A 7 consuetudinē *A* quamquam (quāq:) *scripsi*: quae *Hartelius* quod *AB Halmius* 11 miserorum hominum '*Rittershusius*
probabiliter' *Halmius* 14 in Salomone furatur] *glossam* in Salomone
 (*omnibus codicibus communem*) *delendam esse uidit Baluzius* 15 non
om. B m. 1 18 seruos *ex seruus A corr. m. 1* 19 silentarios
supra i primae syll. scr. a m. 2 A 23 fugiunt *B* 25 famulare *A*

mendacium nihilominus atrocitate praesentis supplicii coar-
 tantur, siquidem, dum tormentis se uolunt eximere, mentiuntur.
 quid autem mirum est, si positus in metu seruus mentiri uult
 quam flagellari? accusantur etiam gulae et uentris auidi. nec
 5 hoc nouum est: magis desiderat saturitatem qui famem saepe
 tolerarit. sed esto, non perferat famem panis, famem certe
 perfert deliciarum, et ideo ignoscendum est, si auidius expetit
 quod ei iugiter deest. tu uero nobilis tu uero diues, qui 17
 omnibus bonis affluis, qui hoc ipso deum sanctis operibus
 10 honorare plus debes, quod beneficiis illius sine cessatione per-
 frueris, uideamus si actus non dico sanctos sed uel innoxios
 habes. et quis, ut superius dixi, diuitum praeter paucos non
 cunctis criminibus infectus est? et quod paucos excipio,
 utinam plures atque omnes excipi liceret: salus erat omnium
 15 innocentia plurimorum. neque ego nunc de ullo dico, nisi de
 eo tantum, qui in se id quod dico esse cognoscit. si enim
 extra conscientiam suam sunt quaecumque dico, nequaquam
 ad iniuriam eius spectant cuncta quae dico: si autem in se
 esse nouit quae loquor, non a mea sibi hoc lingua dici existi-
 20 met sed a conscientia sua. ac primum, ut de uitiis seruilibus 18
 dicam: si fugitius est seruus, fugitius es etiam tu, diues
 ac nobilis; omnes enim dominum suum fugiunt, qui legem

1 mendacium *ex mentium A corr. m. rec.* praesenti *B*
 2 exhimere *sed h punct. A* 3 immetu *A* mauult *B ut Halmii*
silentium probare uidetur; cf. adn. nostram ad huius libri § 10
 4 auidi] uidi *A* 6 tolerauit *B* 7 expedit *A* 8 quo ei iu-
 giter deest *ex quod erat i. d. A corr. m. 2, quod ei uel erat iugiter*
deest B (quod ei uel iug. deerat v); 'fort. quod erat iugiter (sc. ante
seruitutem) et deest' Halmius; cfr. quae disputauimus in Sitz.-Ber.
p. 17 9 omnibus] immanibus *ex manibus A corr. m. rec. (in arche-*
typo A cod. fuisse uidetur quimōmibus uel quimōmibus) 12 et quis]
ecquis con. et in textum recepit Halmius, quod non probarim, quia ecquis,
ecquid alias apud Saluianum me legere non memini; et idem fere est
quod sed ut pag. 65, 11. 68, 27. 70, 10. 71, 7. 73, 7. 80, 18 alibi
 13 interfectus *sed ter syllabae lineola subscripta A* 15 de ullo dico
 nunc *B* de eo] ideo *B* 16 agnoscit *B* 17 quaecumque *B*
corr. ex quae 19 existimet *v: estimet A aestimet B*

domini derelinquunt. quid ergo, diues, culpas in seruo? hoc facis quod et ille. ille fugitiuus est sui domini et tu tui: sed hoc culpabilior tu quam ille, quia ille fugit forsitan malum dominum et tu bonum. incontinentiam quoque uentris in seruo arguis. in illo rara est per indigentiam in te cotidiana per 5
 19 copiam. uides ergo apostolicam sententiam te potissimum uerberare, immo te solum, quia in quo alium iudicas temetipsum condemnas; eadem enim agis quae iudicas, immo non eadem sed maiora multo ac nequiora. in illo quippe etiam infrequentem uentris intemperantiam punis, et tu 10
 adsidua cruditate distenderis. furtum quoque, ut putas, seruile uitium est. et tu furtum, diues, facis, quando a deo uetita praesumis. omnes siquidem furta faciunt, qui illicita committunt.
 20 IIII. Sed quid ego tam minute et quasi allegorice de hoc loquor, cum facinoribus apertissimis non furta tantum diuitum 15
 sed latrocinia comprobentur? quotus quisque enim iuxta diuitem non pauper aut actu aut statu tutus est? siquidem persuasionibus praepotentum aut sua homines inbecilli aut etiam se ipsos cum suis pariter amittunt, ut non immerito de utrisque personis sacer sermo testatus est dicens: uenatio leonis 20
 onager in heremo: sic pascua sunt diuitum pauperes. quamuis tyrannidem hanc non pauperes tantum sed
 21 paene uniuersitas patiatur generis humani. quid est enim

7 Rom. 2, 1

20 Eccl. 13, 23

2 domini sui *B* 4 quoque uentris in] quoque in uentris *AB*
 (quam uentris in *v*, unde *Brassicanus* uentris quam in) 6 apostolicam sententiã *A* apostolica sententia *B* 7 uerberare *scripsi*: uerberari *AB* 8 agis enim *B* eadem magis *B* (*ceterum A bis eadem corr. ex eandem*) 9 multa *A* 11 adsidua *supra d scr. s m. 2 A* crudelitate *B* 16 quotus *ex quotu A corr. m. 2*
 17 non *om. B Ñ initio lineae extra lin. A m. 1, ut uid.* actu] auctus *B* statu tutus *Hartelius*: statutus *A sed tus syllabae lineola subscripta (cf. ad p. 69, 13): statutus B (cf. locum simillimum V 44)*
 persuasionibus *A cf. paulo post §. 22* 18 praepotentium *B* homines *ex hominis A corr. m. 1* 20 testatus sit *B* uenantio *sed n punct. A*
 21 pascuas̃ *pro pascua sunt A sed lineolam add. m. 2*
 pauperes *ex pauperis A bis corr. m. 2*

aliud dignitas sublimium quam proscriptio ciuitatum? aut
 quid aliud quorundam, quos taceo, praefectura quam praeda?
 nulla siquidem maior pauperularum est depopulatio quam
 potestas; ad hoc enim honor a paucis emitur, ut cunctorum
 5 uastatione soluatur: quo quid esse indignius quid iniquius
 potest? reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt:
 commercium nesciunt et solutionem sciunt: ut pauci in-
 lustrentur, mundus euertitur: unius honor orbis excidium est.
 denique sciunt hoc Hispaniae, quibus solum nomen relictum
 10 est, sciunt Africae, quae fuerunt, sciunt Galliae deuastatae,
 sed non ab omnibus, et ideo in paucissimis adhuc angulis uel
 tenuem spiritum agentes, quia eas interdum paucorum in-
 tegeritas aluit, quas multorum rapina uacuauit.

V. Sed euagati longius sumus dolore compulsi. ergo ut 22
 15 ad superiora redeamus: quid est igitur, in quo non seruilibus
 uitis etiam nobiles polluantur, nisi forte ideo, quia illa, quae
 in seruis peccata puniunt, ipsi quasi licita committunt? deni-
 que ad has peruationes, quas supra dicti nobiles agunt, seruus
 nec adspirare permittitur. quamuis mentiar; quidam enim ex
 20 seruis nobiles facti aut paria aut maiora fecerunt. sed hoc
 tamen imputari seruis nequaquam potest, quod quibusdam
 seruilis condicio tam feliciter cessit. homicidia quoque in 23
 seruis rara sunt terrore ac metu mortis, in diuitibus adsidua
 spe ac fiducia impunitatis. nisi forte iniqui simus hoc quod
 25 diuites faciunt ad peccata referendo, quia illi cum occidunt

3 pauperulorum *B* pauperum incolarum *suspicitur Hartelius; sed cf.*
Indicem III s. u. pauperculus 4 *emittitur B* 6 *reddunt mi**i*
A pretia] praedia *A* 7 *commertium AB* solutionem *A*
 9 *hispaniae A m. 1 hispani deleta e lit. et a punct. A m. 2* 10 *gallia*
A *deuastę supra scr. ta syll. m. 2 A* 15 *igitur om. B*
 18 *peruasiones A uid. supra ad § 20* 19 *adspirare sed s supra d*
scr. A 20 *paria] paru* s. scr. a A (ante ras. uidetur fuisse parui*
quod facile oriebatur ex paricc scilicet a litera in fine aperta = cc de
qua monui in Sitz.-Ber. p. 7; parua B (Tt; in v paria ex parua corr.
Brassicanus) 22 *seruulis B* 24 *fidutia A* *iniquissimos*
sed s priore delet. et supra o scr. u, ergo iniqui simus (non ut Halmius
habet sumus) A iniqui simus B; 'solet Salu. post nisi forte coniunc-
tium ponere, u. I 4. III 53. ad eccl. I 34 II 36. 54 III 77' Halmius
 25 *peccatum B* *illi ex ille A corr. m. rec.*

- 24 seruulos suos, ius putant esse non crimen. nec solum hoc, sed eodem priuilegio etiam in exercendo impudicitiae caeno abutuntur. quotus enim quisque est diuitum conubii sacramenta conseruans, quem non libidinis furor rapiat in praeceps, cui non domus ac familia sua scortum sit, et qui non, in 5 quamcumque personam cupiditatis improbae calor traxerit, mentis sequatur insaniam? secundum illud scilicet, quod de talibus dicit sermo diuinus: equi insanientes in feminas facti sunt. quid enim aliud quam de se dictum hoc probat, qui totum peruadere uult concubitu quicquid concupierit 10
- 25 aspectu? nam de concubinis quippiam dici forsitan etiam iniustum esse uideatur, quia hoc in comparatione supradictorum flagitiorum quasi genus est castitatis, uxoribus paucis esse contentum et intra certum coniugum numerum frenum libidinum continere. coniugum dixi, quia ad tantam res impu- 15
- 26 dentiam uenit, ut ancillas suas multi uxores putent. atque utinam sicut putantur esse quasi coniuges, ita solae haberentur uxores. illud magis taetrum ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata sortiti alias sibi rursus seruilis status coniuges sumunt, deformantes sancti conubii honorem per 20 degeneris contubernii uilitatem, non erubescens maritos se fieri ancillarum suarum, praecipitantes fastigia nobilium matrimoniorum in cubilia obscena seruarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio.
- 27 VI. Non dubito ex his plurimos, qui aut sunt nobiles aut 25 uideri nobiles uolunt, superbe et aspernanter accipere, quod, dum consideramus haec talia quae locuti sumus, minus flagitiosos diximus seruos quosdam esse quam dominos. sed cum ego hoc non de omnibus, sed de his qui tales sunt praedica- uerim, nullus irasci omnino debet, qui nequaquam se talem 30

8 Hierem. 5, 8

1 non *punct.* n in *fn.* et s. *scr. m. rec.* s A nec] non B
 2 caeno (*sic*) A, de B non *liquet* 6 quâcumque ex quaecumque A
corr. m. 2 14 frenos B 17 coniuges ex coniugis A *corr. m. 2*
 22 fastigium B 25 qui ex quae A *corr. m. 2*, item uideri ex uideri
 29 hoc ego B (*in A esse ego hoc non adn. Halmius*)

esse cognoscit, ne hoc ipso, quod irascitur, de coetu ipsorum esse uideatur. quin potius quicumque ex nobilibus haec mala horrent irasci talibus debent, quod facinoribus sordidissimis nobilitatis nomen infament: quia licet hi, qui tales sunt, 5 omnem grauent populum Christianum, specialiter tamen illos sordibus suis polluunt, quorum pars esse dicuntur. diximus 28 itaque nobiles quosdam esse seruis deteriores [diximus utique] et improbabiliter diximus, nisi quod diximus comprobamus. ecce enim ab hoc scelere uel maximo prope omnis seruorum 10 numerus immunis est. numquid aliquis ex seruis turbas concubinarum habet, numquid multarum uxorum labe polluitur et canum uel suum more tantas putat coniuges suas esse, quantas potuerit libidini subiugare? sed responderi uidelicet 29 ad haec potest, quod facere seruis ista non liceat: nam profecto facerent, si liceret. credo: sed quae fieri non uideo, 15 quasi facta habere non possum. quamlibet enim in eis improbae mentes, quamlibet malae cupiditates sint, nullus pro eo, quod non admittit, scelere punitur. malos esse seruos ac detestabiles satis certum est. sed hoc utique ingenui ac 20 nobiles magis execrandi, si in statu honestiore peiores sunt. quo fit ut ad illum perueniri exitum rei huius necesse sit, non ut serui sint a reatu nequitiae suae absoluendi, sed ut plurimi diuites magis sint seruorum comparatione damnandi. nam illud latrocinium ac scelus quis digne eloqui possit, quod, 30 25 cum Romana respublica uel iam mortua uel certe extremum

2 haec om. B m. 1 7 diximus utique (ex itaque A corr. m. 2) ut male ex antecedentibus repetitum seclusimus 8 improbaliter B comprobemus ex comprobamus A corr. m. 2 10 numquid enim aliquis B (aliquis s. l.) 13 libidinis sed s punct. A responderi (ex respondere m. rec.) uidelicet ad haec A ad haec responderi uidelicet B 17 mentes et cupiditates ex -tis A corr. m. rec. item paulo post malos e. seruos ac detestabiles ex malus e. seruus ac -bilis 18 non B s. l. amittit B 20 honestiores in fin. s punct. A, item s. un** statu; fuisse uidetur sunt si in statu et hoc fort. rectius; ad sunt—sunt cf. I 7: non sunt tamen tam miseri quam sunt mali; item 9 bis et saepissime alias; cf. Sitz.-Ber. p. 25 ut et A et B add. m. 2 21 peruenire A 23 plurime super e scr. ù m. 2 A magis punct. m. 2 A

spiritum agens in ea parte, qua adhuc uiuere uidetur, tributorum uinculis quasi praedonum manibus strangulata moriatur, inueniuntur tamen plurimi diuitum, quorum tributa pauperes ferunt, hoc est, inueniuntur plurimi diuitum, quorum tributa pauperes necant. et quod inueniri dicimus plurimos, timeo 5
 31 diximus, omnes paene diuites reperire possimus. ecce enim remedia pridem nonnullis urbibus data quid aliud egerunt, quam ut diuites cunctos immunes redderent, miserorum tributa 10
 cumularent; illis ut demerentur uectigalia uetera, istis ut adderentur noua; illos ut decessio etiam minimarum functionum locupletaret, istos ut accessio maximarum adffigeret; illi ut eorum, quae leuiter ferebant, imminutione ditescerent, isti ut eorum, quae iam ferre non poterant, multiplicatione more- 15
 rentur, ac sic remedium illud alios iniustissime erigeret alios iniustissime necaret, aliis esset sceleratissimum praemium aliis sceleratissimum uenenum? unde aduertimus, quod nihil esse et diuitibus sceleratius potest, qui remediis suis pauperes perimunt, et nihil pauperibus infelicius, quos etiam illa, quae 20
 pro remedio cunctis dantur, occidunt.

32 VII. Iam uero illud quale, quam sanctum, quod si qui ex nobilibus conuerti ad deum coeperit, statim honorem nobilitatis amittit? aut quantus in Christiano populo honor Christi est, ubi religio ignobilem facit? statim enim, ut quis melior 25

5 iuuenire *A* 8 repperire possimus *A*, possemus reperisse *B*
 12 etiam decessio *B* 14 imminutione morirentur ditescere *** isti *A*
sed et morirentur ex sequenti uersu huc inlatum mutauit m. 2 in
molirentur, et, ne infinitiuum deesset, ditescerent, uel potius, cum
rasura quattuor uel quinque litterarum appareat, ditescerentur in dite-
 scere 15 iam] etiam *B* morirentur (sic) *A m. rec. s. l.*
 18 quod in quo *A mut. m. 2* 22 quod si hi (*A m. 2 corr. hic*) qui
AB; in hi quid lateat non liquet; primum cogitavi in si hi latere ubi
et pro qui scribendum esse quis (ut est in Ttv) ut paulo post §. 33:
ubi enim quis mutauerit uestem cf. Sitz.-Ber. p. 25; sed nunc ueri
puto similis hi uel potius hic ab aliquo additum esse qui pro qui ex-
 spectabat quis 25 melior.es se *sed es m. 2 A*

esse temptauerit, deterioris abiectioe calcatur, ac per hoc omnes quodammodo mali esse coguntur, ne uiles habeantur. et ideo non sine causa apostolus clamat: saeculum totum in malo positum est. et uerum est; merito enim totum esse in malo dicitur, ubi boni locum habere non possunt. siquidem ita totum iniquitatibus plenum est, ut aut mali sint qui sunt, aut qui boni sunt multorum persecutione crucientur. itaque, ut diximus, si honoratior quispiam religioni se ad-
 5 plicuerit, ilico honoratus esse desistit. ubi enim quis muta-
 10 uerit uestem, mutat protinus dignitatem: si fuit sublimis fit despicabilis, si fuit splendidissimus fit uilissimus, si fuit totus honoris fit totus iniuriae. et mirantur mundani quidam et infideles, si offensam dei aut iracundiam perferunt, ubi deum in sanctis omnibus persequuntur; peruersa enim sunt
 15 et in diuersum cuncta mutata. si bonus est quispiam, quasi malus spernitur, si malus est, quasi bonus honoratur. nihil itaque mirum est, si deteriora cotidie patimur, qui cotidie deteriores sumus. et noua enim cotidie homines mala faciunt et uetera non relinquunt: surgunt recentia crimina nec re-
 20 pudiantur antiqua.

VIII. Quis ergo est causationi locus? quamlibet aspera
 et aduersa patiamur, minora patimur quam meremur. quid querimus, quod dure agat nobiscum deus? multo nos cum deo durius agimus. exacerbamus quippe eum impuritatibus
 25 nostris et ad puniendos nos trahimus inuitum. cumque eius naturae sit mens dei atque maiestas, ut nulla iracundiae passione moueatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio est, ut per nos cogatur irasci. uim, ut ita dixerim,

3 Ioh. 5, 19

2 ne ex nec *A corr. m. 2* 7 aut qui *B* 8 at] sicut *B*
 11 despicabilis ex displicabilis *A corr. m. 2* 13 ubi] ^q *A in ras.*
m. rec. 14 sanctis hominibus *coni. Rittershusius* persequuntur
alt. u m. rec. s. scr. A persecuntur *B* 15 si bonus est malus *B*
 17 est *om. B* 19 reliquit *AB* 23 quaerimur *AB* quid dure
B durae sed a *punct. A* durius cum deo *B* eum] deum
B 26 iracundiae ex -dia *A corr. m. 1* 28 est *B s. l.*

facimus pietati suae ac manus quodammodo adferimus misericordiae suae. cumque eius benignitatis sit ut uelit nobis iugiter parcere, cogitur malis nostris scelera quae admittimus 35 uindicare. ac sicut illi solent, qui munitissimas urbes obsident aut firmissimas arces urbium capere et subruere conantur — omnibus absque dubio eas et telorum et machinarum generibus oppugnant — ita nos ad expugnandam misericordiam dei omni peccatorum immanium scelere quasi omni telorum genere pugnamus; et iniuriosum nobis deum existimamus, cum ipsi iniuriosissimi deo simus. omnis siquidem Christia- 10
 36 norum omnium culpa diuinitatis iniuria est. nam cum illa, quae facere a deo uetamur, admittimus, uetantis iussa calcamus, ac per hoc impie in calamitatibus nostris seueritatem diuinam accusamus: quippe nobis nos accusandi sumus. nam cum ea quibus torqueamur admittimus, ipsi tormentorum 15 nostrorum auctores sumus. quid ergo de poenarum acerbitate querimur? unusquisque nostrum ipse se punit. et ideo illud propheticum ad nos dicitur: ecce omnes uos ignem accenditis et uires praeuistis flammae: ingredimini in lucem ignis uestri et flammae, quam accendistis. totum namque humanum genus hoc ordine in poenam aeternam ruit, quo scriptura commemorauit. primum enim ignem accendit, postea uires ignibus praebet, postremum flammam ingreditur quam parauit. quando igitur primum sibi homo aeternum accendit ignem? scilicet cum primum peccare 25
 37 incipit. quando autem uires ignibus praebet? cum utique

18 Isa. 50, 11

3 cogitur *ex cogitur* *A m. 2* nostris scelera nostra *B*, item uindicari 4 *'solent glossa uidetur'* *Halmius*; at *cf. locum simillimum V 44*: ac sicut solent hi—ita et isti—se addicunt qui *om. B*
 14 nos (*s. l. m. 2*) quippe a nobis nos (*a add. m. 2 et punct. nos*) *A*
 nos quippe nobis nos *B* 17 quaerimur *A* se *A s. l. m. 2*
 illud *om. B* 18 apud nos *B* uos] eius *punctis suppositis et s. scr. uos A m. 2* eius *B* 19 uires *ut et paulo post ex uiris A corr. m. 2*
 20 *ur̄i sed i in ras. e uel e lit., ut quidem uidetur* (*uestre et T habet*) 22 commemorauit *A*, quod ab *Halmio omissum recepi*; *cf. ad eccl. IIII 21* memoraui *B ut uid.* 24 sibi primum *B*

peccatis peccata cumularit. quando uero ignem aeternum introibit? quando inremediabilem iam malorum omnium summam crescentium delictorum nimietate compleuerit, sicut saluator noster ad Iudaeorum principes ait: implete mensuram
 5 patrum uestrorum, serpentes, progenies uiperarum. non longe a plenitudine peccatorum erant quibus ipse dicebat dominus, ut peccata complerent, ideo absque dubio, ut, quia digni iam salute non essent, implerent iniquitatum numerum, quo perirent. unde etiam cum lex uetus peccata Amorreorum 38
 10 completa esse memorasset, sic locutos esse ad sanctum Loth angelos refert: omnes qui tui sunt educ de urbe hac; delebimus enim locum istum, eo quod increuerit clamor eorum coram domino, qui misit nos, ut perdamus illos. diu profecto flagitiosissimus ille populus ignem
 15 illum accenderat, quo peribat, et ideo completis iniquitatibus suis arsit flammis criminum suorum. tam male enim de deo meruit, ut gehennam, quae in futuro iudicio erit, iam in hoc saeculo sustineret.

IX. Sed nulli sunt, inquit aliquis, illorum exitu digni, quia 39
 20 nulli illorum impuritatibus comparandi. uerum fortasse istud sit: attamen quid facimus, quod saluator ipse omnes, qui euangelium suum spreuerint, peiores esse memorauit? denique ad Capharnaum sic ait: si in Sodomis factae fuissent uirtutes, quae factae sunt in te, forsitan mansissent usque in hunc diem. uerumtamen dico
 25 uobis quia terrae Sodomorum remissius erit in die

4 Matth. 23, 32 11 Gen. 19, 13 23 Matth. 11, 23 Luc. 10

1 cumularit *ex* cumular& *A corr. m. 2* uero] uiro *A* intibit
B corr. in intra ibit 3 nimietate] nec etate *B* 8 saluti *A*
 9 perient *B* 10 lot^b *A* 11 angelos *ex* angelus *A corr. m. 1*
 17 erit iam in hoc *Halmius*: er&icum in hoc *punct. & et i litt. et s. scr. erit m. 2 A*, dantur (*sic*) etiam in hoc *B*; *fort. scrib. erit rei, iam*
 18 *post saeculo A s. l. m. 2 add. esset profectum a librario, ne deesset uerbum ad uocem cum* 19 sint *ex* sunt *A corr. m. 2*
 20 fortassis est ut sit *B* 21 ad tamen *A* *s. d scr. t m. 2*
 22 spreuerint *ex* spreuerit *A corr. m. 2*: spernerunt *B* 24 forsitan] forte *B*

iudicii quam tibi. si Sodomitas minus damnabiles esse dicit quam cunctos euangelia neglegentes, certissima ergo ratio est, qua et nos, qui in plurimis euangelia neglegimus, peius timere aliquid debeamus, praesertim cum usitatis iam
 40 et quasi familiaribus malis contenti esse nolimus. non suffi- 5
 cient enim multis consuetudinarii reatus, non sufficiunt lites, non calumniae non rapinae, non sufficiunt uinolentiae non sufficiunt comessationes, non sufficiunt falsitates non sufficiunt periuria, non sufficiunt adulteria non sufficiunt homicidia, non sufficiunt denique cuncta ista, etsi atrocitate inhumanissima, 10
 re tamen ipsa ad humanas iniurias pertinentia, nisi blasphemias furiosarum mentium manus iniciant etiam in deum. posuerunt enim, sicut de impiis scriptum est, posuerunt in caelo os suum, et lingua eorum transiit super terram, et dixerunt: quomodo scibit deus, etsi est scientia in 15
 excelso? et illud: non uidebit nec intelleget deus
 41 Iacob. ad quos utique tales rectissime propheticum illud referri potest: dixit insipiens in corde suo: non est deus. nam qui nihil a deo aspici adfirmant prope est ut cui aspectum adimunt etiam substantiam tollant, et quem 20
 dicunt omnino nil cernere dicant etiam omnino non esse. et quidem licet nullum admodum malum facinus ratione subsistat, quia rationi non possunt scelera coniungi, nullum tamen est, ut puto, uel inrationabilius uel insanius. quid enim tam furiosum est quam ut aliquis, cum deum creatorem rerum 25
 omnium non neget, gubernatorem neget, et cum factorem esse

13 Psal. 72, 9

16 Psal. 93, 7

18 Psal. 52, 1

1 esse damnabiles dicit *B* 3 quia *ex qua A corr. m. 2*
 et *B s. l.* 4 aliquod *B* 5 familiaribus] facilioribus *B item esse*
 contenti nolimus *AB* 7 non calumnia (*sic*) non rapinae *A*
 non rapinae non calumniae *B* 8 comessationes *B et m et s alt.*
punct. A 11 blasphemias *sed i in ras. A* blasphemias *B* blasphemias
coni. Rittershusius 13 caelum *B* 15 scit *B* 16 in-
 tellegit *A* intellegit *B* 17 at *B* 19 a deo aspici *A m. 2 in*
ras. et B (aspici a deo *Baluzius alii*) 20 etiam] et *B* 23 ratione
A 25 creatorem *B s. l.* 26 neget (*post non*) *Rittershusius:*
 neget & *sed supra & scr. u m. 2 A* neget et *B*

fateatur, dicat negligere quae fecit? quasi uero haec ei faci-
 endorum omnium cura fuerit, ut neglegeret quae fecisset. ego 42
 autem in tantum eum curam creaturarum suarum habere dico,
 ut probem, etiam priusquam crearet habuisse: res quippe ipsa
 5 hoc euidenter ostendit. nihil enim fecerat, nisi curam faciendi
 habuisset antequam faceret, praesertim cum etiam in ipso
 humano genere nullus sit ferme hominum tam hebes, qui ad
 hoc aliquid agat atque perficiat, ut perfecta non curet. nam
 et qui agrum excolit ad hoc colit, ut culta conseruet. et qui
 10 uineam plantat ad hoc plantat, ut plantata custodiat. et qui
 initia gregum praeparat ad hoc parat, ut curam multiplicandis
 gregibus impendat. et qui domum aedificat uel fundamentum
 locat, etsi necdum habitationem paratam habet, iam tamen
 ipsa, quae adhuc facere molitur, spe futurae habitationis am-
 15 plectitur. et quid de homine hoc loquar, cum etiam minima 43
 animalium genera futurarum rerum affectu omnia agant?
 formicae in subterraneis latibulis ex * uaria frugum genera
 condentes ad hoc cuncta contrahunt ac reponunt, quia affectu
 uitae suae diligunt quae recondunt. apes, cum fundamenta
 20 fauis ponunt uel cum e floribus natos legunt, qua causa uel

2 cura] causa *Rittershusius* 2 ut neglegeret quae fecisset *A*: ut
 quae fecisset negligeret *B* 3 suorum *B* 5 faceret nisi *B*
 8 agat quae s. q. *scr.* at *et punct.* a in quae *A m.* 2 8 perficiat
 atque perfecta *B* 10 ut plantatam *B* 11 initia] initus *coni.*
Nolte in Zeitschr. f. Oe. G. 1879 p. 618; sed tuetur codd. scripturam
conl. Ennodii Dict. VII p. 444, 26 Hartelius, ubi haec habes:
incrementum rusticum matris mammas euacuat; haud dissimile est
Colum. VIII 13: apes . . . pereunt nec ullis iuuentutis supplementis
frequentatae nouissime reliquae intereunt; cfr. Cic. Tusc. V 24: Inde
est indagatio nata initiorum et tamquam seminum unde essent omnia
*orta generata concreta. multiplicantis *A* 13 habeat *B**
 14 adhuc *ex adhoc A corr. m. 2, item quid de homine ex qui homine*
 16 agant] diligant *B* 17 exuaria *AB*; lacunam *ex inter et uaria*
signaui; fort. excidit aruis uel quode Hartelius cogitauit agris, qui idem
ceterum haud inprobabiliter ex = exempla e margine in textum in-
reperere potuisse monuit 19 deligunt Rittershusius fundamenta
*A quod fugit Halmium, qui fundamina habet 20 fauis] mellis *B**
 natos *ex natus A corr. m. 2 (sucos coni. FX Hirner in program. Frei-*
sing. a. 1869 p. 15)

thymum iam nisi studio et cupiditate mellis uel fosculos
 44 quosdam nisi futurae sobolis caritate sectantur? deus ergo,
 qui etiam minimis animantibus hunc affectum proprii operis
 inseruit, se tantummodo solum creaturarum suarum amore
 priuauit, praesertim cum omnis in nos rerum bonarum amor 5
 ex illius bono amore descenderit. ipse est enim fons et origo
 cunctorum, et quia in ipso, ut scriptum est, et uiuimus
 et mouemur et sumus, ab ipso utique affectum omnem,
 quo pignora nostra amamus, accepimus; totus namque mun-
 dus et totum humanum genus pignus est creatoris sui. et 10
 ideo ex hoc ipso affectu, quo amare nos fecit pignora nostra,
 45 intellegere nos uoluit, quantum ipse amaret pignora sua. sicut
 enim, ut legimus, inuisibilia eius per ea quae facta
 sunt intellecta conspiciuntur, ita amorem erga nos
 suum per eum, quem nobis erga nostros dedit amorem, uoluit 15
 intellegi. et sicut omnem, ut scriptum est, paternitatem in
 caelo et in terra a se ipso uoluit nominari, sic a nobis patris
 in se affectum uoluit agnosci. et quid dicam patris? immo
 potius plus quam patris. probat quippe hoc uox saluatoris in
 euangelio dicentis: sic enim dilexit deus hunc mundum, 20
 ut filium suum unicum daret pro mundi uita. sed
 et apostolus dicit: deus, inquit, filio suo non pepercit,
 sed pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo
 non etiam cum illo omnia nobis donauit?

46 X. Hoc est ergo illud, quod supra dixi, quia plus nos amat 25
 deus quam pater filium. euidens quippe res est, quod super
 affectum filiorum nos deus diligit, qui propter nos filio suo
 non pepercit. et quid? plus addo, et hoc filio iusto et hoc

7 Act. 17, 28 13 Rom. 1, 20 16 Eph. 3, 15 20 Ioh.
 3, 16 22 Rom. 8, 32

2 sobolis *ex soboli A corr. m. 2, item 5 priuauit ex primauit et 6*
descenderit ex descender& 9 accipimus *A* 11 ipso] quoque
B amare *ex amore A corr. m. 1* 18 cognosci *B* quid-
 icam (*alt. d lit. s. scr.*) de (*punctis suppositis*) patris *A m. 2*
 20 sic deus dilexit *B* 21 daret *B s. l.* uita] salute *B*
 23 nobis omnia *B* 26 filium pater *B* 27 suo *om. B* 28 Adde
ex Ado A corr. m. 2 ('quid plus? addo *uulgo interpungitur; at u. VI*
39. 48 VII 60. 88 sq. ad eccl. III 21' Halmius)

filio unigenito et hoc filio deo: quid dici amplius potest? et hoc pro nobis, id est pro malis pro iniquis pro impiissimis. quis aestimare hunc erga nos dei amorem queat, nisi quod 47 iustitia dei tanta est, ut in eum aliquid iniustum cadere non
 5 possit? nam quantum ad rationem humanam pertinet, iniustam rem homo quilibet fecerat, si pro pessimis seruis filium bonum fecisset occidi. sed utique hoc magis inaestimabilis pietas et hoc magis mirabilis dei uirtus est, quod ita intellegi ab homine magnitudo iustitiae suae non potest, ut, quantum ad
 10 inbecillitatem humanam pertinet, paene iniustitiae speciem magnitudo iustitiae habere uideatur. et ideo apostolus ad indicandam nobis aliquatenus diuinae misericordiae immensitatem sic ait: ut quid enim Christus, cum adhuc
 15 impius essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? uix enim pro iusto quis moritur. ostendit 48 profecto nobis una hac sententia pietatem dei. nam si uix ullus pro summa iustitia mortem suscipit, probauit Christus quantum praestiterit pro nostra iniquitate moriendo. sed cur hoc fecerit dominus, statim in subditis docet dicens: com-
 20 mendat autem suam caritatem deus in nobis: nam si, cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis igitur iustificati nunc in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. hoc ipso ergo commendat, quia pro impiis mortuus
 25 est; maioris enim pretii est beneficium, quod praestatur indignis. idcirco itaque ait: commendat suam caritatem deus in nobis. quomodo commendat? scilicet quia non 49

13 Rom. 5, 6

19 Rom. 5, 8

1 et quid *B* 3 existimare *B* erga *ex* ergo *A* *corr. m. 1*
 quaeat *A* 5 Nam *sed* *priore N lit. parte erasa ut restare uideatur* *Iam A* humanam *B s. l.* 7 fecisset *om. B*
 occidis; (*s punct.*) *s&d (colon et d lit. m. 2) A* occidisset *B*
 8 mirabilis *ex miraculis A corr. m. 2* 12 immensitatem *B s. l.*
 13 quid *ex* quit *A corr. m. 2* 14 secundum *s. ras. scr. u A*
 16 ullus uix *A* 22 magis *add. s. l. post igitur m. rec. A, om. B*

merentibus praestat. si enim sanctis et bene meritis praestitisset, non uidebatur quae non debuerat praestitisse sed quae debuerat reddidisse. quid ergo nos pro his omnibus retribuimus uel potius quid retribuere debemus? primum scilicet illud, quod beatissimus propheta et debere se et redditurum esse 5 testatur dicens: quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? calicem salutaris accipiam et 50 nomen domini inuocabo. prima ergo haec retributio est, ut mortem morte reddamus ac pro eo, qui mortuus est pro nobis, nos moriamur omnes, tametsi minoris multo pretii mors 10 nostra est quam sua. quo fit ut, etiamsi mortem suscipiamus, debitum tamen non exsoluamus. sed tamen quia maius referre non possumus, totum reddere uidemur, si totum quod possumus 51 reddere reddamus. itaque prima, ut dixi, haec redhibitio est. secunda autem ut, si debitum morte non soluimus, uel amore 15 soluamus. nam ipse saluator ideo, ut ait apostolus, moriendo pro nobis commendare omnibus uoluit caritatem suam, ut nos ad reddendam pietati tantae uicissitudinem pietatis suae traheret exemplo. et sicut illas naturae admirabiles gemmas ferunt, quae ferro propius admotae durissimum licet chalibem 20 affectu quasi spirante suspendunt, ita etiam ille, id est summa et clarissima regnorum caelestium gemma, hoc scilicet uoluit ut, dum se licet durissimis nobis descendens de caelo propius adiungeret, affectui suo nos quasi amoris sui manibus ad-moueret, ut agnoscentes utique dona sua ac beneficia in- 25

6 Psal. 115, 12

1 me**bus praestat *A* 5 propheta ei debere *B* 9 morte
 morti *ex mortē morte A corr. m. 2* qui] quod *B* 13 redibere
 (*post possumus*) *B* 14 reddamus] *quod in edd. ante Halmium ap-*
paret curamus Brassicano debetur qui sic scripsit in ras. uocis red-
damus in v redibitio *ex redebitio A corr. m. 2* redibitio *B*
 17 uoluit omnibus *B* 18 pietati tantae uicissitudinem *Halmius:*
pietatem tantę uicissitudinis ex pietatem tante uicissitudinem A corr.
m. 2 pietatem tanta uicissitudine B ('cf. VI 27 praeclaram passioni
eius uicissitudinem reddimus' Halmius) 19 exemplo. et *om. B*
 admirabiles *ex -bilis A corr. m. 2* ammirabiles *B* 20 admotae *ex*
 admodę *A corr. m. 2* 22 caelestium flamma gemma *B* 24 a-
 fectui *alt. f s. scr. m. 2 A* affectu *B* sui *A s. l. m. 1*

tellegeremus, quid nos pro domino tam bono facere conueniret, cum ille pro malis seruis tanta fecisset, et compleretur hoc, quod apostolus dicit, ut mortificaremur caritate illius tota die, et neque tribulatio neque angustia neque persecutio neque
 5 fames neque nuditas neque gladius posset nos separare a caritate dei, quae est in Christo Iesu domino nostro.

XI. Cum ergo haec a nobis deberi domino satis certum 52 sit, uideamus quid pro his cunctis reddimus, quae debemus. quid scilicet nisi totum illud, quod supra diximus, quicquid
 10 indecens quicquid indignum quicquid ad iniuriam dei pertinens, actus improbos mores flagitiosos ebrias comesationes, cruentas manus faetidias libidines rabidas cupiditates, et quicquid illud plus potest conscientia habere quam sermo? quae enim, inquit apostolus, in occulto
 15 fiunt ab eis, turpe est etiam dicere. nec solum hoc; nam hoc uetus est et tam praesentium temporum quam praeteritorum. illud grauius et lugubrius, quod peccatis ueteribus 53 noua addimus, nec solum noua sed quaedam paganica ac prodigiosa et in ecclesiis dei ante non uisa, iactantes scilicet
 20 profanas in deum uoces et contumelias blasphemantes, dicentes deum incuriosum deum non intendentem deum neglegentem,

3 Rom. 8, 36

14 Ephes. 5, 12

2 complerentur *sed n punct. A* 6 dei] Christi *B* 7 a om.
A debere *A*; 'fort. haec nos debere' *Halmius*; non proba; immo a
 apertum = cc post haec facile excidit et permutatione e et i litt. in *A*
 nil frequentius; cf. *Sitz.-Ber. p. 15* 8 reddimus ex reddemus *A*
 corr. m. 2 quae demus (i. e. quae uae demus transpositione ortum
 ex quae deuaemus pro debemus) *A* quae debemus *B*; 'malis: pro his
 cunctis quae debemus reddimus, cf. tamen similem relatiui collocationem
 V 1: Scio infidelissimos . . . dicere aduersus haec posse quae diximus'
Halmius 11 improbos ex improbus *A corr. m. 2* ebrias s. scr.
 m. rec. & et te (= ebrietates) *A* commessationes *B et priore m*
punct. A 12 faetidias libidines scripsi (concl. *Prud. περί στεφ. II 245*:
 istum libido foetida . . . luto et cloacis inquinat): faeditas (s. tas add. te) libi-
 dinis (ex -nes) *A m. 2* foeditates libidinis *B* foedas libidines *Halmius*
 rabidas *Halmius*: rapidas *A s. das scr. N (sic) et B* 13 illud *B et rec.*
m. add. est quod *A* 15 etiam] enim *A (ortum ex antecedenti*
 enim) hoc solum *B* 16 praesentium ex praesertim *A corr.*
m. 2: praesentis B 20 contumeliose ex contumelias *A m. rec.*

deum non gubernantem ac per hoc et inmisericordem et in-
 praestabilem, inhumanum asperum durum. nam qui non
 respiciens et incuriosus et negligens esse dicitur quid superest
 nisi ut asper et durus et inhumanus esse dicatur? o caecam
 impudentiam! o sacrilegam temeritatem! non sufficit enim 5
 nobis quod peccatis innumerabilibus inuoluti rei in omnibus
 deo sumus, nisi etiam accusatores dei simus. et quae, rogo,
 homini spes erit, qui ipsum accusat iudicem iudicandus?

54 XII. Si ergo, inquirunt, respicit res humanas deus, si curat
 si diligit si gubernat, cur nos infirmiores omnibus gentibus 10
 et miseresse esse permittit? cur uinci a barbaris patitur?
 cur iuri hostium subiugari? breuissime, ut iam ante dixi, ideo
 nos perferre haec mala patitur, quia meremur ut ista patiamur.
 respiciamus enim ad turpitudines ad flagitia ad scelera illa
 Romanae plebis, quae supra diximus, et intellegemus, si pro- 15
 tectionem mereri possumus, cum in tanta impuritate uiuamus.
 55 itaque quia hoc argumento plurimi non respici res humanas
 a deo dicunt, quod miseri quod inbecilles simus, quid mere-
 mur? si enim in tantis uitiiis in tanta improbitate uiuentes
 fortissimos, florentissimos beatissimosque esse pateretur, su- 20
 spicio fortasse aliqua esse poterat, quod non respiceret scelera

1 inpraestabilem *AB*(?) inpraescabilem sic sed punct. f *T* (quod *Hal-*
miius non enotauit, qui in indice III: 'i. e.', inquit, 'qui rogatus nihil
praestat et concedit, fere idem quod inexorabilis IIII 53'); uox in-
 praestabilis alias quod sciam non reperitur nisi *Firm. math. VIII 29:*
longaevi et inpraestabiles; addere placet consimilem locum Irenaei IIII
45 a Ducang. s. u. inpraestans adlatum: ne quis eum (sc. deum) putet
inuidiosum et inpraestantem; sed haud scio an ut alia sic hoc loco Sal-
uianus nouauerit inpraestabilem, quo cod. T uestigia ducunt 3 quid
 superest—dicatur *om. A* 4 ut et asper *B* 8 iudicandis *B*
 11 uinci a barb. *ex uicia barb. A corr. m. 2* 12 subiugari *ex sub-*
iungere A corr. m. 2 13 meremur *ex meremus A corr. m. 2*
 15 intellegemus *ex intelligimus A corr. m. 2* 18 a *om. B*
 sumus quod *ex B adn. Halmius etiam omnes reliqui codd. exhibent*
(quod Halmius: 'fort.', inquit, 'imbecilli simus, ut alias semper noster
cf. III 28. 31 IIII 20 Ep. VII 4. 6 VIII 15' necessarium non
esse uidetur) quod meremur *A* 19 probitate *B* 20 bea-
 tissimos quae punct. a *fn. A*

Romanorum deus, qui tam malos tam perditos beatos esse pateretur. cum uero tam uitiosos tam improbos infimos et miserimos esse iubeat, euidētissime patet et aspici nos a deo et iudicari, quia hoc patimur, quod meremur. sed mereri 56
 5 nos absque dubio non putamus, et hinc est, quod magis rei et criminosi sumus, quia non agnoscimus quod meremur. maxima quippe accusatrix hominum noxiorum est usurpatrix innocentiae adrogantia. inter multos siquidem eorundem criminum reos nullus est criminosior, quam qui se non putat
 10 criminosum. itaque et nos hoc solum malis nostris addere possumus, ut nos innocios iudicemus. sed esto, inquit aliquis, 57 peccatores et mali simus, certe, quod negari non potest, meliores barbaris sumus, et hoc ipso utique manifestum est, quod non respicit res humanas deus, quia, cum meliores simus,
 15 deterioribus subiugamur. an meliores simus barbaris iam uidebimus: certe, quod non dubium est, meliores esse debemus. et hoc ipso utique deteriores sumus, si meliores non sumus, qui meliores esse debemus; criminosior enim culpa est, ubi honestior status. si honoratior est persona peccantis,
 20 peccati quoque maior inuidia. furtum in omni quidem est 58 homine malum facinus, sed damnabilius absque dubio senator furatur aliqua quam infima persona. cunctis fornicatio interdicitur, sed grauius multo est, si de clero aliquis quam si de populo fornicetur. ita et nos, qui Christiani et catholici esse

2 infimos ex *AB* recipere non dubitauit; 'haud scio an recte quamquam supra (§ 54) legimus: infirmiores omnibus gentibus et miseriore etc.' *Halmius*: infirmos *edd. omnes* 4 iudicare *A* quia *B*
corr. ex quod 7 maxime *A* 9 reos *ex reus et A et B corr.*
m. 2 putat non *B* 11 esto *Rittershusius*: est omnes *codd.*
 12 peccatores . . simus *Mommsen*: peccator est et malissimus *A* peccator et malignissimus *B* 13 et *ex ex B corr.* 14 sumus *B*
 15 sumus *B* 19 est (*ante persona*) *om. B* 20 quidem est in omni *B* 21 dubio, si senator *B* quod recepit *Halmius*; at *cfr. paulo post*: foedius inebriatur sobrietatem fronte praetendens 22 infima persona *A m. rec. in marg.; om. B* 24 et (*ante catholici*) *om. B*

dicimur, si simile aliquid barbarorum impuritatibus facimus, grauius erramus; atrocius enim sub sancti nominis professione peccamus. ubi sublimior est praerogatiua, maior est culpa; ipsa enim errores nostros religio, quam profitemur, accusat. criminosior est eius impudicitia, qui promiserit castitatem, 5
59 foedius inebriatur sobrietatem fronte praetendens. nihil est philosopho turpius uitia obscena sectanti, quia praeter eam deformitatem, quam uitia in se habent, sapientiae nomine plus notatur. et nos igitur in omni humano genere philosophiam Christianam professi sumus, ac per hoc deteriores nos 10
cunctis gentibus credi atque haberi necesse est, quia sub tam magnae professionis nomine uiuimus et positi in religione peccamus.

60 XIII. Sed scio plurimis intolerabile uideri, si barbaris deteriores esse dicamur. et quid facimus, quod causae nostrae 15
hoc nihil proficit, si intolerabile id nobis esse uideatur? immo causam nostram hoc magis adgrauat, si deteriores sumus et meliores nos esse credamus. qui enim, inquit apostolus, existimat se aliquid esse, cum nihil, sit se ipsum seducit; opus autem suum probet homo. operi ergo 20
nostro debemus credere non opinioni rationi non libidini
61 ueritati non uoluntati. igitur quia non ferendum quidam existimant, ut deteriores aut non multo etiam meliores barbaris iudicemur, uideamus aut quomodo meliores simus aut quibus barbaris. duo enim genera in omni gente omnium 25
barbarorum sunt, id est aut haeticorum aut paganorum. his ergo omnibus, quantum ad legem diuinam pertinet, dico

18 Gal. 6, 3

7 philofo B uicia (bis) A 11 habere A sub tam ex
sumptam A corr. m. 2, tam B s. l. 12 positi * religio* A
15 esse deteriores B faci** A 17 hoc causam nostram B
18 existim& (sed & in ras.) se A: se existimat B Halmius 20 ergo]
autem B 21 opinioni rationi non libidini ex opinione ratione et
libidine A corr. m. 2 22 quia om. B quidam ex quidem A
corr. m. 2 quidam B s. l. 23 etiam B s. l. barbaris B s. l.
24 iu** uideamus et mel**** quibus A 26 id in ras. A, fuisse ui-
detur hoc 27 pertinet ** sine A

nos sine comparatione meliores: quantum ad uitam ac uitae
actus, doleo ac plango esse peiores. quamuis id ipsum tamen,
ut ante iam diximus, non de omni penitus Romani populi
uniuersitate dicamus — excipio enim primum omnes religiosos, 62
5 deinde nonnullos etiam saeculares religiosi pares aut, si id
nimis grande est, aliqua tamen religiosi honestorum actuum
probitate consimiles — ceteros uero aut omnes aut paene omnes
magis reos esse quam barbaros. hoc est autem deterio-
re esse magis reum esse. itaque quia nonnulli inrationabile atque
10 absurdum arbitrantur ut aut deteriores aut non multum etiam
meliores barbaris iudicemur, uideamus, ut dixi, aut quo modo
aut quibus barbaris. ego enim praeter eos tantummodo Ro- 63
manorum, quos paulo antea nominavi, ceteros aut omnes aut
paene omnes maioris reatus dico et criminosioris uitae esse
15 quam barbaros. irascaris forsitan qui haec legis et condemnas
insuper quae legis. non refugio censuram tuam. condemna,
si mentior, condemna, si non probauero, condemna, si id quod
adsero non etiam scripturas sacras dixisse monstrauero. igitur 64
qui meliores nos multo cunctis quae sunt in mundo gentibus
20 iudicamus nec ipse, qui Romanos dico in plurimis deteriores,
abnego in quibusdam esse meliores. uita enim, ut dixi, et
peccatis sumus deteriores, lege autem catholica sine compara-
tione meliores. sed illud considerandum est, quia, quod lex
bona est, nostrum non est, quod autem male uiuimus, nostrum
25 est. et nihil utique nobis prodest quod lex est bona, si uita
nostra et conuersatio non est bona; lex enim bona munus est
Christi, uita autem non bona criminis nostri. immo hoc magis
culpabiles sumus, si legem bonam colimus et mali cultores

1 quantum autem *B* uitam ac (*sed ac in ras.*) *A*: uitam ad
B (*Tt*) uitam et ad *in mg. v Brassicanus* uitam et *Halmius* 6 aliqua
B corr. ex aliquis actuum honestorum *B* 7 ceteros autem
omnes *B m. 1 item statim* pene omnis 14 maioris *ex maiores et*
A et B corr. m. 2 criminosioris *ex -res A corr. m. 2*
16.17 *condempna* ter A* *condempnas ter B* 20 *implurimis deterio-*
ribus A 23 *quod om. B m. 1* 24 *non B s. l.* 25 *e***
nihil *A, fuisse uidetur en* 26 *pro et A si s. l. m. 2* est mu-
neris *B*

sumus. quin potius nec cultores, si mali, quia cultor dici non potest malus cultor. neque enim colit qui rem sanctam non sancte colit, ac per hoc accusatrix nostri est lex ipsa quam colimus.

65 XIV. Remota ergo legis praerogatiua, quae nos aut nihil 5
omnino adiuuat aut etiam iusta animaduersione condemnat,
uitam barbarorum atque nostrorum studia mores uitia com-
paremus. iniusti sunt barbari et nos hoc sumus, auari sunt
barbari et nos hoc sumus, infideles sunt barbari et nos hoc
sumus, cupidi sunt barbari et nos hoc sumus, impudici sunt 10
barbari et nos hoc sumus, omnium denique improbitatum
66 atque impuritatum sunt barbari et nos hoc sumus. sed re-
sponderi fortasse possit: ergo si pares uitiositate barbaris
sumus, cur non sumus etiam uiribus pares? cum enim similis
sit improbitas atque idem reatus, aut tam fortes deberemus 15
esse nos quam sunt illi, aut certe tam inualidi quam nos
sumus illi esse deberent. uerum est, ac per hoc superest, ut
illi nocentiores sint qui infirmiores. quomodo hoc probamus?
scilicet quia, ut superius locuti sumus, omnia ex iudicio deum
facere monstrauius. si enim, ut scriptum est, in omni 20
loco oculi domini speculantur bonos et malos, et
iuxta apostolum iudicium dei est secundum ueritatem
in omnes malos, uidemus nos, qui non desinimus mala

20 Prou. 15, 3

22 Rom. 2, 2

1 si *B* corr. ex quia 2 rem * non s** colit *A*; etiam initio
seq. cap. pauca uerba in hoc cod. laesa sunt 5 remotae *A*
10 impudici (sic) sunt barbari et nos hoc sumus *A* in inferiore marg.
m. 2 (eadem om. *T*) 12 impuritatum sunt *AB(Tt)*: pleni inseren-
dum post impuritatam in *v* margine adscripsit *Brassicanus* quem dein-
ceps cum *edd.* et *Halmius* secutus est; cf. tamen quae disputauimus in
Sitz.-Ber. p. 11. et quae supra in *adn. crit. ad I 58* adiecimus
respondere *A* (fort. retinendum fuit et scribendum possif pro possit,
quia et § 67 sequitur: sed eadem, inquis; cfr. *adn. crit. ad VI 39*)
13 fortasse possit addito in *mg. m. 2* aliquis (male ortum ex *inf. act.*
respondere) *A* barbaris ex barbari *A* corr. *m. 2*, item 15 atque ex
quae 16 illi mali *B* 19 quia *B* s. l. 23 uideamus *A*
desinimus ex desinemus *A* corr. *m. 2*

agere, ex iudicio iusti dei poenas malitiae sustinere. sed 67
 eadem, inquis, mala etiam barbari agunt et non sunt tamen
 tam miseri quam nos sumus. hoc ergo interest quod, si
 eadem agant barbari quae nos agimus, nos tamen maiore
 5 offensione peccamus. possunt enim nostra et barbarorum uitia
 esse paria, sed in his tamen uitiiis necesse est peccata nostra
 esse grauiora. nam cum omnes, ut iam ante diximus, barbari
 aut pagani sint aut haeretici, ut de paganis, quia prior il-
 10 corum infidelis, Gipidarum inhumana Chunorum impudica,
 omnium denique gentium barbarorum uita uitiositas. sed 68
 numquid eundem reatum habent illorum uitia quem nostra,
 numquid tam criminosa est Chunorum impudicitia quam no-
 stra, numquid tam accusabilis Francorum perfidia quam nostra,
 15 aut tam reprehensibilis ebrietas Alamanni quam ebrietas
 Christiani, aut tam damnabilis rapacitas Alani quam rapacitas
 Christiani? si fallat Chunus uel Gipida, quid mirum est, qui
 culpam penitus falsitatis ignorat? si perieret Francus, quid
 noui faciet, qui periurium ipsum sermonis genus putat esse
 20 non criminis? et quid mirum, si hoc barbari ita credunt, qui 69
 legem et deum nesciunt, cum maior ferme Romani nominis

2 et non sunt *** tam miseri *A* (*exciderunt tres uel quattuor litt.*
et quidem absque dubio tam, ut idem paulo post habet: non tam maiore
et statim: in his tam uitiiis) 3 *si] etsi B* 7 ante iam *B*
 8 aut (*ante pagani*) *ex ut A corr. m. 2, ut statim e contrario ut ex aut*
 9 prius *B corr. ex prior* saxonum *ex saxorum A corr. m. 2*
 10 *gypidarum A gepidarum B item paulo post (17)* Hunorum *B item*
 33 *et hunus 17* 11 barbararum *'Rittershusius ut I 36. 47. VI 53.*
 67. VII 8(?). 37 *Halmius; at V 7 item A aperte habet barbarorum;*
 IIII 61 *in omni gente omnium barbarorum; cfr. praeterea populi bar-*
barorum VI 69. 98 12 quem *v: quae AB; fort. in archetypo*
fuit uitiaque pro uitia atque (praesertim cum quae pro que in A saepe
occurrat) 13 criminosa] uitiosa *B* 15 alani *A (Alamanni B)*
 16 Alani *B m. 1 Albani AB m. 2* 18 culpa *A* perierat *sed*
priore r punct. A periret B cf. infra ad § 76 quid *ex qui A*
corr. m. 2 19 faceret *B* sermonis *ex sermone A corr. m. 2*
 21 maiora *B et (quod Halmius om.) A* ferme *ex perme A corr.*
m. 2

portio ita existimet, quae peccare se nouit? nam ut de alio hominum genere non dicam, consideremus solas negotiatorum et Syrorum omnium turbas, quae maiorem ferme ciuitatum uniuersarum partem occupauerunt, si aliud est uita istorum omnium quam meditatio doli et tritura mendacii, aut si non 5 perire admodum uerba aestimant, quae nil loquentibus prosunt. tantus apud hos dei honor est prohibentis iusiurandum, ut 70 singularem aestiment fructum omne periurium. quid ergo mirum barbaros fallere, qui falsitatis crimen ignorant? nihil enim contemptu agunt caelestium praeceptorum, praeceptum 10 domini nescientes, quia non facit aliquid contra legem legis ignarus. noster ergo hic peculiariter reatus est, qui legem diuinam legimus et legalia semper scripta uiolamus, qui deum nosse nos dicimus et iussa illius ac praecepta calcamus; ac per hoc cum eum spernamus, quem coli a nobis credimus 15 atque iactamus, id ipsum, quod cultus dei uidetur, iniuria est.

71 XV. Denique, ut de peccatis aliis nihil dicam, quis est omnino hominum saecularium praeter paucos, qui non ad hoc semper Christi nomen in ore habeat ut perieret? unde etiam peruulgatum hoc fere et apud nobiles et apud ignobiles 20 sacramentum est: 'per Christum quia hoc facio', 'per Christum quia hoc ago', 'per Christum quia nihil aliud dicturus sum', 'per Christum quia nihil aliud acturus sum'. et quid plura? in id penitus deducta res est, ut, sicut de paganis barbaris prius diximus, Christi nomen non uideatur iam sacramentum 25

1 existimet *edd.*: *estimet A estimet B*. 2 hominum *ex homine A corr. m. 2* 3 Syrorum *scripsi*: syricorum *A siricorum B* 'fort. Syri-
 corum' *Halmius*, sed cum eandem formam in textu habeat, operarum error sit necesse est; scribere eum uoluisse Syriacorum *ex Indice eius III collegerim qui sic habet*: 'Syrici (Syriaci?)' maiorum *B* 6 nil loquentibus *ex illoquentibus A corr. m. 2*: nihil loquentibus *B* 7 prohibentis *ed. pr. (in v prohiben** et in mg. ns Brassicanus)*: prohibens etiam *A* prohibens *B* 8 estiment *B* omne *ex omni A corr. m. 2*: omnium *B* 9 qui (*ante falsitatis*) *ex quid A corr. m. 1* 10 contemptus *B* praeceptum] praecepta *B* 14 praecepta soluamus calcamus *B* 15 cum *om. B* 19 perierit *sed. r del et it mut. in et A peieret ex peier B corr. cf. ad § 68 et 76* 20 peruulgatum *A*: per uultum *B* 22 nihil aliud dicturus *B corr. ex nihil dicturus*

esse sed sérmo. nam in tantum apud plurimos nomen hoc 72
parui penditur, ut numquam minus cogitent quippiam facere
quam cum se iurant per Christum esse facturos. et cum
scriptum sit: non nominabis nomen domini dei tui in
5 uanum, in id reuerentia Christi decidit, ut inter ceteras
saeculi uanitates nihil iam paene uanius quam Christi nomen
esse uideatur. denique multi non otiosas tantummodo res et 73
aniles sed etiam scelera quaedam se iurant per Christi nomen
esse facturos. hic enim loquendi usus est talibus: ‘per Christum
10 quia tollo illud’, ‘per Christum quia caedo illum’, ‘per Christum
quia occido illum’. ad hoc res recedit, ut, cum per Christi
nomen iurauerint, putent se scelera etiam religiose facturos.
denique quid mihi ipsi euenerit dicam. cum ante aliquantulum 74
tempus, uictus cuiusdam pauperis prece, praepotentiori cuidam
15 supplicarem, obsecrans ne homini misero et egestuoso rem ac
substantiam suam tolleret, ne subsidium et stipem, quo pau-
pertas illius nitetur, auferret, tum ille, qui rebus eius siti
rabida inhauerat ac praedam iam spe et cupiditate arden-
tissima deuorarat, respiciens ac uibrans in os meum truces
20 oculos, utpote qui tolli sibi a me putaret quicquid ipse alteri
non tulisset, nequaquam hoc, quod peterem, fieri a se posse
respondit, quasi uero iussu aut scripto id sacro faceret, quod
penitus praeterire non posset. cumque ego causam, qua hoc 75
fieri non ualeret, inquirerem, dixit rem uiolentissimam et cui
25 contradici penitus non deberet: ‘iurauit’, inquit, ‘res illius a

4 Exod. 20, 7

1 plurimos esse nomen *B* 6 paene iam *B* 10 caedo] credo
A 11 ad hoc *ex* adhuc *A* *corr. m. 2*, *item* recedit *ex* recedit
12 puta *B* esse facturos *B* 14 p̄ce (*sic*) *A* *add. m. 2* *post*
uictus praepotentiori *ex*—re *A* *corr. m. 2* *item* statim homini *ex*
homine 17 ille qui *B* *s. l.* eius rebus *B* si dirapida *A*
20 quicquid *A*: quod *B* putaret *ex* pudaret *A* *corr. m. 2*
21 tulisset *B* *et* *corr. ex* tollisset *m. 2* *A* (tollit *et* tulisset *hic suo more*
luisse Saluianum putarim) tollisset *cum* *edd. Halmius* fieri se
B 23 possit *A* ego] ergo *fort. recte* *A* 24 fieri n. ualeret
ex fieret n. ualerent *A* *corr. m. 2* quaererem *B* 25 per Christum
ante res *A* *rec. m. s. l. add.*, *fort. recte quia statim sequitur*: quod etiam
interposito Christi nomine me dixi esse facturum

me esse tollendas. uide ergo an possim uel debeam non efficere quod etiam interposito Christi nomine me dixi esse facturum'. tum ego (quid amplius enim facerem, cui res tam iusta ostendebatur et sancta?) audita religiosissimi sceleris ratione discessi.

5

- 76 XVI. Hic nunc interrogo omnes qui sanae mentis sunt: quis umquam crederet usque in hanc contumeliam dei progressuram esse humanae cupiditatis audaciam, ut id ipsum, in quo Christo iniuriam faciunt, dicant se ob Christi nomen esse facturos? o inaestimabile facinus et prodigiosum! quid non ausae sint improbae mentes? armant se ad latrocinandum per dei nomen, auctorem quodammodo sui sceleris deum faciunt, et cum interdictor ac uindex malorum omnium Christus sit, dicunt se scelus quod agunt agere pro Christo. et de hostili iniquitate conquerimur et paganicam barbariem 15
- 77 perierare causamur. quanto minore peccato illi per daemona perierant quam nos per deum! quanto minoris criminis res est Iouis nomen ludificare quam Christi! ibi homo est mortuus, per quem iuratur: hic deus uiuus, qui perieratur: ibi nec homo ullus, hic deus summus: hic cum maximi sacramenti 20 sit deieratio, necesse est maximi sit reatus et perieratio: ibi cum prope nullum sit iuramentum, nullum constat esse periurium; nam cum deus non sit, per quem iuratur, non est
- 78 periurium, cum perieratur. denique qui uult scire quam uerum sit, audiat beatum apostolum Paulum ipsa haec, quae nos 25 dicimus, praedicantem. sic quippe ait: scimus autem

26 Rom. 3, 19

2 dixi] iuraui *B* 3 quid *ex* inquit *A* *corr. m. 2* quid enim
amplius *B* obtendebatur *B* 10 inaestimabile *ex* inaestimabilis
A *corr. m. 2* 11 arment *A* 12 dei] Christi *B* 13 interd-
dictor ac *ex* interdicturae *A* *corr. m. 2* 15 sed de hostili *B*
hostili *ex* hostile *A* *corr. m. 2* 16 perierare *hic et deinceps* *A* *m. 1*
quod *m. 2* ubique in peierare mutauit minori *B* illi *ex* ille
A *corr. m. 2* 17 deum] Christum *B* res criminis *B* 18 mor-
tuus ost *B* 19 qui *B* *corr. ex* per quem 20 hic (*ante* deus)
A: nec *B* maxime sacramentis deieratio *A* 21 maximi *ex*
maxime *A* *corr. m. 2* perieratio *A* *m. 1* iterum *m. 2* mut. in pe-
rieratio 24 periuratur *B* *m. 1*

quoniam quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur. et iterum: ubi, inquit, non est lex, nec praeuaricatio. duabus his sententiis duas euidenter exposuit partes generis humani, extra legem positos et in lege uiuentes. qui sunt igitur nunc in lege positi? qui scilicet nisi Christiani? sicut ipse apostolus fuit, qui de se ait: sine lege dei non sum, sed in lege sum Christi. qui igitur sine 79 lege Christi? qui nisi pagani homines, legem dominicam nescientes? et ideo de his dicit: ubi non est lex, nec 10 praeuaricatio. quo uno utique ostendit Christianos tantum, cum peccauerint, legis praeuaricatores esse, paganos autem, qui legem nesciant, sine praeuaricatione peccare, quia nullus potest eius rei praeuaricator esse, quam nescit. nos ergo tantum praeuaricatores diuinæ legis, qui, ut scriptum est, legem 15 legimus et non facimus eam, ac per hoc nihil aliud scientia nostra quam culpa, qui ad hoc tantummodo legem nouimus, ut maiore offensione peccemus, quia quod lectione et corde nouimus, libidine ac despectione calcamus. et ideo rectissime 80 apostolicum illud ad omnem dicitur Christianum: qui in 20 lege gloriaris, per praeuaricationem legis deum inhonoras; nomen enim per uos blasphematur inter gentes. cuius ergo criminis rei sint Christiani ex hoc uno intellegi potest, quia dei nomen infamant. et cum scriptum sit nobis, ut omnia faciamus in gloriam dei, nos e 25 diuerso cuncta in dei facimus iniuriam. cumque ipse saluator noster ad nos cotidie clamet: sic luceat lux uestra co-

2 Rom. 4, 15

6 I Cor. 9, 21

19 Rom. 2, 23

23 I Cor. 10, 31

26 Matth. 5, 16

1 quoniam *B s. l.* 10 quo uno *A* quo dicto *B*; *primum putaueram* uno (dicto enim sine dubio glossa est) ex antecedenti quo uel sequenti utiq: *dittographia ortum esse et scrib.*: Quo utique ostendit, ut *IIII 7 VII 48*; ad *eccl. II 27. IIII 5*; nunc retinui *conl. ad eccl. I 30*: uno dicto utrumque docuit etc.; nam nostro quoque loco uno dicto duas res ostendit scil.: 'Christianos . . . praeuaricatores esse, paganos autem . . . sine praeuaricatione peccare'; cf. *ceterum infra § 80*: ex hoc uno intellegi potest 13 esse *B s. l.* 15 nihil est aliud *B*
23 quia *Tv*: qui *AB* 24 in *A s. l. m. 2* 26 clamat *B*

ram hominibus, ut uideant filii hominum opera uestra bona, et magnificent patrem uestrum, qui est in caelis, nos ita uiuimus e contrario, ut uideant filii hominum opera nostra mala et blasphement patrem nostrum, qui est in caelis. 5

- 81 XVII. Quae cum ita sint, magna uidelicet nobis praerogatiua de nomine Christianitatis blandiri possumus, qui ita agimus ac uiuimus, ut hoc ipso quod Christianus populus esse dicimur obprobrium Christi esse uideamur. at e diuerso in paganis quid horum simile quae dicimus? numquid dici de ¹⁰ Chunis potest: ecce quales sunt, qui Christiani esse dicuntur? numquid de Saxonibus aut Francis: ecce quae faciunt, qui
 82 se adserunt Christi esse cultores? numquid propter Maurorum efferos mores lex sacrosancta culpatur? numquid Scytharum aut Gipidarum inhumanissimi ritus in maledictum atque ¹⁵ blasphemiam nomen domini saluatoris inducunt? numquid dici de ullis istorum potest: ubi est lex catholica, quam credunt? ubi sunt pietatis et castitatis praecepta, quae discunt? euangelia legunt et impudici sunt, apostolos audiunt et inebriantur, Christum sequuntur et rapiunt, uitam improbam ²⁰ agunt et probam legem habere se dicunt. numquid haec de ulla istarum gentium dici queunt? non utique: de nobis quippe omnia ista dicuntur, in nobis Christus patitur obprobrium, in nobis patitur lex Christiana maledictum. de nobis enim dicitur illud, quod supra diximus: ecce quales ²⁵
 83 sunt qui Christum colunt. falsum plane illud est, quod aiunt

3 in caelis est *B* nos ita—est in caelis *om. B m. 1 suppleta sunt in marg.* e *A s. l. m. 2* filii *B* 7 blandiri ex blandire *A corr. m. 1* 9 uideatur *Halmsius; sed unanimen omnium codic. scripturam uideamur retinendam et hoc ipsum mutandum in hoc ipso putauit* ('wir sind eine Schmach für Christus gerade dadurch, dass wir Christen heissen') 10 quid horum ex quidorum *A corr. m. 2 item statim* Chunis ex Chunos (hunis *B*) 14 scytarum *A* 15 gipydarum hoc loco *A* gepidarum *B* immanissimi *Ritterslusius* 16 blasphemia *A* 19 legiunt *B* 23 pro nobis ex in nobis *A corr. m. 2* 26 aiunt ex agunt *A corr. m. 2*

se bona discere, quod iactant se sanctae legis praecepta retinere. si enim bona discerent, boni essent. talis profecto secta est quales et sectatores: hoc sunt absque dubio, quod docentur. apparet itaque et prophetas, quos habent, impuritatem docere, et apostolos, quos legunt, nefaria sanxisse, et euangelia, quibus imbuuntur, haec quae ipsi faciunt praedicare. postremo sancta 84 a Christianis fierent, si Christus sancta docuisset. aestimari itaque de cultoribus suis potest ille qui colitur. quomodo enim bonus magister est, cuius tam malos uideamus esse discipulos? ex ipso enim Christiani sunt, ipsum audiunt, ipsum legunt. promptum est omnibus Christi intellegere doctrinam. uide Christiani quid agant, et euidenter potes de Christo scire quid doceat. denique quam prae ac nefarie pagani semper 85 de sacris dominicis opinati sint, docent persecutorum immanium cruentissimae quaestiones, qui in sacrificiis christianis nihil aliud quam impura quaedam fieri atque abominanda credebant. siquidem etiam initia ipsa nostrae religionis non nisi a duobus maximis facinoribus oriri arbitrabantur, primum scilicet homicidio, deinde, quod homicidio est grauius, incestu, nec homicidio solum et incestu, sed quod sceleratius quiddam est incestu ipso et homicidio, incestu matrum sacrosanctarum et homicidio innocentium paruulorum, quos non occidi tantum a Christianis, sed, quod magis abominandum est, etiam uorari existimabant: et haec omnia ad placandum deum, quasi ullo 25 facinore magis posset offendi, ad purgandum piaculum, quasi ullum aliud maius esset, ad commendandum sacrificium, quasi

1 discere] dicere *B* 2 talis *ex* tales *A* *corr. m. 2* 3 docent *sed ras. supra t lit. A* 5 sanxisse *A* 7 aestimari *ex -re A corr. m. 2* *item statim ille ex illis, malos ex malus, uideamus ex uidimus* 11 legunt] audiunt (*sic iterum*) *B* 12 christianis *sed s finali punct. A* christianos *B* potest *sed t finali punct. A*
13 quid doceat *ex quod d. A corr. m. 2* denique ac quam *B*
14 persecutorum *B* 16 abominanda *sed h del. A item paulo post* 17 etiam *om. B* 18 oriri *ex orire A corr. m. 2* arbitrantur *B* 19 est *om. B m. 1* 20 nec homicidio—incestu *om. B m. 1* quidem *ex quidam A corr. m. 2* (*quiddam B et in v corr. Brassicanus*) 25 posset *Halmius: possit AB (et rell.)* 26 magis *B*

ullam rem dominus magis posset horrere, ad promerendam uitam aeternam, quasi uero, etiamsi possit his rebus accipi, tanti esset ad eam per scelera tam immania peruenire.

- 86 XVIII. Intellegere ergo possumus, aut quales esse pagani crediderint Christianos, qui talibus sacrificiis deum colerent, 5 aut qualem sollicitent deum ipsum, qui haec sacra docuisset. et hoc cur ita? cur utique nisi ob eos, qui Christiani esse dicuntur et non sunt, qui per flagitia ac turpitudines suas nomen religionis infamant, qui, ut scriptum est, fatentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominabiles et 10 increduli, ad omne autem opus bonum reprobi; per quos, ut legimus, uia ueritatis blasphematur et sacrosanctum domini 87 dei nomen sacrilegorum hominum maledictione uiolatur? quam grauis autem ac singularis piaculi malum sit nomen diuinitatis in blasphemiam gentium dare, etiam Dauid beatissimi 15 edocemur exemplo: qui cum suffragio iustitiarum suarum aeternam pro offensionibus suis poenam per unam tantum confessionem meruerit euadere, huius tamen criminis ueniam nec per paenitentiam patrocinantem potuit impetrare. nam cum ei errores propios confitenti Natham propheta dixisset: 20 transtulit deus peccatum tuum, non morieris, subdidit statim: uerumtamen quia blasphemare fecisti inimicos domini propter uerbum hoc, filius, qui 88 ex te natus est, morietur. et quid post haec? deposito scilicet diademate proiectis gemmis, exutus purpuris remoto 25 omni splendore regiae dignitatis, cum pro his omnibus solitarius gemens clusus, sacco squalidus fletu madidus cinere sordidatus, uitam paruuli sui tot lamentationum suffragiis

9 Tit. 1, 16

11 II Pet. 2, 2

21 II Reg. 12, 13

1 posset *ex* possit *A corr. m. 2*: possit *B* 3 immania *ex* immaniam *corr. Tv m. 2*: immaniam *A in quo praecedit* sceleratam (*sic*) et *B* perueniri *B* 4 quales *ex* qualis *A corr. m. 2* 10 abhominabiles *A* 15 beatissimi *ex -me A corr. m. 2* 19 poenit. *ex* penit. *A corr. m. 2* 20 nathan *B* 25 exutis *B* remoto *Baluzius*: remota *B (et AT quod apud Halmium deest)* splendore regiae dignitatis *T*: splendoris regiae dignitate *AB* 27 clusus *B* sacco *ex* sacco *A corr. m. 2*

peteret et piissimum deum tanta precum ambitione pulsaret, sic rogans et obsecrans obtinere non potuit, cum tamen, quod fortissimum petentibus adiumentum est, impetraturum se quod sic a deo peteret credidisset. ex quo intellegi potest, quod 89
 5 nullum penitus maioris piaculi crimen est, quam blasphemandi causam gentibus dare. quicumque enim sine blasphemia aliorum grauiterrauerit sibi tantum adfert damnationem: qui autem blasphemare alios fecerit multos secum praecipitat in mortem, et necesse erit ut sit pro tantis reus, quantos
 10 secum traxerit in reatum. nec solum hoc, sed quicumque peccator ita peccat, ut alios tamen peccato suo blasphemare non faciat, peccatum suum ipsi obest tantummodo, qui peccauerit, sacrosanctum autem dei nomen sacrilega blasphemantium maledictione non laedit. qui uero blasphemare alios
 15 peccans fecerit, necesse est peccatum huius supra criminis humani esse mensuram, quia per conuicia plurimorum in-aestimabilem deo fecit iniuriam.

XVIII. Hoc autem, ut dixi, malum peculiariter tantum 90
 Christianorum est, quia per eos tantummodo blasphematur
 20 deus, qui bona discunt et mala faciunt, qui, ut scriptum est, deum uerbis confitentur et factis negant, qui, ut idem apostolus ait, adquiescunt legi et sciunt uoluntatem eius et probant, quae potiora sunt, qui habent formam scientiae et ueritatis in lege, qui praedicant non furandum et furantur,
 25 qui legunt non moechandum et moechantur, qui in lege gloriantur et per praeuaricationem legis deum inhonorant. et ideo 91
 hoc ipso Christiani deteriores sunt, quia meliores esse deberent; non enim probant quod profitentur, et impugnant professionem

21 Tit. 1, 16 Rom. 2, 17

2 et obsecrans *B bis habet* 3 est *ex* et *B corr.* 8 alio *A*
et statim immortem 10 tra \bar{x} (*sic*) *A* 11 alios *ex* alius *A corr.*
m. 2 12 facit *A* qui *Rittershusius*: quae *A* quod *B*
 15 est *om. B* 17 fecit *A* quod *Halmium fugit*: facit *B* 19 est
A s. l. m. 2 20 discunt] sciunt *malit Hartelius*; at *cf. §. 83*
 est *B s. l.* 22 legis *sed s punct. A* 24 et furantur *om. A*
 25 legem *sed m punct. A* 27 quia *Hartelius conl. pag. 100, 4*: qui
AB edd. 28 confitentur *B*

suam moribus suis. magis enim damnabilis est malitia, quam titulus bonitatis accusat, et reatus impii est pium nomen. unde etiam saluator in Apocalypsi ad tepidum Christianum ait: utinam aut calidus esses aut frigidus: nunc autem, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore 5 meo. omnem Christianum dominus fide ac spiritu iubet esse feruentem. sic enim scriptum est: ut simus spiritu fer-
 92 uentes, domino seruietes. in hoc ergo feruore spiritus fidei religiosae ardor ostenditur: de quo ardore qui plurimum habet feruens esse agnoscitur et fidelis: qui nihil omnino 10 habet frigidus esse intellegitur ac paganus; qui uero inter utrumque uel neutrum est, tepidus atque exosus est domino Christianus, et ideo ad eum dicitur: utinam aut calidus esses aut frigidus: nunc autem, quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. hoc est dicere: utinam 15 aut calorem et fidem haberes bonorum Christianorum aut certe frigus et ignorantiam paganorum. aut enim fides te calida deo insinuaret aut certe ad praesens adhuc legis ignorantia aliquatenus excusaret. nunc autem quia Christum iam agnouisti et negligis quem agnouisti, qui susceptus es quasi 20
 93 intra os dei per fidei agnitionem proiceris per teporem. quod quidem etiam beatus apostolus Petrus euidenter exposuit dicens de uitiosis ac tepidis, id est male uiuentibus Christianis: melius erat illis non cognoscere ueritatem quam cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi 25 mandato. contigit illis res ueri prouerbii: canis reuersus ad suum uomitum aut sus lota in uolutabro caeni. quod ut euidenter de his dictum intellegamus, qui sub Christiano nomine in sordibus mundi atque impuritibus uiuunt, audi, quid de isdem in eodem loco dicat: 30

4 Apoc. 3, 15

7 Rom. 12, 11

24 II Pet. 2, 21 sq.

4 fridus s. *scr. m. 2* gi *A* item § 92 (13) 6 fidem *sed m punct. A*
 16 et] aut *B* 20 suscepisti *sed punct. isti et s. scr. m. 2* tus es
A 21 dei] d̄ (sic) *A* proicieris *B* 27 sues *sed e punct.*
A sues *B* uolutabro *B* 28 ceni *A*: luti *B* euidenter
 ex uidenter *A corr. m. 2* 30 quid de hisdem *ex quidehisdem A*
corr. m. 2 quid eisdem (*om. de*) *B*

si enim, inquit, refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri et conseruatoris Iesu Christi his rursus impliciti superantur, facta sunt illis nouissima peiora prioribus. quod quidem et 94
 5 beatus apostolus Paulus in eundem modum dicit: circumcizio quidem prodest, si legem custodias: si autem praeuaricator legis sis, circumcizio tua praeputium facta est. circumcisionem autem christianitatem intelligendam ipse euidētissime docet dicens: nos enim sumus
 10 circumcizio, qui spiritu deo seruimus et non in carne confidimus. ac per hoc uidemus, quod malos Christianos paganis comparat, nec comparat tantum, sed paene postponit dicens: si autem praeputium iustitias legis custodiat, nonne praeputium illius in circumcisi-
 15 one reputabitur, et iudicabit id, quod ex natura est praeputium, legem consummans, te, qui per litteram et circumcisionem praeuaricator legis es? ac per hoc intellegimus, ut supra dixi, culpabiliores nos 95
 20 multo esse, qui legem dei habemus et spernimus, quam illos, qui nec habent omnino nec norunt: nemo enim ignota contemnit. concupiscentiam quippe, apostolus, nesciebam, inquit, nisi lex diceret: non concupisces. neque enim praeuaricantur a lege, quam non habent, quia, ut scriptum est, ubi non est lex, nec praeuaricatio. ac per hoc,

1 II Pet. 2, 20 5 Rom. 2, 25 9 Phil. 3, 13 13 Rom. 2, 26
 21 Rom. 7, 7 24 Rom. 4, 15

2 conseruatoris *ex* -res *A corr. m. 2* 5 in eodem modum *B*
 11 malos Christianos *ex* malus Christianus *A corr. m. 2* 20 contempnit *A ut statim* contempnunt 21 apostolus nesciebam inquit *omnes codd.* nesciebam, apostolus inquit *cum edd. Halmius; equidem in uerborum collocatione quae est in codd. non offenderim nec retinere dubitau;* si uero mutanda est, certe scribendum: inquit apostolus *non ap.* inquit; *ubicumque enim* inquit *una cum subiecto in omnibus Saluiani scriptis apparet, subiectum postponitur uerbo* inquit *nusquam praeponitur; sic locis quindecim (ut statim V, 1):* inquit apostolus, *decem* inquit *sacra scriptura s. scriptura s. sermo diuinus; quinquies* inquit *saluator, bis* inquit *dominus, semel* inquit *beatissimus Paulus s. deus s. diabolus s. propheta*

si non praeuaricantur a lege quam non habent, ergo nec contemnunt legis scita quae non habent, quia nemo, ut dixi, potest despiciere quod nescit. nos ergo et contemptores pariter et praeuaricatores sumus ac per hoc paganis deteriores, quia illi non norunt dei mandata, nos nouimus: illi ea non habent, 5 nos habemus; illi inaudita non faciunt, nos lecta calcamus. et ideo apud illos ignorantia est apud nos praeuaricatio, quia minoris criminis reatus est legem nescire quam spernere.

8 spernere. EXPLICIT LIBER QUARTUS. INCIPIT LIBER QUINTUS *AB*

LIBER V.

I. Scio infidelissimos quosque et ueritatis diuinae incapaces 1
dicere aduersum haec posse, quae diximus, si tantus sit
Christianorum infidelium reatus, ut plus peccent praetermit-
5 tentes mandata domini quae sciant, quam paganae gentes
quae nesciant, salubriorem his fuisse ignorantiam quam agni-
tionem, et contra eos esse admodum quod agnouerint ueri-
tatem. quibus hoc respondendum est, non ueritatem his
obesse sed uitia, nec legem nocere sed mores. denique da
10 mores bonos, et legis scita pro nobis sunt: tolle uitia, lex
prodest. scimus enim, inquit apostolus, quia lex bona
est, si quis ea legitime utatur. legitime itaque lege
utere et legem tibi bonam ipse fecisti. scimus enim, in-
quit, quia lex bona est, si quis ea legitime utatur,
15 sciens hoc quod iusto lex non est posita. ac per hoc 2
iustus esse incipe et eris liber a lege, quia non potest uenire
lex contra mores, quae iam habetur in moribus. scimus
enim, inquit, quia lex bona est, si quis ea legitime
utatur, sciens hoc, quod iusto lex non est posita,
20 sed iniustis, et non subditis, sed sceleratis et im-
piis et peccatoribus et si quod aliud sanae doctri-
nae aduersatur. ac per hoc non tam lex tibi, o homo,
quam tu legi aduersaris, nec lex contra te bene praecipiendo,

11 I Tim. 1, 8

19 I Tim. 1, 9

4 reatus ex reatu <i>A corr. m. 2</i>	9 denique da mores <i>Pithoeus:</i>	
deniq: quadam mores <i>A</i> denique clamores <i>B</i>	10 bonis ex bonos	
<i>A corr. m. 2</i> item statim uitia ex uicia	12 et siquis <i>A hoc loco</i>	
15 non est lex <i>B</i>	17 immoribus <i>A</i>	18 enim] ergo <i>B</i>
19 non est lex <i>B</i>	21 si quid <i>Vulgata</i>	22 tam non <i>B</i>

3 sed tu contra legem male uiuendo agis. immo illa pro te est,
 tu contra illam. illa enim tibi consulit sancta dicendo, tu
 contra illam uenis praua faciendo, nec contra illam tantum
 sed etiam contra te; hoc ipso enim, quod contra illam, et
 contra te, quia in illa salus et uita tua est. ac per hoc dum 5
 legem diuinam deseris, salutem propriam derelinquis. non
 aliter ergo nos de dominica lege querimur, quam queri de
 optimo medico impatiens aegrotus solet: qui cum ingrauescere
 sibi morbos uitio suo fecerit, imperitiam medentis accusat.
 quasi uero curare ullam infirmitatem praecepta possint, si eis 10
 non oboedierit infirmus, aut sanare quemquam obseruantia
 ualeat, quam medicus ei imperat, si eam sibi aegrotus ipse
 4 non praestat. quid iuuant stomachum absinthia, si statim
 dulcia subsequantur? quid conferunt frenetico silentia circum-
 stantium, quem suus clamor occidit? aut quid prodesse poterit 15
 antidotum, cui superfunditur uenenum? et nobis itaque lex
 est antidotum sed uitiositas uenenum. sanare nos non potest
 legis antidotum, quos occidunt uenena uitiorum. sed iam de
 his et antea satis diximus et, si ita res postulauerit, etiam
 post haec iuuante domino aliqua dicemus. 20

5 II. Interim quia duo superius barbarorum genera uel sectas
 esse memorauimus, paganorum atque haereticorum, quia de
 paganis iam, ut arbitror, satis fecimus, de haereticis quoque,
 ut causa poscit, subiciamus. potest enim quispiam dicere:
 etiamsi a paganis lex diuina non exigit, ut mandata faciant, 25
 quae non sciunt, certe ab haereticis exigit, qui sciunt: eadem
 enim etiam illos legere, quae nos legimus, eosdem apud illos
 prophetas dei, eosdem apostolos, eosdem euangelistas esse, ac
 per hoc aut non minus ab illis legem neglegi quam a nobis,

2 tu *A m. 1 s. l.* consulit *ex* consulet *A corr. m. 2* *di-
 cendo *A* 9 morbos *ex* morbus *A corr. m. 1* 10 ulla infirmitate
B 13 iuuat *B* absinthia *Baluzius*: abstinentia *AB (rell.)*
 15 quem] quã *A* 19 his *ex* hi *A corr. m. 2* res postulauerit]
 repostulauerit *B* 20 dño *A*: deo *B* 21 duo* *A* 26 ahere-
 ticus *A super a add. m. 2 b* 27 nos *ex* non *A corr. m. 2*
 28 dei *B s. l.* apostolos eosdem *B* 29 illos *A super o add.*
m. 2 i

aut etiam multo magis, quia cum eadem legant scripta quae nostri, multo faciunt deteriora quam nostri. utrumque ergo uideamus. eadem, inquis, legunt illi, quae leguntur a nobis. 6 quomodo eadem, quae ab auctoribus quondam malis et male sunt interpolata et male tradita? ac per hoc iam non eadem, quia non possunt penitus dici ipsa, quae sunt in aliqua sui parte uitiata. incolumitatem enim non habent quae plenitudinem perdidit, nec statum suum omnino seruant quae sacramentorum uirtute priuata sunt. nos ergo tantum scri-
 10 pturas sacras plenas inuiolatas integras habemus, qui eas uel in fonte suo bibimus uel certe de purissimo fonte haustas per ministerium purae translationis haurimus: nos tantummodo bene legimus. atque utinam quam bene legimus, tam bene 7 adimpleremus. sed uereor, quod qui non bene obseruamus nec bene lectitamus, quia minor reatus est sancta non legere quam lecta uiolare. ceterae quippe nationes aut non habent legem dei aut debilem et conuulneratam habent, ac per hoc, ut diximus, non habent quae sic habent. nam et si qui gentium barbarorum sunt, qui in libris suis minus uideantur
 20 scripturam sacram interpolatam habere uel dilaceratam, habent tamen ueterum magistrorum traditione corruptam ac per hoc traditionem potius quam scripturam habent, quia non hoc retinent, quod legis ueritas suadet, sed quod prauitas malae traditionis inseruit. barbari quippe homines, Romanae immo 8
 25 potius humanae eruditionis expertes, qui nihil omnino sciunt nisi quod a doctoribus suis audiunt, quod audiunt, hoc sequuntur, ac sic necesse est eos, qui totius litteraturae ac scientiae ignari sacramentum diuinae legis doctrina magis

1 legunt *A* *super* u *add. m. 1 a* 2 multa *B* 7 incolomitatem *A* o *tertia* *syll. punct. et s. scr. m. 2* u 8 statim *A* *super*
 i *add. m. 2* u 12 tantomodo *A* 17 et] aut *B* ac—non habent
om. B m. 1 suppletum in marg. 19 barbarorum *A* (*et v m. 1*)
quod Halminum fugit: barbararum B ut uidetur cfr. adn. crit. ad
III 67 20 laceram *B* 21 ueterem *A* *super* e *postrem. add.*
m. 2 u traditione ut est in *AB* (*non* traditionem) *diuinavit*
Rittershusius 23 ueritas legis *B* 28 ignare *A* *super* e *add.*
m. 2 i doctrinā *A* *sed lineola erasa*

quam lectione cognoscunt, doctrinam potius retinere quam legem. itaque eis traditio magistrorum suorum et doctrina inueterata quasi lex est, quia hoc sciunt tantummodo quod 9 docentur. haeretici ergo sunt sed non scientes. denique apud nos sunt haeretici, apud se non sunt; nam in tantum se 5 catholicos esse iudicant, ut nos ipsos titulo haereticae appellationis infament. quod ergo illi nobis sunt, hoc nos illis. nos eos iniuriam diuinae generationi facere certi sumus, quod minorem patre filium dicant: illi nos iniuriosos patri existimant, quia aequales esse credamus. ueritas apud nos est, sed illi 10 apud se esse praesumunt. honor dei apud nos est, sed illi hoc arbitrantur honorem diuinitatis esse, quod credunt. inofficiosi sunt, sed illis hoc est summum religionis officium: impii sunt, sed hoc putant ueram esse pietatem. errant ergo, sed bono animo errant, non odio sed affectu dei, honorare se dominum 15 atque amare credentes. quamuis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam dei aestimant caritatem. qualiter pro hoc ipso falsae opinionis errore in die iudicii puniendi 11 sint, nullus potest scire nisi iudex. interim idcirco eis, ut reor, patientiam deus commodat, quia uidet eos etsi non recte 20 credere, affectu tamen piaie opinionis errare, maxime cum sciat eos ea facere, quae nesciunt, nostros autem neglegere quod credunt, ac per hoc illos magistrorum peccare uitio nostros suo, illos ignorantes nostros scientes, illos id facere, quod putent rectum, nostros quod sciant esse peruersum. et ideo 25 iusto iudicio illos patientia dei sustinet nos animaduersione castigat, quia ignosci aliquatenus ignorantiae potest, contemptus ueniam non meretur. sic enim scriptum est: seruus, qui nescit uoluntatem domini sui, et non facit

28 Luc. 12, 47 sq.

2 traditio eis B 6 ipso* (eras. f lit.) A 7 et hoc nos B
 8 generationi ex generatione A corr. m. 2: generationis B 16 a-
 masse B 18 errore ex errare A corr. m. 2: errorem B in die
 —errare A om. m. 1 sed m. aequali add. in marg. inferiore 24 illos
 (post suo) A s. l. m. 2 id B add. m. 2 26 patientia (ex
 patientiâ ut uidetur) dei sustinere A

eam, uapulabit paucis: qui autem scit et non facit eam, uapulabit multis.

III. Non ergo miremur, quod multis caedimur, quia non 12
 inscientia sed rebellione peccamus. scientes enim bona non
 5 bene agimus et discretionem recti ac prauī intellegentes praua
 sectamur: legem legimus et legitima calcamus et ad hoc
 tantum praeceptorum sacrorum scita cognoscimus, ut grauius
 post interdicta peccemus: deum colere nos dicimus et diabolo
 obtemperamus. et post haec uolumus ut bona a deo accipia- 13
 10 mus, cum malis mala semper addamus: fieri uoluntatem no-
 stram a deo cupimus, cum dei nos facere nolimus. quasi
 superiores nos deo agimus. uolumus ut uoluntati nostrae deus
 iugiter pareat, cum omnes nos uoluntati eius iugiter repugne-
 mus. sed ille iustus est, licet nos simus iniusti; castigat
 15 enim quos castigandos putat, patitur quos putat esse patiendos.
 utrumque ad unam rem uult proficere, ut et castigatio in
 catholicis peccandi refrenet libidinem, et quandoque haereticos
 patientia dei faciat plenam fidei noscere ueritatem, maxime
 cum sciat eos forsitan catholica non indignos fide, quos uideat
 20 catholicis uitae comparatione praestare. omnes autem isti, 14
 de quibus loquimur, aut Wandali sunt aut Gothi; nam de
 Romanis haereticis, quorum innumera multitudo est, nihil
 dicimus, neque aut Romanis eos aut barbaris comparamus,
 quia et infidelitate Romanis sunt deteriores et foeditate uitae
 25 barbaris turpiores. sed hoc nos non solum non iuuat sed
 etiam supra id, quod a nobis ipsis grauamur, grauatur, quia et
 ii, quos tales causamur esse, Romani sunt. unde intellegere
 possumus, quid mereatur omnis Romana respublica, cum pars

1 uapulauit <i>A</i> item paulo post	scit eam <i>B</i> qui idem statim
om. eam	3 quia sed a in ras. <i>A</i>
6 et (ante ad hoc) <i>A</i> corr. ex at uel ut	5 recte ac prauē <i>A</i>
corr. m. 2 (<i>Brassicani</i> ?): nolumus <i>AB</i>	11 nolimus ex nolumus <i>v</i>
uoluntati nostrae ex uoluntate n. <i>A</i> corr. m. 2	12 nos superiores <i>B</i>
re s. p scr. m. 2 <i>A</i>	13 pugnemus sed
corr. m. 2	15 paciendos <i>A</i>
18 plena <i>A</i> sed lineola super a eras. uidetur	17 hereticos ex hereticus <i>A</i>
21 uuandali <i>A</i> ubique	25 turpiores — supra id quod <i>B</i> in marg.
habet	27 hii <i>AB</i>
	28 quod <i>B</i>

Romanorum offendat deum uita, pars et infidelitate pariter et uita, saluo eo, quod etiam ipsae quondam haereses barbarorum de Romani magisterii prauitate fluxerunt, ac perinde etiam hoc nostrum crimen est, quod populi barbarorum haeretici esse coeperunt.

5

15 III. Porro autem quantum ad conuersionem Gothorum aut Wandalorum pertinet, quid est in quo eis aut praeponere nos aut etiam comparare possimus? ac primum ut de affectu et caritate dicam, quam praecipuam dominus docet esse uirtutem et quam non solum per omnes scripturas sacras, sed etiam per se ipse commendat dicens: in hoc sciatur, quod discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis: omnes se fere barbari, qui modo sunt unius gentis et regis, mutuo
16 amant, omnes paene Romani se mutuo persequuntur. quis enim ciuis non inuidet ciui? quis plenam uicino exhibet caritatem? omnes quippe a se, etsi loco non absunt, affectu absunt, etsi habitatione iunguntur, mente disiuncti sunt. atque utinam hoc, licet sit pessimum malum, utinam ciues tantum atque uicini: illud est grauius, quod nec propinqui quidem propinquitatis iura conseruant. quis enim se proximis suis
20 proximum reddit? quis soluit caritati quod se agnoscit debere uel nomini? quis est hoc animo, quod uocatur? quis tam propinquus corde quam sanguine, in quo non luridus maliuolentiae zelus ardet, cuius non sensum liuor inuasit, cui non prosperitas aliena supplicium est? quis non bonum alterius
25 malum suum credit? cui ita sufficit felicitas sua, ut etiam

11 Ioh. 13, 35

1 pariter uita B 2 ipse (sed s. e. scr. a) quondam heresis A
3 fluxerunt (sed ~ ex parte eras. et add. m. 2 it A proinde Rittershusius
13 ferre alt. r punct. A qui] quo* (eras. ut uid. d)
A rigiql in fin. e m. rec. add. A 14 se A m. 2 s. l. per-
secuntur B quis enim plenam B 21 caritate A 22 uel
in A eras. sed ita ut adhuc legi possit nomine A fort. recte
hoc est B quis] quas A s. scr. i m. 2 23 luridus ut AB ha-
bent diuinavit Rittershusius (liuidus rell.) 24 cui] cuius A (ortum
ex anteced. cuius) 26 ut] aut punct. a A

alium uelit esse felicem? nouum et inaestimabile nunc in plurimis malum est: parum alicui est si ipse sit felix, nisi alter fuerit infelix. iam uero illud quale, quam saeuum quam 17 ex hac ipsa impietate descendens, quam alienum a barbaris 5 quam familiare Romanis, quod se inuicem exactione proscribunt: immo non inuicem: nam hoc tolerabilius ferme esset, si pateretur quisque quod fecerat: illud est grauius, quod plurimi proscribuntur a paucis, quibus exactio publica peculiaris est praeda, qui fiscalis debiti titulos faciunt quaestus esse priuatos, 10 et hoc non summi tantum, sed paene infimi, non iudices solum, sed etiam iudicibus obsequentes. quae enim sunt non modo 18 urbes sed etiam municipia atque uici, ubi non quot curiales fuerint, tot tyranni sunt? quamquam forte hoc nomine gratulentur, quia potens et honoratum esse uideatur. nam et 15 latrones ferme omnes gaudent et glorientur, si atrociores admodum quam sunt esse dicantur. quis ergo, ut dixi, locus est, ubi non a principalibus ciuitatum uiduarum et pupillorum uiscera deuorentur et cum his ferme sanctorum omnium? nam et hos quasi uiduas ac pupillos habent, quia tueri se 20 aut pro studio professionis suae nolunt aut pro innocentia atque humilitate non possunt. nemo itaque horum tutus est neque ulli admodum praeter summos uastatione latrocinii populantis immunes, nisi qui ipsis latronibus pares. in hanc condicionem immo in hoc scelus res deuoluta est, ut nisi quis 25 malus fuerit, saluus esse non possit.

V. Sed uidelicet cum tot sint, qui bonos uastant, sunt for- 19

1 implurimis *A* 4 hac *om.* *B* 8 scribuntur *A s. scr. m. 2*
 pro 12 quot *ex* quod *A corr. m. 2* 13 *saint A* quan-
 quam *hoc loco A* 14 honoratū *A: honoratus B Halmius* ui-
 detur *B* 19 tueris ea ut *1 A m. (sic)* 22 uastatione *A quod Hal-*
mium fugit: a uastatione B latrocinii *ex latrocinio A corr. m. 2*
 23 immunis *B* *post* qui *A add. m. rec.* fuerint pares] partes
B ('pares in hac condicione. immo uulgo interpungitur' Halmius)
'fort. in hanc condicionem' Halmius, quod recipere non dubitauit, quia
abl. ferri non posse uidetur; (ceterum eundem errorem habes infra
 §. 44: in hac necessitate) in hac condicione *AB*

tasse aliqui, qui in hac uastatione succurrant, qui, ut scriptum est, eripiant egenum et pauperem de manu peccatoris. non est, qui faciat bonum, non est paene usque ad unum. ideo dixit 'paene usque ad unum', quia tanta est raritas bonorum, ut paene unus esse uideatur. quis enim uexatis ac laborantibus opem tribuat, cum improborum hominum uolentiae etiam sacerdotes domini non resistant? 20 nam aut tacent plurimi eorum aut similes sunt tacentibus, etiamsi loquantur, et hoc multi non inconstantia sed consilio, ut putant, atque ratione. exertam enim ueritatem proferre 10 nolunt, quia eam aures improborum hominum sustinere non possunt, nec solum refugiunt sed etiam oderunt et execrantur, et non modo auditam non reuerentur aut metuunt sed maiore etiam superbientis peruicaciae perduellione contemnunt. et ideo tacent etiam qui loqui possunt, dum ipsis interdum malis 15 parcunt, nec uolunt eis uim apertae promere ueritatis, ne 21 faciant eos ingesta acrius ueritate peiores. inter haec uastantur pauperes, uiduae gemunt, orfani proculcantur, in tantum ut multi eorum, et non obscuris natalibus editi et liberaliter instituti, ad hostes fugiant, ne persecutionis publicae ad afflictione 20 moriantur, quaerentes scilicet apud barbaros Romanam humanitatem, quia apud Romanos barbaram inhumanitatem ferre non possunt. et quamuis ab his, ad quos confugiunt, discrepent ritu discrepent lingua, ipso etiam, ut ita dicam, corporum atque induuiarum barbaricarum foetore dissentiant, 25 malunt tamen in barbaris pati cultum dissimilem quam in 22 Romanis iniustitiam saeuientem. itaque passim uel ad Gothos uel ad Bacaudas uel ad alios ubique dominantes barbaros

1 Psal. 81, 4

2 Psal. 13, 3

1 qui (*ante in*) *om.* B m. 1 uastatione hac A sed adiecta sunt transpositionis signa m. 1 4 dixi B 6 ac laborantibus non adabor., ut apud Halmium, A: atque lab. B ut quidem uidetur 10 exertam sed h eras. A 14 superbientes peruicaciae sed super g add. c m. 2 A perduellionem B 15 male B 16 aperte A aperte B 17 in iesta A sed in marg. add. m. rec. ingesta 20 fugiunt B m. 1 23 discrepent ritu *om.* A 25 induriarum sed super r scr. m. 2 u A 28 Abagaudas B

migrant, et commigrasse non paenitet; malunt enim sub specie captiuitatis uiuere liberi quam sub specie libertatis esse captiui. itaque nomen ciuium Romanorum aliquando non solum magno aestimatum sed magno emptum nunc ultro repudiatur
 5 ac fugitur, nec uile tantum sed etiam abominabile paene habetur. et quod esse maius testimonium Romanae iniquitatis 23 potest, quam quod plerique et honesti et nobiles et quibus Romanus status summo et splendori esse debuit et honori, ad hoc tamen Romanae iniquitatis crudelitate compulsi sunt,
 10 ut nolint esse Romani? et hinc est, quod etiam hi, qui ad barbaros non confugiunt, barbari tamen esse coguntur, scilicet ut est pars magna Hispanorum et non minima Gallorum, omnes denique, quos per uniuersum Romanum orbem fecit Romana iniquitas iam non esse Romanos.

15 VI. De Bacaudis nunc mihi sermo est, qui per malos 24 iudices et cruentos spoliati afflicti necati, postquam ius Romanae libertatis amiserant, etiam honorem Romani nominis perdiderunt. et imputatur his infelicitas sua, imputamus his nomen calamitatis suae, imputamus nomen, quod ipsi fecimus:
 20 uocamus rebelles uocamus perditos quos esse compulimus criminosos. quibus enim aliis rebus Bacaudae facti sunt nisi 25 iniquitatibus nostris nisi improbitatibus iudicum, nisi eorum proscriptionibus et rapinis, qui exactionis publicae nomen in quaestus proprii emolumenta uerterunt et indictiones tributarias
 25 praedas suas esse fecerunt? qui in similitudinem immanium

1 cūmigrasse *A sed sub cu add. lineola m. 2 (cf. infra §. 30 cummen-*
dentur): migrasse B (quod librarius propter migrant mutauit nesciens
apud Saluianum nihil frequentius esse quam permutationem uerborum
simplicium et compositorum; cf. ut unum tantum adferam exemplum
IIII 42: qui agrum excolit ad hoc colit et ibid.: qui initia gregum
praeparat ad hoc parat) maluit sed i punct. et s. scr. m. 2 n A

4 noncultro *super o add. m. 2 u A* 5 abhominabile *sed h punct.*
A 8 splendore *A item 9 romane* 10 nolint *ex nolent A corr.*
m. 2 et] *etiam B item hii* 15 bacgaudis *B* 16 cruentis
super i scr. o m. 2 A afflicti *A s. l. m. 2* 23 exactionis *ex*
exactiones A corr. m. 2 24 emulamenta *A super a med. scr. u*
m. 2 tributaritas *B* 25 esse *B s. l.*

bestiarum non rexerunt traditos sibi sed deuorarunt, nec
 spoliis tantum hominum, ut plerique latrones solent, sed
 26 laceratione etiam et, ut ita dicam, sanguine pascebantur. ac sic
 actum est, ut latrociniis iudicum strangulati homines et
 necati inciperent esse quasi barbari, quia non mittebantur 5
 esse Romani. adqueuerunt enim esse quod non erant, quia
 non mittebantur esse quod fuerant, coactique sunt uitam
 saltem defendere, quia se iam libertatem uidebant penitus
 perdidisse. aut quid aliud etiam nunc agitur, quam tunc actum
 est, id est, ut qui adhuc Bacaudae non sunt esse cogantur? 10
 quantum enim ad uim atque iniurias pertinet, compelluntur
 ut uelint esse, sed inbecillitate impediuntur ut non sint. sic
 sunt ergo quasi captiui iugo hostium pressi: tolerant sup-
 plicium necessitate non uoto: animo desiderant libertatem sed
 summam sustinent seruitutem. 15

27 VII. Ita ergo et cum omnibus ferme humilioribus agitur:
 una enim re ad duas diuersissimas coartantur. uis summa
 exigit ut adspirare in libertatem uelint, sed eadem uis posse
 non sinit quae uelle compellit. sed imputari his potest for-
 sitan, quod hoc uelint homines, qui nihil magis cuperent, 20
 quam ne cogantur hoc uelle; summa enim infelicitas est
 quod uolunt. nam cum his multo melius agebatur, si non
 28 compellerentur hoc uelle. sed quid possunt aliud uelle miseri,
 qui adsiduum, immo continuum exactionis publicae patiuntur
 excidium, quibus imminet semper grauis et indefessa pro- 25
 scriptio, qui domus suas deserunt, ne in ipsis domibus tor-
 queantur, exilia petunt, ne supplicia sustineant? leniores his

1 deuorarent *A super e scr. m.* 2 u 3 etiam et *B*: Etiam
 puncto post laceratione posito *A* et iam *Halmius* 4 iudicium *B*
 homines *B s. l.* 7 uerba quod fuerant coactique sunt *A habet*
 ante quod non erant saltem uitam *B* 8 iam se *B* 10 cogantur]
 agantur *A* 12 inbecillitate *A*: imb. *B ut uidetur* 19 sinit ex
 sin & *A corr. m.* 2 imputare *A* 21 quam in marg. v add. *Brassi-*
canus: om. AB nisi suspicatur *Hartelius* 22 multo cum his
B 23 **imp***rentur sic *A sed in marg. m. recentissima alias non*
*obuia add. cōp**** aliud uelle] aliud fieri *B* 24 adsiduum sed *m. 2.*
super a add. s A (unde in T ad assidium) 26 domos ex domus
A corr. m. 2

hostes quam exactores sunt. et res ipsa hoc indicat: ad
 hostes fugiunt, ut uim exactionis euadant. et quidem ipsum
 hoc, quamuis durum et inhumanum, minus tamen graue atque
 acerbum erat, si omnes aequaliter atque in commune tolerarent.
 5 illud indignius ac poenalius, quod omnium onus non omnes
 sustinent, immo quod pauperculos homines tributa diuitum
 premunt, et infirmiores ferunt sarcinas fortiorum. nec alia
 causa est, quod sustinere non possunt, nisi quia maior est
 miserorum sarcina quam facultas. res diuersissimas dissi- 29
 10 millimasque patiuntur, inuidiam et egestatem. inuidia enim
 est in solutione, egestas in facultate. si respicias quod de-
 pendunt, abundare arbitreris: si respicias quod habent, egere
 reperies. quis aestimare rem huius iniquitatis potest? solu-
 tionem sustinent diuitum et indigentiam mendicorum. plus
 15 multo est quod dicturus sum. adiectiones tributarias ipsi
 interdum diuites faciunt, pro quibus pauperes soluunt. sed 30
 dicis: cum ipsorum maximus census sit et ipsorum maximae
 pensiones, quomodo fieri id potest, ut ipsi sibi augere debitum
 uelint? neque ego id dico, quod sibi augeant; nam et ideo
 20 augent, quia non sibi augent. dicam quomodo. ueniunt ple-
 rumque noui nuntii noui epistolarii a summis sublimitatibus
 missi, qui commendantur inlustribus paucis ad exitia pluri-
 morum. decernuntur his noua munera decernuntur nouae
 indictiones. decernunt potentes quod soluant pauperes, decernit
 25 gratia diuitum quod perdat turba miserorum; ipsi enim in
 nullo sentiunt quod decernunt. sed non possunt, inquis, non 31

1 indicant *sed n poster. punct. A* 2 ut uim *ex* et uim *A corr.*
m. 2 item exactionis *ex* exactiones hoc ipsum *B* 3 atque *sed a*
poster. punct. A 5 poenalius *ex* paenalius *A corr. m. 2* 7 sar-
 cinam *B* 9 'dissimilissimas *A haud scio an recte*' *Halmius*; ego notaui
 dissimilimasquae *punct. a in fin.* 10 est enim *B* 11 defendunt
B dependunt—respicias quod *A in inferiore marg. m. 2 (lectionem*
dependunt pro defendunt coniectura adsecutus est Rittershusius)
 13 repperies *AB* rem] uim *Rittershusius* rationem suspicatur
Hartelius 14 sustinent *B* indigentia *B* 18 id fieri *B*
 ipse *B* 19 uelint *ex* uellent *A corr. m. 2* 22 cūmendantur *sed*
u primae syll. mut. m. 2 in o A 25 perdat *AB cf. p. 112, 5. 6:*
 pendat *Rittershusius Halmius*

honorari et liberalius accipi, qui fuerint a maioribus missi. estote ergo, diuites, primi in conferendo, qui estis primi in decernendo: estote primi in largitate rerum, qui primi estis in liberalitate uerborum. qui das de meo da et de tuo. tametsi rectissime, quisquis ille es, qui solus capere uis gratiam, solus patereris expensam. sed adquiescimus pauperes uestrae, diuites, uoluntati. quod pauci iubetis soluamus omnes: quid tam iustum quid tam humanum? grauant nos nouis debitis decreta uestra: facite saltem debitum ipsum uobis nobiscum esse commune. quid enim iniquius esse aut quid indignius potest, quam ut soli sitis immunes a debito, qui cunctos facitis debitores? et quidem miserimi pauperes sic totum hoc, quod diximus, soluunt, quod qua re uel qua ratione soluant penitus ignorant. cui enim licet discutere cur soluat, aut cui permittitur explorare quid debeat? sed tunc id euidentissime proditur, cum inuicem sibi diuites irascuntur, cum indignantur aliqui eorum, quod sine consilio ac tractatu suo aliqua decreta sint. tunc a quibusdam eorum audias dici: o facinus indignum! duo aut tres statuunt quod multos necet, a paucis potentibus decernitur quod a multis miseris dependatur. honori enim suo unusquisque diuitum praestat, ut nolit aliquid se absente decerni, non iustitiae, ut iniqua nolit se praesente constitui. denique quod in aliis reprehenderent ipsi postea aut pro contemptus praeteriti ultione aut pro potestatis praesumptione constituunt. ac per hoc infelicissimi pauperes sic sunt quasi inter concertantes procellas in medio mari positi: nunc istorum scilicet nunc illorum fluctibus obruuntur.

34 VIII. Sed uidelicet qui in hac parte iniqui sunt in alia

2 uos diuites *B* estis *ex* & es *A* super es *m. 2* add. tis
 4 da&d&uo (sic) *A* 6 pateris *A* expensa *A* fort. scr. expensas
 7 uoluntati *ex* uoluntate *A* corr. *m. 2* omnes *A* s. l. *m. 2*
 8 quitam *A* s. t. scr. d. *m. 2* 12 quidam *B* corr. *ex* quidem
 13 soluunt *A* sed posteriore u. mut. *m. 2* in cc = a 14 paenitus
 sed a del. *A* 21 quisque suo *B* 22 absente *A* ut statim pre-
 sente 23 reprehenderent super e ult. syll. *m. rec. add.* a *A*: re-
 prehenderunt *B* 25 praesumptione *ex* -nis *A* corr. *m. 2*

moderati inueniuntur et iusti ac prauitatem unius rei alterius probitate compensant. nam sicut in onere nouarum indictionum pauperes grauant, ita in nouorum remediorum opitulatione sustentant: sicut tributis nouis minores maxime deprimuntur, sic remediis nouis maxime subleuantur. immo par est iniquitas in utroque. nam sicut sunt in adgrauatione pauperes primi, ita in releuatione postremi. si quando enim, ut nuper **35** factum est, consulendum defectis urbibus aut minuendas in aliquo tributarias functiones potestates summae existimauerint, ilico remedium cunctis datum soli inter se diuites partiuntur. quis tunc pauperum meminit? quis ad communionem beneficii humiles et egestuosos uocat? quis eum, qui primus est semper in sarcina, uel ultimo esse loco patitur in medela? et quid plura? tributarii omnino pauperes non putantur, nisi cum iis **15** tributi cumulus imponitur: extra numerum autem tributariorum sunt, cum remedia diuiduntur. et putamus, quod poena **36** diuinae seueritatis indigni simus, cum sic nos semper pauperes puniamus, aut credimus, cum iniqui nos iugiter simus, quod deus iustus in nos omnino esse non debeat? ubi enim aut in **20** quibus sunt nisi in Romanis tantum haec mala? quorum iniustitia tanta nisi nostra? Franci enim hoc scelus nesciunt: Chuni ab his sceleribus immunes sunt: nihil horum est apud Wandalos, nihil horum apud Gothos. tam longe enim est, ut haec inter Gothos barbari tolerant, ut ne Romani quidem, **25** qui inter eos uiuunt, ista patiantur. itaque unum illic Ro- **37** manorum omnium uotum est, ne umquam eos necesse sit in ius transire Romanum. una et consentiens illic Romanae plebis oratio, ut liceat eis uitam quam agunt agere cum bar-

1 moderati *ex modo rati A corr. m. 2* hac prauitate *A*

2 indictionem *super e scr. m. 2 ù A* 4 minores *m. deprimuntur ex*

minores *m. deprem. A corr. m. 2* 6 primi pauperes *B* 7 rele-

uitatione (*sic*) *A* 8 consulendum *om. B* minuendas *ex minu-*

endis *A corr. m. 1* in alii (*ult. i punct.*) quo *A* 9 potestates

ex -tis A corr. m. 2 13 ultima *s. a scr. o m. rec. A* 17 indig-

nissimos *A sed m. 2 s priore punct. et super o scr. u: indigni sumus*

B 21 tantum *B* 22 Huni *B*

baris. et miramur, si non uincuntur a nostris partibus Gothi,
 cum malint apud hos esse quam apud nos Romani. itaque
 non solum transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino
 38 nolunt, sed ut ad eos confugiant, nos relinquunt. et quidem
 mirari possim, quod hoc non omnes omnino facerent tributarii 5
 pauperes et egestuosi, nisi quod una tantum causa est, qua
 non faciunt, quia transferre illuc resculas atque habitatiunculas
 suas familiasque non possunt. nam cum plerique eorum
 agellos ac tabernacula sua deserant, ut uim exactionis euadant,
 quomodo non quae compelluntur deserere uellent [sed] secum, 10
 si possibilitas pateretur, auferre? ergo quia hoc non ualent,
 quod forte mallent, faciunt quod unum ualent. tradunt se ad
 tuendum protegendumque maioribus, dediticios se diuitum
 39 faciunt et quasi in ius eorum dicionemque transcendant. nec
 tamen graue hoc aut indignum arbitrarent, immo potius gratu- 15
 larer hanc potentium magnitudinem, quibus se pauperes dedunt,
 si patrocinia ista non uenderent, si quod se dicunt humiles
 defensare, humanitati tribuerent non cupiditati. illud graue
 ac peracerbum est, quod hac lege tueri pauperes uidentur, ut
 spolient, hac lege defendunt miseros, ut miseriore faciant 20
 defendendo. omnes enim hi, qui defendi uidentur, defen-
 soribus suis omnem fere substantiam suam prius quam defen-
 dantur addicunt, ac sic, ut patres habeant defensionem, per-
 dunt filii hereditatem. tuitio parentum mendicitate pignorum
 40 comparatur. ecce quae sunt auxilia ac patrocinia maiorum: 25

1 uincuntur *B* 2 hos esse eos *sed* eos *punct. m. 2 A*: eos esse
B (apud eos *B s. l.*) nos *om. A* Romani *A s. i add. m. 2*
 os 3 transfugere *ex* transfugire *A corr. m. 2* 4 confugiant
A 5 *fort.* possem 6 causa tantum *B* quē (*sed s. scr.*
m. 2 are) n̄ faciunt *A* 7 quia *ex* quae *A corr. m. 2*: quae *B*
 8 familiasquae *sed a postr. punct. A* 9 agellos *ex -lus et exactionis*
ex -nes A corr. m. 1 10 *sed inclusimus et auferre pro auferrent scrip-*
simus cum Hartelio 12 ad *om. A* 14 transcendant *B*
 16 hac *s. scr. n m. 2 A* potentium *et A habet quod Halmium fugit:*
 potentium *edd.* magnitudinē *A ('fort. hac potentium magnitudine, cum*
gratularer idem sit quod gauderem cf. §. 18' Halmius) cedunt *A*
 18 humanitati tribuerint *ex -te -rent A corr. m. 2 item postea lege*
 tueri *ex legit ueri* 21 hii *B* 22 ferre *sed alt. r punct. A*

nihil susceptis tribuunt sed sibi. hoc enim pacto aliquid parentibus temporarie attribuitur, ut in futuro totum filiis auferatur. uendunt itaque, et quidem grauissimo pretio uendunt maiores quidam cuncta quae praestant. et quod dixi uendunt, 5 utinam uenderent usitato more atque communi: aliquid forsitan remaneret emptoribus. nouum quippe hoc genus uenditionis et emptionis est. uenditor nihil tradit et totum 41 accipit: emptor nihil accipit et totum penitus amittit. cumque omnis ferme contractus hoc in se habeat, ut inuidia penes 10 emptorem, inopia penes uenditorem esse uideatur, quia emptor ad hoc emit, ut substantiam suam augeat, uenditor ad hoc uendit, ut minuat, inauditum hoc commercii genus est: uenditoribus crescit facultas, emptoribus nihil remanet nisi sola mendicita. nam illud quale quam non ferendum atque 15 monstriferum, et quod non dicam pati humanae mentes sed quod audire uix possint, quod plerique paupercolorum atque 42 miserorum spoliati resculis suis et exterminati agellis suis, cum rem amiserint, amissarum tamen rerum tributa patiuntur; cum possessio ab his recesserit, capitatio non recedit: pro- 20 prietatibus carent et uectigalibus obruuntur! quis aestimare 43 hoc malum possit? rebus eorum incubant peruasores et tributa miseri pro peruasoribus soluunt. post mortem patris nati obsequiis iuris sui agellos non habent et agrorum muniis enecantur. ac per hoc quid aliud sceleribus tantis agitur, 25 nisi ut qui priuata peruasionem nudati sunt publica ad afflictione moriantur, et quibus rem depraedatio tulit, uitam tollat

3 itaque] utique B 5 usitato m. a. communi ex usitatu m. a. commune A corr. m. 2, item statim remaneret emptoribus ex remanere temporibus 7 toto super o fin. m. 2 ù A 8 paenitus A (ut statim bis paenes sed a punct.) 11 emit ad hoc B 15 monstriferum *Halmius*: monstriferum s. r med. scr. m. 2 g A monstriereum B
15 sed quae ex sed qua A corr. m. 2 19 proprietatibus non carent B 21 inuasores B 22 post—obsequiis iuris om. B m. 1
23 obsequii* A iuris sui] iuris posthumi iuris sui B agellos ex agellus A corr. m. 2 muniise necantur (sic) A munus enecantur B
24 quid B, om. A sed nil s. l. add. m. 2 26 deprecatio sed super c m. 2 add. d A 'fort. tollit i. e. sustulit u. ad IIII 74; cf. tamen Ind. III s. u. tulit' *Halmius*; rectius tulit idem recepit; cf. nos ad IIII 74

exactio? itaque nonnulli eorum, de quibus loquimur, qui aut consultiores sunt aut quos consultos necessitas fecit, cum domicilia atque agellos suos aut peruationibus perdunt aut fugati ab exactoribus deserunt, quia tenere non possunt, fundos
 44 maiorum expetunt et coloni diuitum fiunt. ac sicut solent 5
 aut hi, qui hostium terrore compulsi ad castella se conferunt, aut hi, qui perditio ingenuae incolumitatis statu ad asylum aliquod desperatione confugiunt, ita et isti, quia tueri amplius uel sedem uel dignitatem suorum natalium non queunt, iugo se inquilinae abiectionis addicunt, in hanc necessitatem redacti, 10
 ut extorres non facultatis tantum, sed etiam condicionis suae atque exulantes non a rebus tantum suis, sed etiam a se ipsis ac perdentes secum omnia sua et rerum proprietate careant et ius libertatis amittant.

45 VIII. Et quidem, quia ita infelix necessitas cogit, ferenda 15
 utcumque erat extrema haec sors eorum, si non esset aliquid extremius. illud grauius et acerbius, quod additur huic malo saeuius malum. nam suscipiuntur ut aduenae, fiunt praeiudicio habitationis indigenae, et exemplo quondam illius maleficae praepotentis, quae transferre homines in bestias dicebatur, ita 20
 et isti omnes, qui intra fundos diuitum recipiuntur, quasi Circaei poculi transfiguratione mutantur. nam quos suscipiunt ut extraneos et alienos incipiunt habere quasi proprios: quos
 46 esse constat ingenuos uertuntur in seruos. et miramur, si

2 quorū consultus *A* 4 fundos *ex fundus A corr. m. 2*
 5 ac] aut *B* 6 hii *B item infra* qui *A s. l. m. 2* 7 in-
 genuae *ex ingenuo A corr. m. 2* incolomitate *super o tertiae syll.*
scr. u m. 2 A 8 desperatione *ex despir. A corr. m. 2* Ita *sed*
It m. 2 in ras. A istae *s. ae scr. i m. 2 A* quia tueri *Hal-*
mius: qui harueri sed s. scr. m. rec. ita ut uixdum legi possit fsequi A
 qui habere *B* 10 in hac necessitate *A; cfr. adn. crit. ad § 18 fin.*
 redacti sunt ut *B* 11 facultatis *et statim* conditionis *ex -tes et -nes*
A corr. m. 2 13 perdentes****rerum *A* 15 quidam *s. a scr. m. 2*
e A quiita *s. ii scr. m. 2 a A* infelix ** ferenda * erat *A*
 17 illud ** acerbius *A* aditur *add. d alt. m. 2 A* 19 indigeneꝝ
ex indigine A corr. m. 2 fort. illius quondam *ut VI 23: exemplo*
 illorum quondam gigantum *et VI 12: illi quondam pagani* 21 quasi
 *ae**culi *A adiecto in marg. m. recentiss. circei* 23 quos] quod *B*

nos barbari capiunt, cum fratres nostros faciamus esse captiuos? nil ergo mirum est, quod uastationes sunt atque excidia ciuitatum. diu id plurimorum oppressione elaborauimus, ut captiuando alios etiam ipsi inciperemus esse captiui. sentimus
 5 enim, etsi tardius multo quam merebamus, sentimus tandem illa, quae fecimus, et iuxta sermonem sacrum labores manuum nostrarum manducamus ac iusto iudice deo soluimus quae debemus. miserti quippe exulum non sumus, ecce ipsi exules
 47 sumus: peregrinos fraude cepimus, ecce ipsi peregrinamur
 10 atque fraudamur: praeiudiciis temporum ingenui status homines circumuenimus, ecce ipsi nuper quidem in alieno solo uiuere coepimus, sed praeiudicia iam timemus. et o quanta est infidelis malarum mentium caecitas! damnationem perferimus iudicantis dei et necdum nos agnoscimus iudicari. et
 48
 15 mirantur sanctorum aliqui, quod exemplo nostro ceteri non emendentur, qui nihil adhuc tale tolerarunt, cum tormentis nostrarum iniquitatum ne ipsi quidem, qui iam a deo plectimur, corrigamur. o superbiam non ferendam: plurimi poenas peccatorum suorum perferunt, et intellegere causas poenarum
 20 nemo dignatur. sed est causa euidens, quae hanc superbiam
 49 facit, scilicet quia, etsi aliqua iam patimur, nondum tamen patimur quae meremur. tanta est enim misericordia dei, ut, etsi nos pati uult aliqua de piaculis nostris, nolit tamen cuncta tolerare: quia castigat malos, non reddit mala et
 25 agnoscere nos peccata nostra uult quam sustinere, scilicet ut piis ac salubribus flagellis ostendat nobis quae ferre mereamur, sed tamen non inferat quae meremur, iuxta illud scilicet

8 Psal. 127, 2

1 n̄r** faciamus *A sed eras. os adhuc ex parte cognosci potest* nostros nos faciamus *B* 4 inciperemus *ex inciperimus A corr. m. 1*
 9 coepimus *A item 10 ingenui et homines corr. m. 1 ex hominis*
 14 iudicari *ex iudicare A corr. m. 2* 15 aliqui sanctorum *B*
 16 qui nihil] qui *om. Halmius puncto posito post emendentur secutus ut adn. crit. docet cod. A auctoritatem, in quo ego quidem bis conlato qui inueni* 25 agnoscere *s. a scr. i et nos s. scr. bis m. rec. A*
 uult] mauult *B cf. IIII 10 qui locus simul monere uidetur ne post n̄a hoc loco ma excidisse putes*

beati apostoli dictum, quo ait: ignoras quoniam bonitas
 dei ad paenitentiam te adducit? secundum duritiam
 autem tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi
 50 iram in die irae. et uere ita agimus, ut dicit apostolus.
 deus enim nos uocat ad paenitentiam, sed nos thesaurizamus 5
 iram: deus nos inuitat ad ueniam, sed nos cotidie cumulamur
 offensam. uim deo facimus iniquitatibus nostris, ipsi in nos
 iram diuinitatis armamus: cogimus ad ulciscendas criminum
 nostrorum immanitates nolentem deum, prope est ut eum non
 permittamus ut parcat. nam cum in eum nullum umquam 10
 iniustitiae signum cadere aut apparere possit, sic agimus, ut,
 si enormitates nostrorum scelerum non ulciscitur, iniustus esse
 uideatur.

51 X. Sed uidelicet peccator fuit aliquando aliquis, fortasse
 iam non est. aut est ullus criminum modus et non prius est 15
 ut de uita homines quam de iniquitate discedant? quis enim
 non cum ipsis iniquitatibus suis moritur et cum ipsis ad-
 modum atque in ipsis sceleribus sepelitur? ut uere de his
 propheticum illud rectissime dici possit: sepulchra eorum
 domus eorum in aeternum, et comparati sunt iu- 20
 mentis insipientibus et similes facti sunt illis.
 atque utinam iumentis! melius quippe fuerat beluina impru-
 dentia deuiasse. illud peius et criminiosius, quia non igno-
 52 rantia dei sed despectione peccarunt. atque hoc uidelicet laici
 tantummodo non quidam etiam clericorum, saeculares tantum- 25
 modo non multi etiam religiosi, immo sub specie religionis
 uitiiis saecularibus mancipati: qui scilicet post ueterum
 flagitiorum probra et crimina titulo sibimet sanctitatis inscripto
 non conuersione alii sed professione nomen tantum demuta-

1 Rom. 2, 4

19 Psal. 48, 12.

3 autem *om. B* cor impenitens *ex* cor impenitens *A corr. m. 2*
 (*paulo post paenitentiam*) inpenitens cor *B* 4 apostolus dicit
B 15 aut] an *Rittershusius* ('coniectura non opus esse uidetur in
 sententia ironica' *Halmius*); *de* aut = an *uid. Indicem III.* 21 facti
om. B 24 despectione *ex disp. A corr. m. 2 item 36* religiosae s.
 ae *scr. i* 28 proba s. a *scr. r m. 1 A* sanctitatis sibimet *B*
 29 alii* *A* denotare *B*

uere non uitam et summam diuini cultus habitum magis
quam actum existimantes, uestem tantummodo exuere non
mentem. unde illi se minore inuidia criminosos putant, qui 53
cum paenitentiam quasi egisse dicantur, sicut mores pristinos
5 ita etiam habitum non relinquunt? nam taliter ferme omnia
agunt, ut eos non tam putes antea paenitentiam criminum
egisse quam postea ipsius paenitentiae paenitere, nec tam
prius paenituisse quod male uixerint quam postea, quod se
promiserint bene esse uicturos. sciunt me uerum loqui et
10 testimonium mihi etiam conscientia sua dicunt, cum multi
alii tum praecipue illi nouorum honorum religiosi ambitores
et post acceptum paenitentiae nomen amplissimae ac prius
non habitae potestatis emptores. adeo non saeculares tantum 54
sed plus etiam quam saeculares esse uoluerunt, ut non suf-
15 ficeret eis quod ante fuerant, nisi plus essent postea quam
fuissent. quomodo igitur tales isti paenitentiam se egisse
non paenitent, sicut etiam illi de conuersione ac deo aliquid
cogitasse, qui a coniugibus propriis abstinentes a rerum alie-
narum peruatione non abstinent, et cum profiteantur conti-
20 nentiam corporum, incontinentia debacchantur animorum?
nouum prorsus conuersionis genus. licita non faciunt et in- 55
licita committunt: temperant a concubitu et non temperant
a rapina. quid agis, stulta persuasio? peccata interdixit deus
non matrimonia. non conueniunt uestris studiis facta uestra:
25 non debetis esse amici criminum, qui dicitis uos adfectatores
esse uirtutum. praeposterum est quod agitis: non est hoc
conuersio sed auersio. qui iam pridem, ut fama est, opus etiam
honesti matrimonii reliquistis, tandem a scelere cessate. et
quidem iustum est ut ab omni scelere, sed tamen, si non ab
30 omni, quia hoc fortasse durum et impossibile esse creditis,

1 summam] suma s. a *scr. m. rec.* ū et *praeterea m. 2* ut *quod*
fuisse uidetur nt 4 poenitencia *B* (penitentiam *A* qui in *seqq.*
modo paen. modo pen. modo pen. exhibet) 10 cum *B* s. l.
11 bonorum *B* 13 potestatis *ex -tes A corr. m. 2* 20 de-
bacchabantur *sub* ab *litt. lineola ducta A* 25 affectatores *B*
26 hoc *om. B* 27 qui] quia *B* 28 a *A* s. l. *m. 2: om. B*

56 certe uel a maximo et prodigioso. esto iuxta te, quicumque ille es, uicini stare non ualeant, esto pauperes habitare non possint, esto sis persecutor multorum inopum uastatorque miserorum, esto afflictor omnium, dummodo extraneorum: tandem, quaeso, uel tuis parce, et si non omnibus tuis, quia 5 etiam hoc forsitan onerosum tibi et graue iudicas, si tuis omnibus parcas, parce saltem uel illis tuis, qui te non affini- bus tantum aliis aut propinquis, sed personis etiam deuinc- tissimis et pignoribus carissimis praetulerunt. et quid dicam pignoribus ac filiis? praetulerunt te etiam animabus paene ac 10 spebus suis, non quidem laudabiliter, et errorem suum qui ita egit ipse cognoscit. sed quid ad te tamen, cui hoc ipsum praestitit, quod errauit? hoc enim plus ei debes, quia di- lectionis tuae nimietate peccauit. caecus quidem factus est affectu tuo et notatur a cunctis atque reprehenditur: sed 15 tamen tu hoc magis ei obnoxius factus es, quia se ab omnibus fecit pro tuo amore culpari.

57 XI. Quid ergo simile apud barbaros Gothos? quis eorum amantibus nocet, quis diligentem insequitur, quis cari sui mucrone iugulatur? tu amantes persequeris, tu offerentibus 20 munera manus amputas, tu diligentes proximos necas: et non metuis non expauescis? quid faceres, si iudicium dei praesens non etiam proxima flagellatione sensisses? addis insuper et adiungis malis prioribus noua crimina. considera quae te maneant grauiora facientem, cum minora soleant etiam per 25 58 daemones uindicari. contentus esto iam, quaesumus, amicorum

1 a om. B 2 inhabitare B 3 sis] si B 6 honerosum
 ex honerosus A corr. m. 2 si A m. 2 in marg. omnibus tuis
 B 7 saltem ex saltim A mut. m. 2, item statim afinibus s. scr.
 alt. f 9 praetulerunt—pignoribus B s. l. 11 speciebus sub ci
 lineola ducta m. 2 A: speciebus B (et v in quo spebus corr. Brassi-
 canus) 12 ate s. scr. m. 2 d A ipsum hoc B 14 es s.
 scr. t m. rec. A 17 amare s. scr. a med. o m. 2 A 21 et om.
 B 22 quid] qui id A m. 2 mut. feceris A 23 Ñ&iam A
 sed m. 2 mutata lineola in c (ergo nec) addis et adiungis ex addes
 et adiunges A corr. m. 2 26 uindicare A contemptus B (con-
 tentus esto iam ex contentus est uia A corr. m. 2)

tuorum et sodalium latrociniis, sufficiat uexatos fuisse pau-
peres, sufficiat spoliatos a te fuisse mendicos: paene nullus
iuxta te intrepidus, nullus potest esse securus. facilius prae-
cipitati Alpina rupe torrentes aut incendia uentis exagitata
5 tolerantur. non sic pereuntes, ut ita dixerim, nautae Charybdis
uoracitate aut Scyllaeis, ut aiunt, canibus deuorantur. ex-59
turbas possessiunculis suis uicinos tuos, habitatione ac facul-
tate proximos tuos. numquid, ut scriptum est, super terram
solus habitabis? hoc unum quippe est, quod obtinere non
10 poteris. quamlibet enim cuncta occupes quamlibet cuncta
peruadas, uicinum semper inuenies. respice quaeso alios, quos,
uelis nolis, et ipse suspicis: respice alios, quos, uelis nolis,
etiam ipse miraris. altiores sunt ceteris dignitate et aequales
dignatione, maiores sunt potestate et minores humilitate. scis
15 profecto etiam ipse, ad quem nunc loquimur, de quo loquamur,
et idem, de quo nunc querimur, debes agnoscere, quem hac
laude ueneremur. atque utinam multi essent, qui laudarentur: 60
salubritas esset omnium generositas plurimorum. sed esto tu
nolis esse laudabilis: cur uelis, quaeso, esse damnabilis? cur
20 tibi iniustitia nil amicius cur auaritia nil iucundius cur rapa-
citate nil carius? cur nil iudicas pretiosius quam nequitiam
cur nil praestantius quam rapinam? disce uel a pagano
homine uerum bonum: caritate enim, inquit, et beni-
uolentia saeptum oportet esse, non armis. fallunt te
25 itaque opiniones tuae, fallit prauae et caecae mentis impro-
bitas. si uis probus si uis potens si uis magnus esse, hone-

8 Isa. 5, 8

23 Plin. Paneg. c. 49

1 et (*ut A habet*) etiam *Rittershusius*: om. B 2 iuxta te nullus
B 6 scyllaeis AB 8 super terram solus super terram habitabis
(habitationis m. 1) B 11 respice quaeso — suscipis om. A
15 profecto ex profectu A corr. m. 2 nunc om. B m. 1 lo-
quimur (loquitur m. 1) hunc de B 16 hac ex hanc A corr. m. 2
17 utinam B s. l. 19 nobilis sub bi *lineola ducta* m. 2 A
20 nihil amicius A iocundius AB 23 uerum] uirum B
carita*** inquit (*lacuna trium s. quattuor litt.*) A 24 septum *add.*
s. l. m. 2 te A 25 opiniones ex opinionis A corr. m. 1 cece
A 26 si uis improbitas si uis impotens AB *sed in A utrumque*
im m. 2 *del. et super bitas scr. bus*

61 state debes ceteros non malignitate superare. legi quondam in quodam loco: nemo malus nisi stultus: si enim saperet, bonus esse mallet. et tu ergo, si tamen redire adhuc ad sanitatem potes, exue nequitiam, si uis habere sapientiam. si enim optas uel sapiens omnino esse uel sanus, 5 exuendus tibi omnino et commutandus es. abdicare itaque a te ipso, ne abdiceris a Christo: repudia te, ut recipiaris a Christo: perde te ipse, ne pereas. qui enim, inquit saluator, perdidit animam suam propter me, inueniet eam. dilige itaque hanc tam salubrem perditionem, ut adsequaris 10 ueram salutem. liberandus enim a deo [ipso] omnino non eris, nisi te ipse damnaueris.

2 ? 8 Luc. 9, 24

3 mallet *ex malit A corr. m. 2* tamen si redire *B* potes
 ex**** habere *sed m. recentiss. s. scr.* ue nequitiam * uis *A* 6 ex-
 *endus **no et *A* (exuenddum *B*) 7 abdicare *AB* 'fort. abdica te'
Halmius, quod quamuis seqq. repudia te, perde te *commendari uideatur.*
opus tamen non est 7 ne abdicis *B* 8 perde te *ex perditte A corr.*
m. 2 saluator inquit *B* (*cfr. quae adnot. ad IIII 95*) 9 eam
euauit in A 11 a deo **nino ** eris *A* (*binas litt. tantum utroque*
loco euauisse certum habeo, quare recte Baluzius notauit ipso in A deesse;
in B ipso ex seq. ipse ortum uidetur) 12 post damnaueris *A* hanc
subscriptionem habet: EXPLICIT LIBER QUINTUS. INCIPIT LIBER SEXTUS.
 FELIX LEGE PECULIARES DOMINICAS ET PROSEQ**ISQ****US (PROSEQUERE
 USQUE AD HUIUS *Halmius legit*) SEXTI LIBELLI SENTENTIAS.

LIBER VI.

I. Personaliter diu locuti sumus et excessisse uidemur 1
 regulam disputandi. cogitat enim absque dubio is qui legit
 (si fuerit tamen aliquis, qui haec Christi amore conscripta ob
 5 Christum legat), cogitat de me forte uel dicit: cum causa
 generalis sit, quam exsequitur, quid negotio huic contulit,
 quod in personam unius tanta conguessit? esto — putaueris
 enim — ille, de quo locutus est, talis sit: sed numquid officit
 10 bonitati unius crimen alterius, aut, quod fortius multo est,
 numquid laeditur scelere personali causa cunctorum? possum 2
 quidem euentibus testimoniis adprobare, quia laeditur. Achar
 enim quondam de anathemate quippiam furto abstulit, et
 crimen unius hominis plaga omnium fuit. Dauid numerari
 plebem Israheliticam iussit, et errorem illius dominus clade
 15 totius populi uindicauit. Rapsaces locutus quaedam est in
 contumeliam dei, et CLXXXV hominum milia strage percudit,
 quod unius profani hominis procax lingua maledixit. et ideo non
 immerito etiam beatus apostolus Paulus eici de ecclesia
 pestilentem iubet et cur iubeat ostendit dicens: quia modi-
 20 cum fermentum totam massam corrumpat. unde eui-
 denter agnoscimus etiam unum saepissime malum hominem

11 Iosue 7 13 II Reg. 24 15 Isa. 36 19 I Cor. 5, 6

7 impersonam *A*; *idem statim* esto *ex estu corr. m. 2* puta-
 ueris (putauerit *m. 2*) -talis sit *A*: est -talis *B* (Esto; putaueris enim
 ille, de quo *etc. interpunxit Halmius*) 10 laeditur *ex l&& A corr.*
m. 2, idem statim Achā ex Achar 16 CLXXXV hominum ** (*ras. in*
fin. lin. et in marg. adscr. m. recentiss. milia) *A*: centum octoginta
 quinque milia hominum *B* 19 cui s. i *scr. r m. 2 A* iubeat]
 iubet *B* 20 corrumpit *B* unde *A et coni. Rittershusius*:
 inde *B*

3 perditionem esse multorum. nec iniuria: intellegere is qui-
cumque legerit debet non superflue me superius de uno malo
aliqua dixisse, cum scilicet frequentissime diuinae maiestatis
iracundia etiam per unum legatur accensa. sed ego non ago
hac districtione qua dico. neque enim necesse est ut unum 5
obesse omnibus putemus, cum omnes mutuo sibi obsint: non
conuenit ut per unum cunctos periclitari putemus, cum per
se cuncti periclitentur. omnes enim admodum in perditionem
4 ruunt aut certe, ut aliquid dicam lenius, paene omnes. unde
enim hoc bonum populo Christiano, ut aut minor aut certe 10
uel idem esset malorum numerus qui bonorum? o miseriam
lacrimabilem! o miseriam luctuosam! quam dissimilis est nunc
a se ipso populus Christianus, id est ab eo, qui fuit quondam!
tunc princeps apostolorum Petrus Ananiam et Saphiram, quia
mentiti essent, morte multauit. beatissimus quoque Paulus 15
etiam unum de ecclesia malum expulit, ne contactu suo plu-
5 rimos inquinaret. nunc nos etiam pari utriusque partis numero
contenti sumus. et quid contenti dicam? exultare nos potius
ac tripudiare gaudio conueniret, si paritas nobis ista con-
tingeret. ecce in quid recidimus, ecce in quid post illam 20
Christiani populi puritatem, qua omnes quondam immaculati

14 Act. 5

15 I Cor. 5, 6

1 his *B* 2 legerit *ex* legeret *A* *corr. m.* 2 3 dixisse. et
cum *A* 4 *cgo* (*sic*) ac (*s. scr. m.* 2 h) *A* 5 districtione *AB*
(*quod retinendum putavi quia eadem significatione = seueritate in*
omnibus codd. recurrit ad Eccl. I 50, ubi, quod in transitu monuerim,
uox seueritas praecedat; ceterum cf. Nipperdeium Tac. Ann. IIII
36 Kempfium Val. Max. II 9, 6) districtione *Halmius* restrictione
confidentius proposuit FX Hirner in program. Freisingensi a. 1869
p. 15 6 putemus *Halmius recte, ut paulo post est in A: putem*
A (de B Halm. non adn.) putem *B* 8 imperditionem (*sic*)
A 9 ruunt ** ut *A sed in marg. m. recentiss. add.* aut certe
aliquid *A et coni. Rittershusius: aliud B* 10 minor *AB et coni.*
Rittershusius (non certe minor, ut rell. codd.; ceterum minor aut in
A ex parte euanuit et in marg. m. recentiss. add. ut aut minor)
14 *Ananiam A* *Saphiram B* 17 partis *ex partes A corr.*
m. 2 18 contepti *B* 20 in quid *ex* inquit *corr. in v Brassi-*
recidimus AB

erant, ecce in quid redacti sumus, ut beatam fore ecclesiam iudicemus, si uel tantum in se boni habeat quantum mali. nam quomodo non beatam arbitraremur, si mediam plebis partem haberet innoxiam, quam paene totam nunc esse plan-
 5 gimus crimosam? unde superflue, cum hoc ita sit, superflue 6
 dudum de uno malo locuti sumus, superflue unius scelera defleuimus; aut omnes enim aut paene omnes flendi atque lugendi sunt. nam aut plurimi tales sunt aut certe, quod
 10 malorum operum non impares uideri; ac per hoc, etiamsi minora mala faciunt, quia minus possunt, non minus tamen mali sunt, quia nolint minus esse, si possint. denique, quod 7
 unum possunt, uel uoto tales sunt ac uoluntate non cedunt, et in quantum facultas suppetit, superare contendunt. est
 15 enim licet in dissimillimis rebus haec illorum aemulatio quae bonorum, ut sicut boni optant cunctos honestate mentium uincere, sic mali cupiant prauitate superare. nam sicut haec bonorum gloria est ut cotidie meliores sint, sic malorum om-
 nium ut deteriores, et sicut optimi cupiunt uirtutum uni-
 20 uersarum culmen ascendere, sic pessimi optant palmas sibi uniuersorum scelerum uindicare. et hoc utique in malum 8
 nostrum maxime nostri, hoc est, maxime Christiani, qui scilicet, ut iam diximus, malitiam sapientiam putant, et de quibus specialiter deus dicit: perdam sapientiam sapi-
 25 entium et intellectum prudentium reprobabo. cumque apostolus clamet, si quis uidetur sapiens, stultus fiat ut sit sapiens, hoc est dicere, si quis uult esse sapiens, sit bonus, quia nemo uere sapiens nisi uere bonus: nos e diuerso malarum mentium uitio, et, ut diuinitas ait,

24 I Cor. 1, 19

26 I Cor. 3, 18

1 erant] sunt *B* 3 arbitraremur *B* 6 scelere *A* 7 om-
 nes pene aut omnes enim flendi *B* 12 nolunt *B* 13 tales s.
scr. m. 2 ã (= sunt) *A* (*sic paulo ante 8: lugendiã et plurimi talesã*
 14 *post facultas eras. ñ A* 17 cupiunt *A* 20 pessimi *ex* pessimo
A corr. m. 2 22 maxime (*ante Christiani om. B* 24 deus spe-
 cialiter *B* dixit *B* 29 malorum *A*

reprobo sensu, bonitatem pro stultitia repudiantes et nequitiam pro sapientia diligentes tanto cotidie prudentiores esse nos credimus quanto peiores sumus.

9 II. Et quae tandem, rogo, spes emendationis in nobis est, qui non errore opinionis ad malum ducimur, sed studio 5
malae uoluntatis adnitimur, ut semper peiores esse uideamur. et hinc est, quod dudum questus sum deteriores nos multo esse quam barbaros, quia illos ignorantia legis excusat, nos scientia accusat. illi per imperitiam ueritatis. quia quae sint bona nesciunt, mala pro bonis diligunt: nos cum sci- 10
entiam ueritatis habeamus, quae sint bona optime nouimus
10 * * modis. primum, quod nihil ferme uel criminum uel flagitiorum est, quod in spectaculis non sit: ubi summum deliciarum genus est mori homines aut, quod est morte grauius acerbisque, lacerari, expleri ferarum aluos humanis 15
carnibus, comedi homines cum circumstantium laetitia conspicientium uoluptate, hoc est non minus paene hominum aspectibus quam bestiarum dentibus deuorari. atque ut hoc fiat, orbis impendium est; magna enim cura id agitur et elaboratur. adeuntur etiam loca abdita lustrantur inuii saltus, 20
peragrantur siluae inexplicabiles conscenduntur nubiferae Alpes, penetrantur inferae ualles et ut deuorari possint a feris uiscera hominum, non licet naturam rerum aliquid habere
11 secretum. sed haec, inquis, non semper fiunt. certum est. et praeclara erroris est excusatio, quia non semper fiunt: quasi 25

1 Rom. 1, 28

1 reprobabo *sed* *ba punct.* A 12 ante modis *add. in marg.* B
deest hic aliquid; *in tv rasura quinque uel sex litt. est; 'possis apte supplere: sed deligere nos mala multis ostendimus modis' Halmius; fort. excidit* malis autem postponimus multis *ita ut subsimilis litterarum ductus in uocibus* modis et malis *lacunam effecisse uideatur cf. nos Sitz-Ber. p. 9 (multis modis sic recurrit Ep. VII, 3 alias)* 13 summa dilitiarum (del. m. 2) A 16 commedi et circumstantia B 20 inuiis altis A 22 inferę A: niuiferae B ('inferae ualles *rectius opponuntur superis s. altis Alpibus quam niuiferae nubiferis; quo accedit quod adiectiuum inferae uerbo penetrantur magis conuenit' Halmius) fort. nouauit Salu. riuiferae uel quod Hartelius suspicatur amniferae 24 certum est—semper fiunt om. A (et T)*

uero umquam fieri debeant quae deum laedant, aut ideo quae
 mala sunt bene fiant, quia non iugiter fiant. nam et homi-
 cidae homines non semper occidunt et homicidae tamen sunt,
 etiam quando non occidunt, quia interdum polluuntur homi-
 5 cidio. et latrones omnes non semper latrocinantur sed latrones
 tamen esse non desinunt, quia etiam cum rebus ipsis latro-
 cinia non agunt, animis tamen a latrocinio non recedunt. sic
 utique omnes hi, qui spectaculis istiusmodi delectantur, etiam
 quando non spectant, innoxii tamen ab spectaculorum piaculis
 10 mente non sunt, quia semper uelint spectare, si possint. nec 12
 solum hoc sed sunt alia maiora. quid enim? numquid non
 consulibus et pulli adhuc gentilium sacrilegiorum more pa-
 scuntur et uolantis pinnae auguria quaeruntur ac paene omnia
 fiunt, quae etiam illi quondam pagani ueteres friuola atque
 15 inridenda duxerunt? et cum haec omnia ipsi agant, qui annis
 nomina tribuunt et a quibus anni ipsi exordium sumunt, cre-
 dimus nobis bene annos posse procedere, qui a rebus talibus
 ordiuntur? atque utinam sicut haec propter consules tantum
 fiunt, ita illos tantum incestarent, propter quos fiunt. illud 13
 20 est feralissimum et grauissimum, quod dum consensu publico
 aguntur, honor paucissimorum fit crimen omnium ac sic, cum
 singulis annis bini inaugurentur, prope est ut in omni mundo
 nullus euadat.

III. Sed de his putemus hoc satis esse, quod dictum est, 14
 25 quae, ut ipsi excusatis, non semper fiunt. de cotidianis tamen
 obscenitatibus loquamur: quas tales ac tam innumeras legiones
 daemonum excogitauerunt, ut etiam honestae ac probae mentes,
 etsi nonnullas earum spernere et calcare possunt, omnes tamen
 penitus superare uix possint. sicut enim exercitus pugnaturi

3 non semper non occidunt *B m. 1; in eodem seqq. uerba et homi-*
cidae tamen sunt etiam quando non occidunt in schedula adiecta sunt
 6 tamen esse non *Rittershusius*: tamen non esse *AB* 8 hii *B* 9 ab
A: a cum *B Halmius* 10 uellent *B* possint (possent *m. 2*) *A*:
 possent *B* 13 pinnae (pennae *m. 2*) *A*: pennae *B* 14 friuola
B cfr. ad I 25 21 sic, cum *Hartelius*: sic *A* sicut *B* sic, ut *Hal-*
mius 24 satis dictum esse quod est *B* 25 tamen] tantum *B*
 iam *Rittershusius* 29 paenitus *A*

ea loca, per quae uenturas hostium turmas sciunt, aut foueis
intercidere aut sudibus praefigere aut tribulis infestare di-
cuntur, scilicet ut etiamsi non in omnia ea quispiam incidat,
nullus tamen penitus euadat, ita etiam daemones tam multas
in uita ista humano generi inlecebrarum insidias praetenderunt, 5
ut etsi plurimas earum aliquis effugiat, tamen quacumque
15 capiatur. et quidem quia longum est nunc de omnibus dicere,
amphitheatris scilicet odiis lusoriis pompis athleticis petami-
nariis pantomimis ceterisque portentis, quae piget dicere, quia
piget malum tale uel nosse, de solis circorum ac theatrorum 10
impuritatibus dico. talia enim sunt, quae illic fiunt, ut ea
non solum dicere sed etiam recordari aliquis sine pollutione
16 non possit. alia quippe crimina singulas sibi ferme in nobis
uindicant portiones, ut cogitationes sordidae animos ut impu-
dici aspectus oculos ut auditus improbi aures, ita ut, cum ex 15
his unum aliquod errauerit, reliqua possint carere peccatis.
in theatris uero nihil horum reatu uacat, quia et concupi-
scentiis animi et auditu aures et aspectu oculi polluuntur:
quae quidem omnia tam flagitiosa sunt, ut etiam explicare
17 ea quispiam atque eloqui saluo pudore non ualeat. quis enim 20
integro uerecundiae statu dicere queat illas rerum turpium
imitationes illas uocum ac uerborum obscenitates, illas motuum
turpitudines illas gestuum foeditates? quae quanti sint cri-
minis uel hinc intellegi potest, quod et relationem sui inter-
dicunt. nonnulla quippe etiam maxima scelera incolomi hone- 25
state referentis et nominari et argui possunt, ut homicidium
latrocinium adulterium sacrilegium ceteraque in hunc modum:

3 etiam *B* s. l. incedat *A* 4 multa tam *B* 8 odiis
A: odinis *B* athlethis *B* 12 recordare *A* 14 animos *Ttv*:
animus *punct.* s et *super* u *add. lineola* (= animum) *m. 2 A* animus
B; cf. paulo post: concupiscentiis animi—polluuntur, ubi *A* animi,
B iterum animus habet; ergo in *A*, ut saepe, u et o *permutata sunt*
16 aliquid *B* 17 uocat *B* 18 animus *B* (et *Ttv*) 21 uere-
cundę s. scr. i *m. 2 A* quaeat sed *priore a punct. m. 2 A* illa
(s. scr. *m. 2 s*) rerum *A* (*idem statim illa. suo cum*) 25 scelere (*in*
fin. s. scr. m. 2 a) incolomi (*super o tertiae syll. scr. u*) *A* 26 re-
ferentes *A*

solae theatrorum impuritates sunt, quae honeste non possunt
 uel accusari. ita noua in coarguenda harum turpitudinum 18
 probrositate res euenit arguenti, ut cum absque dubio honestus
 sit qui accusare ea uelit, honestate tamen integra eloqui et
 5 accusare non possit. alia quoque omnia mala agentes polluunt,
 non uidentes uel audientes, siquidem etsi blasphemum quem-
 piam audias, sacrilegio non pollueris, quia mente dissentis,
 et si interuenias latrocinio, non inquinari actu, quia abhorres
 animo. solae spectaculorum impuritates sunt, quae unum 19
 10 admodum faciant et agentium et aspicientium crimen. nam
 dum spectantes haec comprobant ac libenter uident, omnes
 ea uisu atque adsensu agunt. ut uere in eos apostolicum
 illud peculiariter cadat, quia digni sunt morte non solum qui
 faciunt ea sed etiam qui consentiunt facientibus. itaque in
 15 illis imaginibus fornicationum omnis omnino plebs animo
 fornicatur, et qui forte ad spectaculum puri uenerant de
 theatro adulteri reuertuntur. non enim tunc tantummodo,
 quando redeunt sed etiam, quando ueniunt, fornicantur; nam
 hoc ipso quod aliquis rem obscenam cupit, dum ad immunda
 20 properat, immundus est.

IV. Quae cum ita sint, ecce qualia aut omnes aut paene 20
 omnes Romani agunt. et cum haec ita sint, qui talia agimus
 neglegi nos a diuinitate causamur, relinqui nos a domino
 nostro dicimus, cum ipsi dominum relinquamus. fingamus
 25 enim, quod respicere nos dominus noster uelit etiam non
 merentes: uideamus si potest. ecce innumera Christianorum
 milia in spectaculis cōtidie rerum turpium commorantur. po-
 test ergo ad illos deus respicere, qui tales sunt? potest ad

12 Rom. 1, 32

1 sunt impuritates *B* 2 in quo arguenda (*sic*) *A* 4 integra
 eloqui (*coll. superiore eloqui saluo pudore*) *Halmius*: integre (*s. scr. in*
fin. a) aloqui (*alt. 1 s. scr.*) *A* integra ea loqui *B* (*et Ttv*); *in arche-*
typo fuisse uidetur integreloqui *unde uaria uitia originem duxere*
 6 et si *B corr. ex et* 7 qui amante *super a alt. scr. m. 2 e A*
 8 abhorres *ex -ris A corr. m. 2* 10 faciunt *B* 12 uisi* *A*
 adsensu *super d scr. m. 2 s A* 15 imaginibus *ex inimag. A corr.*
m. 2 16 puri* *A* 28 ergo illos *B om. ad*

eos respicere, qui bacchantur in circis qui moechantur in
 21 theatris? an forte hoc uolumus et hoc dignum putamus ut,
 cum in circis nos et in theatris deus uideat, ea quae nos
 aspicimus aspiciat quoque ipse nobiscum et turpitudines, quas
 nos cernimus, cernat etiam ipse nobiscum alterutrum enim 5
 fieri necesse est, quia, si nos uidere dignatur, consequens est
 ut etiam illa ubi nos uideat, aut si ab illis, quod non dubium
 est, auertit oculos, etiam a nobis, qui illic sumus, pariter
 auertat. et cum haec ita sint, facimus haec tamen ac sine
 22 cessatione quae dixi. an forte in morem ueterum paganorum 10
 theatrorum et circorum nos deum habere arbitramur? facie-
 bant enim haec illi quondam, quia has idolorum suorum de-
 licias esse credebant. nos quomodo haec facimus, qui odisse
 deum nostrum haec certi sumus? aut certe, si placere has
 turpitudines deo nouimus, non prohibeo quin sine cessatione 15
 23 faciamus. sin uero in conscientia nostra hoc est, quod haec
 deus horret quod execratur, quod in his sicut pastus dia-
 boli ita offensio dei, quomodo nos in ecclesia colere deum
 dicimus, qui in obscenitate ludorum semper diabolo deserui-
 mus, et hoc gnari ac scientes, de consilio et industria? et 20
 quae nobis, quaeso, spes erit apud deum, qui non casu aut
 imprudentia deum laedimus sed exemplo illorum quondam
 gigantum, quos insanis conatibus superna temptasse et quasi
 24 in nubes gradum tulisse legimus? sic nos per iniurias, quas
 in omni mundo deo semper inferimus, quasi consensu publico 25
 caelum oppugnamus. Christo ergo (o amentia monstruosa!)
 Christo circenses offerimus et mimos, et tunc hoc maxime,

4 quoque] quod (*aperte ex quoq male ortum*) *A* et *om.* *A* (*fort.*
scrib. turpitudines(que)quas praesertim cum in A quos s. scr. m. 2 a
legatur) 6 uideri *A* 7 nos sumus uideat *B* (*'sententia est:*
ut ipse quoque illa ibi uideat, ubi nos uidemus' *Halmius*) 10 im-
 morem *A* 11 arbitremur *B m. 1* 16 haec *om.* *B* 17 in
 his sicut *Hartelius*: in his sit *B* et *aperta super* in his *rasura A* sicut
 in his sit *Ttv* et *cum edd. Halmius*; *coniunctiui hic locum non esse,*
est autem deesse posse recte monuit Hartelius 20 *gnari *A* (*fuit*
ignari) 21 spes] quae spes *B* 23 gygancium *B* 26 o *B*
s. l. 27 offerimus *A* *item infra §. 26* et tunc hoc *v in ras.*
manu Brassicani: tunc et *AB*

cum ab eo aliquid boni capimus, enim prosperitatis ab eo aliquid adtribuitur aut uictoria de hostibus a diuinitate praestatur. et quid aliud hac re facere uidemur, quam si qui homini beneficium largienti iniuriosus sit aut blandientem conuiciis caedat aut osculantis uultum mucrone transfigat? inter-25
 rogo enim omnes potentes ac diuites mundi huius, cuius piaculi reus sit seruus ille, qui bono ac pio domino malum cogitet, qui bene merenti conuicium faciat et pro libertate, quam accepit, contumeliam reddat. absque dubio maximi criminis reus creditur qui malum pro bono reddit, cui etiam
 10 malum pro malo reddere non liceret. hoc ergo etiam nos, qui Christiani dicimur, facimus: inritamus in nos misericordem deum impuritatibus nostris propitiantem sordibus laedimus blandientem iniuriis uerberamus.

15 V. Christo ergo (o amentia monstruosa!) Christo circenses 26 offerimus et mimos, Christo pro beneficiis suis theatrorum obscena reddimus, Christo ludicrorum turpissimorum hostias immolamus. uidelicet hoc nos pro nobis in carne natus saluator noster edocuit: hoc uel per se ipsum uel per apostolos
 20 praedicauit. propter hoc humanae natiuitatis uerecundiam subiit et contumeliosa terreni ortus principia suscepit: propter hoc in praesepio iacuit cui seruiuerunt angeli, cum iaceret: propter hoc inuolui se pannorum crepundiis uoluit qui caelum regebat in pannis: propter hoc in patibulo
 25 pendit quem pendentem mundus expauit. qui propter uos, 27 inquit apostolus, pauper factus est, cum diues esset,

25 II Cor. 8, 9

1 aliquid ab eo (*ante adtrib.*) B 2 praestetur B m. 1, *item statim uidetur m. 1* 3 quasi AB *sed in A lineola add. m. 2 super a* 4 cum uiciis B 5 transfigat B 6 enim] *hoc loco .N. A* omnes B s. l. 8 merenti *ex merente A corr. m. 1*
 9 accepit *Halmius: accipit AB (rell.)* redit A 10 reddat B
 etiam ergo A *sed adiecta sunt transpositionis signa m. 1* 13 propitiantem A 19 uel se B 21 principia B: *principalia sed lia punct. et super pa scr. m. 2 i A Halmius; ceterum cfr. infra §. 33. 34*
 23 crepundiis *super o scr. u m. 2 A* 25 uos *Vulgata: nos AB Halmius*

ut illius inopia uos honestaremini. et cum in forma, inquit, dei esset, humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis. hoc nos uidelicet Christus imbuit, cum pro nobis ista toleraret: praeclaram passioni eius uicissitudinem reddimus qui, cum morte ipsius 5 redemptionem acceperimus, uitam ei turpissimam repensamus. apparuit enim, inquit beatissimus Paulus, gratia domini nostri Iesu Christi, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et saecularia desideria sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc saeculo, expectantes beatam 10 spem et aduentum gloriae magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem 28 bonorum operum. ubi sunt qui haec faciant, propter quae 15 uenisse Christum apostolus dicit? ubi sunt qui desideria saeculi fugiant ubi qui uitam pie ac iuste agant ubi qui sperare se spem beatam bonis operibus ostendant et immaculatam uitam agentes hoc ipso se probent regnum dei expectare, quia merentur accipere? uenit, inquit, dominus Iesus Christus, 20 ut mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem 29 bonorum operum. ubi est populus ille mundus ubi populus acceptabilis, ubi populus boni operis ubi populus sanctitatis? Christus, inquit scriptura, pro nobis passus est, exemplum nobis relinquens ut sequamur uestigia eius. uidelicet uestigia saluatoris sequimur in circis uestigia saluatoris sequimur in theatris. tale nobis scilicet Christus reliquit exemplum, quem fleuisse legimus risisse non legimus. et hoc utrumque pro nobis, quia fletus compunctio est animae risus corruptio disciplinae. et ideo dicebat: uae 30

1 Phil. 2, 8 7 Tit. 2, 11 24 I Pet. 2, 21 30 Luc. 6, 25. 21

1 uos *A sed m. rec. u mut. in N* 4 Christus *B s. l.*
 6 *et turpissimam sed priore t mut. in i A: turpissimam (sine ei) B*
 8 ut *B s. l.* 11 domini gloriae *B* 15 quae *A m. 2 s. l.*
 19 probent *A et diuinavit Rittershusius: perhibent B* 20 Christus Iesus *B*
 25 nobis exemplum *B* 28 reliquid *B*

uobis, qui ridetis, quoniam flebitis. et: beati, qui fletis, quoniam ridebitis. nobis autem ridere et gaudere non sufficit, nisi cum peccato atque in insania gaudeamus, nisi risus noster impuritatibus nisi flagitiis misceatur.

5 VI. Qui, rogo, hic error est, quae stultitia? numquid lae- 30
tari assidue et ridere non possumus, nisi risum nostrum atque
laetitiam scelus esse faciamus? an forte infructuosum putamus
gaudium simplex nec delectat ridere sine crimine? quod, rogo,
hoc malum est aut qui furor? rideamus, quaeso, quamlibet
10 inmensuratum laetemur quamlibet iugiter, dummodo inno-
center. quae uecordia est et amentia, ut non putemus risum
et gaudium tanti esse, nisi in se dei habuerit iniuriam? in-
iuriam utique et quidem maximam. in spectaculis enim 31
apostatatio quaedam fidei est et a symboli ipsius et caelestibus
15 sacramentis letalis praeuaricatio. quae est enim in baptismo
salutari Christianorum prima confessio? quae scilicet nisi ut
renuntiare se diabolo ac pompis eius et spectaculis atque
operibus protestentur? ergo spectacula et pompae etiam iuxta
nostram professionem opera sunt diaboli. quomodo igitur, o 32
20 Christiane, spectacula post baptismum sequeris, quae opus esse
diaboli confiteris? renuntiasti semel diabolo et spectaculis
eius, ac per hoc necesse est ut prudens et sciens, dum ad
spectacula remeas, ad diabolum te redire cognoscas. utrique
enim rei simul renuntiasti et unum utrumque esse dixisti.
25 si ad unum reuerteris, ad utrumque remeasti. abrenuntio
enim, inquis, diabolo pompis spectaculis et operibus eius. et
quid postea? credo, inquis, in deum patrem omnipotentem
et in Iesum Christum filium eius. ergo primum renuntiat
diabolo ut credatur deo, quia qui non renuntiat diabolo, non 33

3 atque insania *B ut uid. et cum edd. Halmius* 5 quis *B (sed idem paulo post qui furor)* laetare *A* 8 quid *B* 13 quidem
ex quidam A corr. m. 2 14 apostatio quaedam *A: quaedam apo-*
statatio *B* symboli *AB cf. § 33* symboli sacramenta (symbolis *in*
v ex symboli Brassicanus, unde in edd. ante Halmium peruenit)
15 laetalis *sed super a priore scr. m. 2* o *A* bap-
tismo *B*
17 atque exspectaculis (*sic*) et operibus *B (ceterum exspectaculis etiam*
A sed sub ex lineola ducta) 19 igitur] ergo *B* 27 credis *B*

credit deo, et ideo qui reuertitur ad diabolum relinquit deum. diabolus autem in spectaculis est et pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad spectacula diaboli, relinquimus fidem Christi. hoc itaque modo omnia symboli sacramenta soluuntur, et totum quod in symbolo sequitur, labefactatur et nutat; nihil 5
 34 enim sequens stat, si principale non steterit. dic igitur tu, Christiane, quomodo tenere te sequentia symboli putas, cuius principia perdidisti? membra sine capite nil prosunt et ad exordium sui cuncta respiciunt: quae utique, si perierint, omnia pessum trahunt, siquidem stirpe sublata aut non sunt 10
 reliqua aut, si sunt, sine emolumento sunt, quia sine capite nil constat. si cui itaque leue spectaculorum crimen uidetur, respiciat cuncta ista quae diximus, et uidebit in spectaculis non uoluptatem esse sed mortem. quid est autem aliud quam mortem incurrere uitae originem perdidisse? ubi enim funda- 15
 mentum symboli euertitur, uita ipsa iugulatur.

35 VII. Rursum ergo necesse est redeamus ad illud, quod saepe diximus: quid simile apud barbaros? ubi apud illos circenses ubi theatra ubi scelus diuersarum impuritatum, hoc est spei nostrae ac salutis excidium? quibus illi etsi, utpote 20
 pagani, uterentur, minore tamen culpa sacrae offensionis errabant, quia, etsi esset impuritas uisionis, praeuaricatio tamen
 36 non erat sacramenti. nos uero quid respondere pro nobis possumus? tenemus symbolum et euertimus, et confitemur munus salutis pariter et negamus. ac per hoc ubi est christi- 25
 anitas nostra, qui ad hoc tantummodo sacramentum salutis accipimus, ut maiore postea praeuaricationis scelere peccemus? nos ecclesiis dei ludicra anteponimus, nos altaria spernimus et theatra honoramus, omnia denique amamus omnia colimus:

2 est in spectaculis *B* et add. *Hartelius recte, opinor; cf. §. 32: pompis spectaculis et operibus eius* 3 ad spectaculum *B*, *idem diaboli om.* 4 symboli *ex* symbuli *A corr. m. 1, idem paulo post notat super o scr. m. 2 u* 8 et 12 nihil *B* 11 si *B s. l.* 13 uidebit *in v ex uidet corr. Brassicanus: uidet AB(Tt)* 14 uoluntatem *A* 22 praeuaricatione *B* 24 et confitemur *retinuimus ex AB(Tt); fuit etiam in v sed Brassicanus deleuit et post eum cum edd. omisit Halmius)*

solus nobis in comparatione omnium deus uilis est. denique 37
 praeter alia, quae id probant, indicat hoc etiam haec res ipsa
 quam dico. si quando enim euenerit, quod scilicet saepe euenit,
 ut eodem die et festiuitas ecclesiastica et ludi publici agantur,
 5 quaero ab omnium conscientia, quis locus maiores Christi-
 anorum uirorum copias habeat, cauea ludi publici an atrium
 dei, et templum omnes magis sectentur an theatrum, dicta
 euangeliorum magis diligant an thymelicorum, uerba uitae
 an uerba mortis, uerba Christi an uerba mimi? non est du- 38
 10 bium quin illud magis amemus, quod antepoimus. omni
 enim feralium ludicrorum die, quaelibet ecclesiae festa fuerint,
 non solum ad ecclesiam non ueniunt qui Christianos se esse
 dicunt, sed si qui inscii forte uenerint, dum in ipsa ecclesia
 sunt, si ludos agi audiunt, ecclesiam derelinquunt. spernitur
 15 dei templum, ut curratur ad theatrum: ecclesia uacuatur
 circus impletur: Christum in altario dimittimus, ut adulter-
 antes uisu impurissimo oculos ludicrorum turpium forni-
 catione pascamus. et ideo rectissime ad nos dominus deus
 20 dicit: propter spurcitiam exterminati estis exter-
 minio. et rursum 'exterminabuntur' inquit 'arae huius
 risus'.

19 ?

20 ?

3 euenerit *edd. et Halmius*: uenerit *AB* (usu in *v* adscripsit marg.
Brassicanus: euenerit pro enim uenerit *Rittershusius*) saepeuenit
super e secundae syll. scr. alt. e m. 1 A 4 eo s. *scr. m. rec. dē*
A eo B (item *v*, sed in marg. add. dem *Brassicanus*) 4 et 6 pu-
 blici ex publice *A corr. m. 2* 7 omnes] homines *Rittershusius*
 8 thimelicorum sed priore i *m. 2 mut. in e et alt. 1 punct. A* (in marg.
*m. recentiss. glossam add. hemel***s schenic. mus. c. i. i. e. thymelici*
 sunt scenici musici ut est apud *Isid. Or. 18. 47*) 15 concurrantur
B 18 post pascamus sequitur in libris: postea sed uidelicet qui
 (postea add. in *v*) corrumpimur rebus prosperis faciendum aliquid in
 principio (putamus add. in *v*). 'haec uerba delenda esse intellexit *Ba-*
luzius; idem in exemplo *Pithoano*, quod exstat in bibl. *Monacensi bene*
monuit uerba sed uidelicet—prosperis repetita aut praecepta esse ex
loco inferiore c. 12 in it. *Halmius*, cuius de fonte *rell. uerborum sen-*
tentiam in adn. crit. propositam partim suppleuimus partim correximus
in Sitz.-Ber. p. 12 sq. 19 spurcitiam *A* extermino *B*

39 VIII. Sed uidelicet responderi hoc potest, non in omnibus
 haec Romanorum urbibus agi. uerum est: etiam plus ego
 addo, ne illic quidem nunc agi, ubi semper acta sunt antea.
 non enim hoc agitur iam in Mogontiacensium ciuitate, sed
 quia excisa atque deleta est: non agitur Agrippinae, sed quia 5
 hostibus plena: non agitur in Treuerorum urbe excellentissima,
 sed quia quadruplici est euersione prostrata: non agitur deni-
 40 que in plurimis Galliarum urbibus et Hispaniarum. et ideo
 uae nobis atque iniquitatibus nostris uae nobis atque im-
 puritatibus nostris. quae spes Christianis plebibus ante deum 10
 est quandoquidem ex illo in urbibus Romanis haec mala non
 sunt, ex quo in barbarorum iure esse coeperunt? ac per hoc
 uitiositas et impuritas quasi germanitas quaedam est hominum
 Romanorum et quasi mens atque natura, quia ibi praecipue
 41 uitia ubicumque Romani. sed grauis sit forsitan haec atque 15
 iniqua conquestio: grauis profecto, si falsa. at quomodo, in-
 quis, quomodo non falsa, cum in paucis nunc ferme Romanis
 urbibus fiant ista, quae diximus? plurimas autem iam harum
 impuritatum labe non pollui, ubi licet sint loca ipsa ac domici-
 lilia erroris antiqui, nequaquam tamen agantur illa, quae 20

1 responderi *ex* respondere *A corr. m. 1* (*fort. scrib. respoudere potes, ut congruat locus cum altero §. 41*: At quomodo, inquis, quomodo non falsa *cfr. ad III 66* 4 maguntiacensium *B* 5 'excissa *T* haud scio an recte' *Halmius* agitur (*ante Agrippinae*) enim *B* 6 in *addidimus: om. AB Halmius* (*post Treuerorum habet Baluziis*); *cfr. cum paulo ante in Mogontiacensium ciuitate tum §. 76 de isdem Treueris: in Gallorum excellentissima urbe* 7 qui *s. scr. m. 2* a *A* 8 implurimis *A* urbibus Galliarum *B* 9 atque (*ante impur.*) *B s. l.* 10 plebibus est ante deum *B sed est s. l.* 12 barbarum *s. scr. or m. 2 A* 14 Romanorum hominum *B* natura *A s. l. m. 1, ut uid.* 15 atque *B s. l.* 16 profecto *om. B* 19 inpuritate *B* 'pollui. uidetur uerbum deesse, unde oratio obliqua pendeat, uelut uideamus' *Halmius, cui assentiri malim quam Hartelio qui ex inquis fort. affirmas uel tale quid supplendum putat, quod tamen a Saluiani scribendi ratione alienum esse censuerim; cfr. nos Sitz.-Ber. p. 26; nunc malim: fieri (quod facile ex fiât oriri poterat) ista quae diximus (uideamus), conl. §. 95 uideamus quae fiant anti- qui ex antiquae A corr. m. 2* 20 agantur *sed s. a med. scr. m. 2 u A, agantur B*

prius acta sunt. considerandum ergo utrumque est, id est, 42
quid sit quod adhuc loca ipsa ac diuersoria ludicrorum sint,
ludicra autem esse cessauerint. loca enim et habitacula turpi-
tudinum idcirco adhuc sunt, quia illic impura omnia prius
5 acta sunt. nunc autem ludicra ipsa ideo non aguntur, quia
agi iam prae miseria temporis atque egestate non possunt. et
ideo, quod prius actum est, uitiositatis fuit, quod nunc non
agitur, necessitatis. calamitas enim fisci et mendicitas iam 43
Romani aerarii non sinit ut ubique in res nugatorias perditae
10 profundantur expensae. pereant adhuc quamlibet multa et
quasi in caenum proiciantur, sed tamen perire iam tanta non
queunt, quia non sunt tanta quae pereant. nam quantum ad
uotum nostrae libidinis atque impurissimae uoluptatis, optarem-
15 mus profecto uel ad hoc tantummodo plus habere, ut posse-
mus in hoc turpitudinis lutum plura conuertere. et res probat 44
quanta prodigere uellemus, si opulentes essemus ac splendidi,
cum prodigamus tanta mendici. ea est enim labes praesentium
morum atque perditio, ut cum iam non habeat paupertas quod
possit perdere, adhuc tamen uelit uitiositas plus perire. non
20 est ergo, quod blandiri nobis aliquid in hac parte possimus,
ut dicamus, non in omnibus nunc urbibus agi illa, quae prius
acta sunt. ideo enim non in omnibus iam aguntur, quia 45
urbes, ubi agebantur illa, iam non sunt, uel ibi, siquidem diu
acta sunt, * quae id efficerent, ut, ubi illa agebantur, esse non
25 possint: sicut ipse ad peccatores deus locutus est per pro-
phetam, quia horum recordatus est dominus, et ascen-

26 Hierem. 44, 21

1 id s. scr. m. 2 $\dot{\sim}$ (= est) A 4 adhuc B s. l. 8 men-
dicitas B 11 cenum A 13 at s. scr. q: m. 2 A 14 possemus
ex possimus A corr. m. 1 15 in om. B 16 uellemus ex ueli-
mus A corr. m. 2 item paulo post labes ex labis 20 ergo om.
B possumus B 23 uel ibi Hartelius: et ubi AB(Ttv); 'et
ante ubi delendum uidetur, nisi grauius uitium latet in loco obscuro'
Halmius; cf. quae copiosius disputauimus in Sitz.-Ber. p. 26 sqq.
siquidem diu exhausta sunt suspicatur Hartelius 24 ante quae la-
cunam signauimus; cf. nos l. l. 25 deus ad peccatores B

dit, inquit, super cor eius, et non poterat dominus ultra portare propter malitiam studiorum uestrorum et propter abominationes, quas fecistis, et facta est terra uestra in desolationem et stuporem et in maledictum. per haec ergo iam factum est, ut maior 5 pars Romani orbis in desolationem esset et in stuporem et in maledictum.

46 VIII. Atque utinam acta tantummodo prius essent et agere haec Romana uitiositas aliquando cessaret: forsitan, ut scriptum est, propitiaretur deus peccatis nostris. sed nequa- 10 quam ita agimus, ut propitietur. mala enim incessabiliter malis addimus et peccatis peccata cumulamus, et cum maxima 47 nostri pars iam perierit, id agimus ut pereamus omnes. quis, rogo, interfici alterum iuxta se uidet et ipse non metuit? quis domum uicini sui ardere cernit et non efficere omnibus 15 modis nititur ne ipse incendio concremetur? nos non uicinos nostros tantum ardere uidimus, sed ipsi iam ex maxima nostrorum corporum parte arsimus. et quid hoc, pro nefas, mali est? arsimus, arsimus, et tamen flammam, quibus iam arsimus, 48 non timemus. nam quod non ubique, ut dixi, aguntur quae 20 prius acta sunt, miseriae est beneficium non disciplinae. denique facile hoc probo. da enim prioris temporis statum, et statim ubique sunt quae fuerunt. plus addo: quantum ad uota hominum pertinet, etsi iam non ubique sunt, ubique adhuc sunt, quia ubique ea populus uelit esse Romanus. cum 25 enim ab homine mala res sola necessitate non agitur, ipsa 49 turpis rei cupiditas pro actione damnatur. nam si, ut dixi, iuxta domini nostri dictum qui mulierem uiderit ad

28 Matth. 5, 28

1 inquit *A m. 2 s. l., om. m. 1 et B 'haud scio an recte' Halmius*
 6 desolatione *B* 10 propiciaretur *AB item infra propicietur*
 13 pars nostri *B* perierat *super a scr. m. 1 i A* 17 ex *om.*
B 18 nefas mali nefas est *B item statim arsimus arsimur*
 20 aguntur *om. B* 24 ubique (*ante sunt*)] obque *s. scr. m. 2 hoc*
A adhoc *AB (super o scr. u m. Brassicani, ut uid., v)*
 25 uellet *B* 27 rei turpis *B* si, ut *Rittershusius: sicut AB*
(rell.); 'an si, sicut?' Halmius

concupiscendum, reus est adulterii corde concepti, intellegere possumus quod, etiamsi res turpes atque damnabiles necessitate non agimus, pro ipsa tamen rerum turpium uoluntate damnatur. et quid dicam de uoluntate? omnes
 5 haec ferme, cum possunt, agunt. denique cuiuslibet ciuitatis incolae Rauennam aut Romam uenerint, pars sunt Romanae plebis in circo pars sunt populi Rauennatis in theatro. ac per hoc nemo se loco aut absentia excusatum putet. omnes turpitudine rerum unum sunt, qui sibi rerum turpium uolun-
 10 tate sociantur. et blandimur nobis insuper de probitate morum blandimur de turpitudinum raritate. ego amplius dico, 50 non solum agi nunc illas ludicrorum infamium labes, quae prius actae sunt, sed criminosius multo agi quam prius actae sunt. tunc enim integra Romani orbis membra florebant,
 15 angusta esse horrea publicae opes fecerant, cunctarum urbium ciues diuitiis ac deliciis affluebant, uix poterat religionis auctoritas inter tantam rerum exuberantiam morum tenere censuram. pascabantur quidem tunc passim in locis plurimis 51 actores turpium uoluptatum, sed plena ac referta omnia erant:
 20 nemo sumptus rei publicae cogitabat nemo dispensia, quia non sentiebatur expensa. quaerebat quodammodo ipsa res publica ubi perderet, quod penitus iam recipere uix posset. et ideo cumulus diuitiarum, qui iam fere modum excesserat, etiam in res nugatorias redundabat. nunc autem quid dici 52
 25 potest? recesserunt a nobis copiae ueteres recesserunt priorum temporum facultates, miseri iam sumus et necdum nugaces esse cessamus. cumque etiam pupillis prodigis soleat subuenire paupertas, simulque ut destiterint esse diuites, desinant

2 atque *B s. l.* 5 aguntur *B* 11 blandimur nobis *B*
 14 Romanis *B m. 1* urbis *A* 17 exuberantium *B* 19 au-
 ctiores *B* 21 res ipsa publica *B* 22 penitus qui iam *sed sub*
qu lineola ducta m. 2 A; qui illud statim post diuitiarum in eod. cod.
deest; uidetur ergo e marg. uenisse in locum non suum possit iam
 uix recipere *B* 25 ueteres ex ueteris *A corr. m. 2* 27 prodigis
 (prodigus *A m. 1*) uel prodigiosis *AB (rell.)* 'prodigis *Baluzius* *Hal-*
mius; in mea Baluzii editione quarta a. 1743 est etiam glossa uel pro-
 digiosis 28 destiterint ex dist. *A corr. m. 1* desinunt *libri*
 'fort. desinant' *Halmius, quod recipere non dubitauit*

quoque esse uitiosi, nos tantum nouum genus pupillorum ac perditorum sumus, in quibus opulentia esse desiit, sed nequitia perdurat. adeo nos non ut alii homines causas corruptelarum in inlecebris, sed in cordibus habemus, et uitiositas nostra mens nostra est, ut ad emendandos nos non facultatum ab-
5 latione * sed malarum rerum amore peccare <pergamus>.

53 X. Quanta autem uitia Romanorum sint, quibus barbarae gentes non inquinantur, licet hactenus satis dixerim, addam tamen multa quae desunt. sed illud admoneo tamen ante quam dico, ne ullum penitus culpae genus, quod ad contu-
10 meliam dei pertinet, cuiquam leue esse uideatur. si enim inlustrem ac praepotentem uirum nequaquam exhonoriari a quouam licet et, si quisquam exhonoraerit, decretis legalibus reus sistitur et iniuriarum auctor iure damnatur, quanto utique maioris piaculi crimen est iniuriosum quempiam deo esse?
15 semper enim per dignitatem iniuriam perferentis crescit culpa facientis, quia necesse est, quanto maior est persona eius, qui
54 contumeliam patitur, tanto maior sit noxa eius, qui facit. et hinc est quod legimus in lege, etiam eos, qui uidentur contra mandatum sacrum leuia fecisse, seuerissime tamen esse
20 punitos: ut intellegeremus scilicet nihil ad deum pertinens leue esse ducendum, quia etiam quod uidebatur exiguum esse culpa, grande hoc faciebat diuinitatis iniuria. denique Oza ille leuites dei quid contra mandatum caeleste fecit, quod

19 Exod. 31 Num. 20 23 II Reg. 6

3 corruptellarum *alt. l punct. A* 5 *post ablatione signum lacunae posuit Halmius 'cum uerbum aliquod (uelut conuertamur, deducamur etc.) deesse appareat' et sequens peccamus retinuit ex AB, de peccamus (Ttv) monens: 'hoc membrum ab ut pendere non posse manifestum uidetur'*; nos in *Sitz.-Ber. p. 10 post ablatione excidisse statuimus moueamur et pro peccamus scribendum esse peccare pergamus; nam pergendi notionem desiderari nec deesse posse totius loci ratio probat (cf. quae praecedunt: destiterint—desinant et opulentia esse desiit sed nequitia perdurat)* 8 *coinquantur B* 9 *desint B* 14 *existitur B* 16 *perferentis ex -tes A corr. m. 2* 18 *sit] est A fort. in archetypo A cod. fuit ^{et} sit unde facile fiebat est pro sit et* 22 *exigium s. gi scr. m. 2 u A*

uacillantem arcam domini sustinere temptauit? nihil enim hinc erat lege praeceptum. et tamen statim dum sustinebat, extinctus est, non quia, ut uidetur, ad speciem contumaci aliquid aut inofficiosa saltem mente commiserit, sed ipso officio
 5 inofficiosus fuit, quia iniussa praesumpsit. homo Israheliticae 55
 plebis cum ligna sabbatis collegisset, occisus est, et hoc iudicio ac iussu dei, piissimi scilicet ac misericordissimi iudicis et qui parcere absque dubio quam occidere maluisset, nisi rationem misericordiae seueritatis ratio uicisset. unus enim in-
 10 cautior periit, ne multi per incautelam postea deperirent. et quid de singulis dicam? uniuersa gens Hebraeorum, cum per 56
 heremum iter ageret, quia consuetudinarias carnes desiderauit, partem suae plebis amisit. et quidem interdictum necdum fuerat ne desideraret, sed legali, ut reor, obseruantiae pro-
 15 ficere deus uoluit, ut rebellem concupiscentiam coerceret: quo facilius scilicet cunctus populus agnosceret, quantum euitare deberet quae deus scriptis caelestibus interdiceret, quando etiam illa eum admissa laederent, quae necdum lege uetuisset. laborem quoque se sustinere idem populus ingemuit et propter 57
 20 hoc plagis caelestibus uerberabatur, non quia laboranti gemere non liceat, sed ingratus scilicet fuit gemitus deum quasi auctorem immoderati laboris accusans. ex quo intellegi conuenit quantum placere deo debeat qui rerum iucundarum beatitudine fruitur, quando etiam de his queri non licet, quae
 25 ingrata uideantur.

XI. Quaeritur forsitan quorsum ista pertineant? quorsum 58
 absque dubio nisi ut nihil leue existimetur, quo deus laeditur? de ludis enim publicis dicimus, ludibriis scilicet spei nostrae,

5 Num. 15, 32

11 Num. 11, 4

19 Exod. 10

2 tamen *om.* B tenebat B 6 colligisset B 7 iussu
 et indicio B 9 incautor *super or scr. m. rec. us A* 10 peri-
 rent s. pe *scr. m. 1 de A* 15 coherceret *sed h punct. A* 16 agi
 nosceret A 20 uerberatur AB (*Ttv*): uerberabatur *cum edd. om-*
nibus Halmius 22 intelligi *hoc loco A* 23 iocundarum A
 26 forsitam A quor**sum A *bis erasis duabus litt. (quorursum B*
posteriore loco) 27 quod deus B 28 enim scilicet *sed enim*
expunct. B

ludibriis uitae nostrae. nam dum in theatris et circis ludimus,
 deperimus secundum illud utique dictum sermonis sacri: stul-
 tus per risum operatur scelus. et nos itaque, dum inter
 turpia ac dedecorosa ridemus, scelera committimus, et quidem
 scelera non minima, sed hoc ipso poenaliora, quia cum uideantur ⁵
 59 specie esse parua, rebus sunt exitiosis pestilentissima. nam cum
 duo sint maxima mala, id est, si homo aut se ipsum perimat aut
 deum laedat, hoc utrumque in ludis publicis agitur: nam per
 turpitudines criminosas aeterna illic salus Christianae plebis
 extinguitur et per sacrilegas superstitiones maiestas diuina ¹⁰
 60 uiolatur. dubium enim non est quod laedunt deum, utpote
 idolis consecratae. colitur namque et honoratur Minerua in
 gymnasiis Venus in theatris Neptunus in circis Mars in ha-
 renis Mercurius in palaestris, et ideo pro qualitate auctorum
 cultus est superstitionum. quicquid inmunditiarum est hoc ¹⁵
 exercetur in theatris, quicquid luxuriarum in palaestris, quic-
 quid immoderationis in circis, quicquid furoris in caueis.
 61 alibi est impudicitia alibi lasciuiia, alibi intemperantia alibi
 insania, ubique daemon, immo per singula ludicrorum loca
 uniuersa daemonum monstra; praesident enim sedibus suo ²⁰
 cultui dedicatis. ac per hoc in spectaculis istiusmodi non sola
 est inlecebra nec sola uitiositas. admisceri enim huic Christi-
 anum hominem superstitioni genus est sacrilegii, quia eorum
 62 cultibus communicat, quorum festiuitatibus delectatur. quod
 quidem licet semper admodum graue sit, tunc tamen magis ²⁵
 intolerabile, cum praeter consuetudinarium uitae usum hoc
 uel aduersa nostra faciunt criminosius uel secunda, quia et

2 Prou. 10, 23

1 ludimus] ludibus *super b scr. m. 2 m A* 5 ad hoc *B*
 6 parua] proba (*edd. recentiores miro errore Halmius*) debetur iterum
Brassicano qui sic mutauit cod. v script. parua 10 diuini s. i *fin.*
scr. a m. 2 A 11 non est enim *A sed adiecta sunt m. 1 trans-*
positionis signa 12 consecrate *A 'fort. consecrati' Halmius*
 13 deus Neptunus *A* harenis *ex harenus A corr. m. 1* 14 au-
 ctorum *punct. u prioris syll. m. 2 A* 17 immoderationis *ex -nes A*
corr. m. 2 immoderacionis est *B* 18 impudicitia *A* 25 ammodum
A grauescit *sed c punct. A*

magis placandus est in aduersis deus et minus laedendus in prosperis: placari quippe debet, cum irascitur, laedi non debet, cum propitiatur; aduersa enim nobis per iracundiam dei ueniunt secunda per gratiam. nos autem e diuerso omnia agimus. 63
 5 dicis, quomodo? accipe. ac primum, si quando exoratus sua ipsa misericordia deus (neque enim umquam nos ita uiuimus, ut exorare mereamur), sed si quando, ut dixi, a se ipso exoratus pacificos nobis dies prouentus uberes, diuitem bonis omnibus tranquillitatem et abundantiam dederit super uota
 10 crescentem, tanta secundarum rerum prosperitate corrumpimur, tanta morum insolescentium prauitate uitiamur, ut et dei penitus obliuiscamur et nostri. et cum omnem fructum datae 64
 a deo pacis in hoc consistere apostolus dicat, ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate et
 15 castitate, ad hoc tantum data a deo quiete utimur, ut in ebrietate ut in luxuria, ut in flagitiis ut in rapinis, ut in omni scelere atque improbitate uiuamus. quasi uero beneficium datae pacis uacatio sit probrositatis et ad hoc inducias tranquillitatis deo donante capiamus, ut licentius securiusque
 20 peccemus. indigni itaque caelestibus donis sumus qui bene- 65
 ficiis dei non bene utimur et facimus rem operum bonorum materiam tantum esse uitiorum: quo fit ut ipsa pax contra nos sit, quae sic agitur a nobis, nec expediat rem accipere, qua deteriores sumus. quis hoc credere queat? mutamus
 25 naturam rerum iniquitatibus nostris, et quae deus bona fecit munere pietatis suae, ea nos nobis facimus mala esse moribus malis.

XII. Sed uidelicet qui corrumpimur rebus prosperis corri- 66
 gimur aduersis, et quos intemperantes pax longa fecit tur-

13 I Tim. 2, 2.

3 propiciatur *A* placatur *B* sed cum rasura ante plac ueniant
A 6 neque *B* corr. ex nequã 7 exorari *B* 8 pacificos ex
 pacificus *A* corr. m. 1 9 habundantiam *A* item infra §. 66
 12 obliuiscamur ex -antur *A* corr. m. 1 cum om. *B* 14 aga-
 mus ex agimus *A* corr. m. 1 19 atque securius *B* 25 naturam
B s. l. quae ex qua *A* corr. m. 1 26 muneræ sed a punct.
A 28 corrumpitur *B*

batio facit esse moderatos. numquid populi ciuitatum, qui
 impudici rebus prosperis fuerant, asperis casti esse coeperunt?
 numquid ebrietas, quae in tranquillitate et abundantia cre-
 67 uerat, hostili saltim depopulatione cessauit? uastata est Italia
 tot iam cladibus: ergo Italorum uitia destiterunt? obsessa 5
 est urbs Roma et expugnata: ergo desierunt blasphemi ac
 furiosi esse Romani? inundarunt Gallias gentes barbarae: ergo,
 quantum ad mores perditos spectat, non eadem sunt Gallorum
 crimina quae fuerunt? transcenderunt in Hispaniae terras
 populi Wandalorum: mutata quidem est sors Hispanorum sed 10
 68 non mutata uitiositas. postremo, ne qua pars mundi exitiabilibus
 malis esset immunis, nauigare per fluctus bella coeperunt:
 quae uastatis urbibus mari clausis et euersis Sardinia ac Si-
 cilia, id est fiscalibus horreis, atque abicis uelut uitalibus
 uenis, Africam ipsam id est quasi animam captiuauere rei- 15
 publicae. et quid? ingressis terram illam gentibus barbaris
 forsitan uel metu uitia cessarunt? aut, sicut corrigi ad prae-
 sens etiam nequissimi quique seruorum solent, modestiam sal-
 69 tim ac disciplinam terror extorsit? quis aestimare hoc malum
 possit? circumsonabant armis muros Cirtae atque Carthaginis 20
 populi barbarorum, et ecclesia Carthaginensis insaniebat in
 circis luxuriabat in theatris. alii foris iugulabantur alii intus
 fornicabantur: pars plebis erat foris captiua hostium pars
 70 intus captiua uitiorum. cuius sors peior fuerit incertum est.
 illi quidem erant extrinsecus carne, sed isti intus mente 25
 captiui, et ex duobus letalibus malis leuius, ut reor, est capi-
 tiuitatem corporis Christianum quam captiuitatem animae
 sustinere, secundum illud, quod docet saluator ipse in euan-
 gelio, grauius multo animarum mortem esse quam corporum.

28 Luc. 9, 24

1 moderatos *ex -atus A corr. m. 2* 2 esse casti *A sed adiecta*
sunt m. 1 transpositionis signa 10 Hispaniae *A* 13 quae uastatis
sed super quae scr. de m. 2 A; fort. quae deuastatis 14 abicis *sed*
super c scr. s m. 2 A 16 barbaris gentibus terram illam *B*
 18 quique] quiquam *B* 21 carthagiuis *A cartaginensis B*
 25 quidam *B* 26 lo&alibus *A*

an credimus forte, quod captius animis populus ille non fuerit, qui laetus tunc in suorum captiuitatibus fuit? captius corde et sensu non erat qui inter suorum supplicia ridebat, qui iugulari se in suorum iugulis non intellegebat, qui mori se in suorum mortibus non putabat? fragor, ut ita dixerim, 71 extra muros et infra muros proeliorum et ludicrorum, confundebatur uox morientium uoxque bacchantium, ac uix discerni forsitan poterat plebis heulatio, quae cadebat in bello, et sonus populi, qui clamabat in circo. et cum haec omnia 10 fierent, quid aliud talis populus agebat, nisi ut cum eum deus perdere adhuc fortasse nollet, tamen ipse exigeret ut periret?

XIII. Sed quid ego loquor de longe positis et quasi in alio 72 orbe submotis, cum sciam etiam in solo patrio atque in ciuitatibus Gallicanis omnes ferme praecelsiores uiros calamitatibus suis factos fuisse peiores. uidi siquidem ego [Treueros] ipse homines domi nobiles dignitate sublimes, licet iam spoliatos atque uastatos, minus euersos tamen rebus fuisse quam moribus: quamuis enim depopulatis iam atque nudatis 20 aliquid supererat de substantia, nihil autem de disciplina. adeo grauiore in semet hostes externis hostibus erant, ut licet a barbaris iam euersi essent, a se tamen magis euerterentur. lugubre est referre quae uidimus, senes honoratos, 73 decrepitos Christianos, imminente admodum iam excidio ciui-

1 saluator captius *B* sed saluator *expunct.* animus *B m. 1*
 8 eiulatio *B* 15 omnes *B s. l.* 16 siquidem ego treueros ipse (ipsi *A*) *AB* ego siquidem treueros ipse *Tt* ego ipse (*in marg.*) siquidem treueros (*eras. ipse*) *in v Brassicanus*; 'fort. siquidem ego, Treuir ipse, homines' *Halmius*; (*idem Sitz.-Berichte d. k. b. Akad. d. Wiss. 1876 p. 405 proposuerat*: Treuerus ipse, *probante E. Ludwigio in Jenaer Lit. Zeit. 1878 p. 614*); Treueros *uncinis inclusimus auctore Hartelio, qui rectissime monuit nomen urbis uel incolarum hic aequè interpolatum esse atque p. 146, 12 Treuer*; *Saluianum nomen tacuisse satis apparere ex uerbis p. 146, 12*: promptum est de qua dicam (*ceterum in T marg. adscr. sunt m. rec. haec*: Hic Siluianus (*sic*) Gallicus treuerensis fuit) 17 dominabiles *A*
 21 erat *T (sic) A* (*qui T addidit uoluit scribere n̄ = nt*) 22 iam a barbaris (*iam iterum m. 2*) *B* 23 lugubrae *punct. a A*

tatis, gulae ac lasciuiae seruientes. quid primum hic accu-
 sandum est? quod honorati an quod senes an quod Christiani
 an quod periclitantes? quis enim hoc fieri posse credat uel
 in securitate a senibus uel in discrimine a pueris uel umquam
 74 a Christianis? iacebant in conuiuuis obliti honoris obliti ae- 5
 tatis obliti professionis obliti nominis sui, principes ciuitatis
 cibo conferti uinolentia dissoluti, clamoribus rabidi baccha-
 tione furiosi, nihil minus quam sensus sui, immo, quia prope
 iugiter tales, nihil magis quam sensus sui. sed cum haec
 ita essent, plus multo est quod dicturus sum: finem per- 10
 ditioni huic nec ciuitatum excidia fecerunt. denique expugnata
 75 est quater urbs Gallorum opulentissima. promptum est de
 qua dicam. sufficere utique debuerat emendationi prima
 captiuitas, ut instauratio peccatorum non instaurasset excidium.
 76 sed quid plura? incredibile est quod loquor. adsiduitas illic 15
 calamitatum augmentum illic criminum fuit. sicut enim an-
 guinum illud monstrum, ut fabulae ferunt, quod multiplicabat
 occisio, ita etiam in Gallorum excellentissima urbe his ipsis
 quibus coercebantur plagis scelera crescebant, ut putares poe-
 nam ipsorum criminum quasi matrem esse uitiorum. et quid 20
 plura? ad hoc malorum cotidie pullulantium multiplicatione
 peruentum est, ut facilius esset urbem illam sine habitatore
 quam ullum paene habitatorum esse sine crimine. igitur hoc
 77 in illa. quid in alia non longe sed prope eiusdem magnifi-
 centiae ciuitate? nonne eadem et rerum ruina pariter et 25
 morum? nam praeter cetera, cum duobus illic praecipuis et
 generalibus malis auaritia et ebrietate omnia concidissent, ad
 hoc postremo rabida uini auiditate peruentum est, ut principes
 urbis ipsius ne tunc quidem de conuiuuis surgerent, cum iam

7 rapidi *B* 10 perditioni *ex* perditioni *A* *corr. m. 1* 12 *post*
Gallorum adiecta est in A glossa treuer in B et rell. treuir (treuiris
in v Brassicanus) 13 *qua] quo B* 17 'quod *om. ed. Baluz.*
est leue anacoluthon in orationis compositione' *Halmius* 18 *his*
quibus ipsis B 19 *coercebantur punct. h A* 22 *sine habita****
quam A 23 *pene ex poena A corr. m. 2* 25 *ciuitate] in A*
marg. m. rec. add. mogontia 26 *cetaera A* *et A in ras.*

urbem hostis intraret. adeo etiam deus ipsis euidenter, ut credo, manifestare uoluit cur perirent, cum, per quam rem ad perditionem ultimam uenerant, eam ipsam agerent cum perirent. uidi ego illic res lacrimabiles, nihil scilicet inter pueros 78
 5 differre et senes. una erat scurrilitas una leuitas; simul omnia, luxus potationes perditiones; cuncta omnes pariter agebant, ludebant ebriabantur moechabantur: lasciuiabant in conuiuuiis uetuli et honorati, ad uiuendum prope iam inbecilli ad uinum praeualidissimi, infirmi ad ambulandum robusti ad
 10 bibendum, ad gressum nutabundi ad saltandum expediti. et 79
 quid plura? in hoc per cuncta illa, quae diximus, deuoluti sunt, ut compleretur in eis dictum illud sermonis sacri: uinum et mulieres apostatare faciunt a deo. nam dum bibunt ludunt moechantur insaniunt, Christum negare coe-
 15 perunt. et miramur post ista omnia, si ruinam rerum suarum passi sunt, qui tanto ante mentibus conruerunt. nemo itaque urbem illam in excidio suo tantum perisse credat: ubi enim talia acta sunt, prius iam perierant quam perirent.

XIII. Dixi de urbibus praeclarissimis. quid reliquae in 80
 20 diuersis Galliarum partibus ciuitates? numquid non consimilibus habitatorum suorum uitiiis conciderunt? nam ita cunctos crimina sua possederant, ut nec metuerent periculum suum: praenoscebatur captiuitas nec formidabatur. ablatus quippe erat a peccatoribus timor, ne posset esse cautela. itaque bar-
 25 baris paene in conspectu omnium sitis nullus erat metus hominum, non custodia ciuitatum. tanta animorum uel tanta potius peccatorum caecitas fuit, ut cum absque dubio nullus perire uellet, nullus tamen id ageret ne periret. totum in- 81
 curia et segnitie, totum negligentia et gula, totum ebrietas
 30 et somnolentia possidebant, secundum illud scilicet, quod de

12 Eccles. 19, 2

1 ipsi *B* 5 differret senes *B* 7 moechabantur *Mommseus*:
 enecabantur *libri omnes*; *cfr. paulo post*: bibunt ludunt moechantur
 11 deuoluta *B* 17 in excidio '*dum excidium patitur*' interpretatur
Halmius 18 perierent *sed e med. punct. A* 22 possederant
 scripsi, presserant *AB Halmius*; *conf. 157, 24* 24 possit *A*
 25 metus erat *B*

talibus scriptum est: quia sopor domini inruerat super eos. sopor quippe infunditur, ut perditio subsequatur. cum enim, ut scriptum est, completis iniquitatibus suis peccator quis meretur ut pereat, prouidentia ab eo tollitur, ne periturus euadat. sed haec haecenus. satis enim, ut arbitror, quod propo- 5
sui euidenter ostendi, ne in summo quidem rerum discrimine cessasse umquam uitia ciuium usque ad excidia ciuitatum.

- 82 XV. Atqui haec fuerunt fortasse, iam non sunt aut umquam esse cessabunt. uidelicet, si qua adhuc hodie aut ciuitas aut prouincia uel plagis caelestibus caeditur uel hostili popu- 10
latione uastatur humiliatur, conuertitur emendatur, et non cunctos ferme Romani nominis populos prius est interire quam corrigi, non prius ipsos quam in ipsis uitia non esse. denique breuiter id probari potest excisa ter continuatis euersionibus summa urbe Gallorum, cumque omnis ciuitas combusta esset, 15
83 malis et post excidia crescentibus. nam quos hostis in excidio non occiderat, post excidium calamitas obruebat, cum id, quod in excidio euaserat morti, post excidium non superesset calamitati. alios enim impressa altius uulnera longis mortibus necabant, alios ambustos hostium flammis etiam post flammis 20
poena torquebat. alii interibant fame alii nuditate, alii tabescentes alii rigentes, ac sic in unum exitum mortis per diuersa
84 moriendi genera conruebant. et quid plura? excidio unius urbis adffigebantur quoque aliae ciuitates. iacebant siquidem passim, quod ipse uidi atque sustinui, utriusque sexus cada- 25
uera nuda lacera, urbis oculos incessantia auibus canibusque laniata. lues erat uiuentium foeter funereus mortuorum: mors

1 II Reg. 26, 12

3 Gen. 15

1 quia *om.* B 3 completis *ex* cumpletis A *corr. m. 1*
7 excidium B 8 atqui *Hartelius*: atque AB *Halmius* 9 cessabant
super a poster. u scr. m. rec. A 10 prouincia A 11 conuertitur
ex -tetur A corr. m. 2, idem statim populos *ex -lus* 12 interiri B
14 'excissa T *haud scio an recte*' *Halmius* 15 cumque *Hartelius*:
cum AB *Halmius* bustum B 20 combustos A 25 passim
B *s. l.* uidi atque *ex uideat quae A corr. m. 2* 26 urbis *sed u*
mut. in o m. 2 A incessantia A ab auibus *suspiscatur Har-*
telius fort. recte

de morte exalabatur. ac sic etiam qui excidiis supradictae
urbis non interfuerant mala alieni excidii perferebant. et 85
quid post haec, inquam, quid post haec omnia? quis aesti-
mare hoc amentiae genus possit? pauci nobiles, qui excidio
5 superfuerant, quasi pro summo deletae urbis remedio circenses
ab imperatoribus postulabant. uellem mihi hoc loco ad exse-
quendam rerum indignitatem parem negotio eloquentiam dari,
scilicet ut tantum uirtutis esset in querimonia quantum do-
loris in causa. quis enim aestimare possit, quid primum in 86
10 his, de quibus diximus, accusandum sit, inreligiositas an stul-
titia luxuria an amentia? totum quippe in illis est. quid
enim aut inreligiosius quam petere aliquid in iniuriam dei?
aut quid stultius quam quid petas non considerare? aut quid
tam perditum luxum quam in luctu res desiderare luxuriae? aut
15 quid amentius quam in malis esse et malorum intellegentiam
non habere? quamquam in his omnibus nulla res minus cul-
panda est quam amentia, quia uoluntas crimen non habet,
ubi furore peccatur. quo magis hi, de quibus loquimur, accu- 87
sandi sunt, quia sani insaniebant. circenses ergo, Treueri,
20 desideratis, et hoc uastati hoc expugnati, post cladem post
sanguinem, post supplicia post captiuitatem, post tot euersae
urbis excidia? quid lacrimabilius hac stultitia quid luctuosius
hac amentia? fateor, miserrimos esse uos credidi, cum ex-
cidia passi estis, sed miseriores uos uideo, cum spectacula
25 postulatis. putabam enim uos in excidiis rem tantum atque
substantiam, nesciebam etiam sensum atque intellegentiam
perdidisse. theatra igitur quaeritis circum a principibus po- 88
stulatis? cui quaeso statui cui populo cui ciuitati? urbi
exustae et perditae, plebi captiuae et interemptae, quae aut
30 periit aut luget: de qua etiam si quid superest, totum calami-

1 exalabatur *super a secundae syll. scr. h m. 2 A* 2 (et 5) urbis
ex urbes *A corr. m. 2, item statim alieni ex aliene* 6 ad om. *B*
7 dare *A* 12 in iniuriam cum *Baluzio Halmius: in iniuria A in-*
iuria *B* 13 petas] pietas *B* 14 luxuriae ex luxurire *A corr.*
m. 2 18 hii *B* 20 uastati ex uastate *A corr. m. 2 item paulo*
post hac amentia ex hoc a. 24 expectacula *punct. ex et s. scr. m. 2*
s A exspectacula B 28 populi *B*

tatis est; quae cuncta aut maestitudine est anxia aut lacrimis
 exhausta aut orbitate prostrata, in qua nescias paene cuius
 sit sors peior ac durior, interfectorum an uiuentium. tantae
 enim sunt miseriae superstitem, ut infelicitatem uicerint
 89 mortuorum. ludicra ergo publica, Treuer, petis? ubi quaeso 5
 exercenda? an super bustum et cineres, super ossa et san-
 guinem peremptorum? quae enim urbis pars his malis om-
 nibus uacat? ubi non cruor fusus ubi non strata corpora ubi
 non concisorum membra lacerata? ubique facies captae urbis
 ubique horror captiuitatis ubique imago mortis. iacent reli-10
 quiae infelicissimae plebis super tumulos defunctorum suorum,
 et tu circenses rogas: nigra est incendio ciuitas, et tu uultum
 festiuitatis usurpas: lugent cuncta, tu laetus es. insuper etiam
 inlecebris flagitiosissimis deum prouocas et superstitionibus
 pessimis iram diuinitatis inritas. non miror plane, non miror 15
 euenisse mala tibi quae consecuta sunt; nam quia te tria
 excidia non correxerant, quarto perire meruisti.

90 XVI. Haec autem omnia ideo copiosius paulo prolata sunt,
 ut probarem scilicet omnia quae pertulimus non inprouidentia
 nos dei atque neglectu, sed iustitia sed iudicio, sed aequissima 20
 dispensatione et dignissima retributione tolerasse, neque ullam
 penitus Romani orbis aut Romani nominis portionem, quam-
 libet grauiter plagis caelestibus caesam, umquam fuisse cor-
 rectam. et ideo nequaquam uti meremur prosperis, quia non
 corrigimur aduersis. quamuis nobis etiam indignis interdum 25
 tribuantur bona, quia bonus dominus quasi indulgentissimus
 pater, etsi nos nonnumquam sinit pro peccatis nostris humi-
 liari, non diu tamen patitur adfligi, et ideo nunc asperis rebus
 castigat suos pro disciplina nunc tranquillis fouet pro indul-
 91 gentia. sicut enim optimi ac peritissimi medici dissimilibus 30

2 exausta s. scr. h m. rec. A cuius B s. l. 4 miseriae
 sunt B 5 Treuir B corr. ex Treuer 6 super bustum Ttv:
 superbos tam A super bustam B 11 defunctorum] mortuorum B
 12 tu B s. l. 16 tibi euenisse mala B 17 correxerunt B
 18 copiosius ex cupiosius A corr. m. 2 19 prouidentia super pro scr. m.
 rec. iN A prouidentia B 22 orbis ex urbes A corr. m. 2 24 mere-
 remur A alt. re punct. et B 29 fouet ex fouit A corr. m. 2

morbis curas dispares praestant atque aliis per dulcia medicamina aliis per amara succurrunt et quosdam curant cauteriorum adustione quosdam malagmatum placabilitate, aliis adhibent duram ferri prosectionem aliis blandam infundunt
 5 olei lenitatem, et tamen diuersissimis licet curis eadem salus quaeritur: ita etiam deus noster, si quando nos plagis austerioribus coerces, quasi cauteriis ac sectionibus curat, quando autem rebus prosperis refouet, quasi oleo ac malagmatibus consolatur; per diuersam enim medicaminum opem ad unam
 10 uult nos perducere sanitatem. solent quippe etiam nequissimos 92 seruos, quos supplicia non correxerint, blandimenta corrigere, et quos dominis suis uerba non summiserint, beneficia submitunt. infantes quoque et omnes fere paruulos contumaces, quos morigeros minae ac ferulae non efficiunt, interdum
 15 panchresta atque blanditiae ad oboedientiam trahunt. unde intellegere debemus nos et seruis nequissimis nequiores et insipientibus paruulis stultiores esse, quos nec quasi malos seruos tormenta corrigunt nec quasi infantulos blandimenta conuertunt.

20 XVII. Et quidem quemadmodum nullam Romani nominis 93 partem poena correxerit, satis, ut arbitror, iam probauimus: superest ut quemadmodum nec munera nec blandimenta nos dei corrigant comprobemus. munera autem dei et blandimenta quae sunt? quae scilicet nisi pax nostra et quies
 25 nostra et famulantes uotis ac uoluntatibus nostris rerum secundarum tranquillitates? aliquid ergo, quia res exigit, etiam speciale dicamus. igitur quotiens in metu in angustiis in periculis sumus, cum aut ciuitates ab hostibus obsidentur aut prouinciae populatione uastantur aut quibuscumque rerum
 30 aduersitatibus rei publicae membra caeduntur et opem caelestis manus uotis precamur, si quo sacrae miserationis auxilio

7 coerces *punct.* h A 10 nos uult B 12 summiserant
 AB (submiserint *Ttv*) 24 quaedam sunt B 25 uoluntatibus
Halmius: uoluptatibus AB 27 speciale*** A (*uidetur fuisse specialiter*)
 quoties *hic et infra* §. 95 AB impericulis A
 29 prouintiae A

aut saluatae urbes fuerint aut finita populatio aut hostiles exercitus fusi et metus omnis dono diuinitatis ablati, quid 94 statim post haec omnia facimus? compensare, credo, domino deo nostro cultu honore reuerentia beneficia, quae ab eo acceperimus, adnitimur; hoc enim est consequens atque id etiam 5 usus uitae humanae habet, ut referatur gratia faeneratoribus gratiarum et recipiant uicem munerum munerantes. ita nos ergo forsitan facimus atque humanis saltem cum deo nostro retributionibus agentes, cum ab eo bona accipimus, bona reddimus. ad domus uidelicet dominicas statim currimus corpora 10 humi sternimus, mixtis cum fletu gaudiis supplicamus inlustramus donariis sacra limina, aras muneribus implemus et, quia ipsi dono illius festi sumus, templis quoque ipsius uultum nostrae festiuitatis induimus aut certe, quod ei non minus cordi est, prioribus uitae uitis renuntiamus, operum bonorum 15 uictimas caedimus et pro gaudiis nouis nouae conuersionis hostias immolamus, omnibus denique immunditiis bellum sanctum indicimus, circorum insanias fugimus foeditates theatralium ludorum execramur, uouemus domino nouam uitam et ad optinendam eius perpetuo protectionem nosmetipsos deo 20 sacrificamus.

95 XVIII. Cum haec ergo, quae diximus, pro recentibus beneficiis dei debeant fieri, uideamus quae fiant. ad ludos protinus curritur ad insanias conuolatur, in theatris populus diffunditur in circis plebs tota bacchatur. ille nobis ad hoc 25 bona praestat, ut boni simus, nos e diuerso, quotiens bona accipimus, mala nostra cumulamus: ille nos beneficiis suis uocat ad probitatem, nos ruimus in improbitatem: ille nos beneficiis suis prouocat ad compunctionem, nos ruimus in dissolutionem: uocat ille ad castitatem, nos ruimus in impuri- 30 tatem. praeclare uidelicet sacris muneribus respondemus, prae-

1 hostiles *ex* hostilis *A* *corr. m. 2*, hostili *B* 4 accepimus
B 7 ergo nos *B* 10 domus *mut. u in o m. rec. A* domus
B 11 humi* *A* 15 est prioribus cordi *B* 16 conuersionis
B 18 foeditates *ex -tis A corr. m. 2* 20 optinendam *A*:
obtinendam *B* 31 respondemus *ex -dimus A corr. m. 2*

clare dona eius uel agnoscimus uel honoramus, qui quantum
 ab eo beneficii accipimus tantum ei iniuriarum repensamus.
 aut iniuria dei hoc forte non est aut esse indignior potest,
 * multis ac magnis * opus sit? sed quia inueterata in nobis
 5 malorum omnium labe aliter iam non uitiosi esse non possu-
 mus, nisi ut omnino non simus, quae in nobis, rogo, spes
 bonae frugis est? qui ignorantia peccant errore agnito corri- 97
 guntur: qui religionis expertes sunt, cum mutauerunt sectam,
 mutare incipiunt disciplinam: postremum, ut dixi, qui aut
 10 abundantia nimia aut securitate uitiantur, desinunt esse per-
 diti, cum destiterint esse securi. nos nec ignorantia labimur
 nec religionis expertes sumus nec prosperitate rerum ac se-
 curitate corrumpimur: omnia siquidem e diuerso sunt. reli- 98
 gionem nouimus ignorantia non excusamur, pacem et diuitias
 15 priorum temporum non habemus, omnia, quae fuerunt, aut
 ablata aut immutata sunt: sola tantum uitia creuerunt. nihil
 nobis de pace et prosperitate pristina reliquum est nisi sola
 omnino crimina, quae prosperitatem non esse fecerunt. ubi
 namque sunt antiquae Romanorum opes ac dignitates? for-
 20 tissimi quondam Romani erant nunc sine uiribus: timebantur
 Romani ueteres, nos timemus: uectigalia illis soluebant populi
 barbarorum, nos uectigales barbaris sumus. uendunt nobis
 hostes lucis usuram, tota admodum salus nostra commercium
 est. o infelicitates nostras! ad quid deuenimus! et pro hoc 99
 25 gratias barbaris agimus, a quibus nos ipsos pretio comparamus.
 quid potest esse nobis uel abiectius uel miserius? et uiuere

2 iniuriarum *in v* (*qui habet iniuriam*) *marg. Brassicanus: iniuriam*
A iniurias B 3 *post potest Halmius recte statuit lacunam (quam*
Brassicanus leuiter explet in v marg. add. aut); nos in Sitz.-Ber. p. 10
proposuimus: <cum> multis et magnis <gr̄is i. e. gratiis> opus sit?

4 *sed animarum. quia inueterata A sed inueterata quia animarum B*
(locum corruptum esse manifestum est Halmius; nos animarum inter-
polatori tribuimus l. l. p. 12; at fort. scrib. nimirum 5 *labe ex labi*
A corr. m. 2, item statim frugis ex -ges 7 *uerba errore agnito—*
expertes sunt in A post e diuerso (v. 13) leguntur 8 *cum mut.]*
commutauerunt AB 9 *postremo B* 21 *soluebantur A* 22 *si-*
mns B 23 *nostrae B* 26 *abiectius uel miserius A corr. m. 2*
ex abiecti ds uel miseri ds (sic)

nos post ista credimus, quibus uita sic consistat! insuper
 etiam ridiculos ipsi esse nos facimus: aurum, quod pendimus,
 munera uocamus. dicimus donum esse quod pretium est et
 quidem pretium condicionis durissimae ac miserrimae. omnes
 quippe captiui, cum semel redempti fuerint, libertate potiuntur: 5
 nos semper redimimur et numquam liberi sumus. illorum
 more dominorum nobiscum barbari agunt, qui mancipia ob-
 sequiis suis non necessaria mercedibus dependendis locant.
 similiter enim nos numquam ab hac sumus liberi functione,
 quam pendimus: ad hoc quippe mercedes iugiter soluimus, 10
 ut sine cessatione soluamus.

1 consistant *punct. n ult. syll.* A: constat B 2 pendimus B
 6 redimimur *ex redemimur A corr. m. 2* 7 obsequis B 10 pen-
 dimus A mercedes *ex mercedis A corr. m. 2* 11 *post* soluamus
in A est subscriptio: EXPLICIT LIB. SEXTUS. INCIPIT LIBER SEPTIMUS
 LEGE FELICITER; *eadem in B sine lege feliciter*

LIBER VII.

I. Cum in conclusione libelli huius, qui nunc finitus est, 1
 de infirmitate ac miseria Romanorum nonnulla dixerim, con-
 traria forsitan negotio, quod nunc agimus, dixisse uideamur.
 5 scio enim posse hoc loco subici, hinc maxime probari, quod
 non respiciat res humanas deus, quia, cum Romani quondam
 pagani et uicerint et regnauerint, nunc Christiani et uincantur
 et seruiant. sufficere quidem ad confutationem obiectionis
 istius poterant illa, quae dudum de cunctis fere paganis genti-
 10 bus dicta sunt, id est, magis peccare eos, qui scientes neglegant
 legem dei quam qui non faciant nescientes. sed tamen, 2
 si deus annuit, cum ad eam negotii partem accesserimus, ut
 de ueteribus Romanis aliqua dicantur, euidenter diuino munere
 adprobabimus, tam iustum tunc erga illos fuisse domini fa-
 15 uorem quam nunc erga nos iustam seueritatem, et tam dignum
 illud fuisse, quod Romanos tunc deus auxilio suo extulit, quam
 nunc dignum esse, quod punimur. atque utinam poena ipsa 3
 prodesset! illud grauius multo ac luctuosius, quod post poe-
 nam nulla correctio est. curare nos uult castigationibus suis
 20 dominus, sed curam remedia non secuntur. quid hoc mali
 est? iumenta ac pecudes sectione curantur, et putrefacta
 mulorum asinorum porcorum uiscera, cum adusta cauteriis
 fuerint, munus medicae adustionis agnoscunt, statimque, ubi
 aut cremata aut desecta fuerit uitiatorum corporum labes, in

2 INCLUSIONE A	3 nonnulli <i>super</i> i <i>scr.</i> a <i>m.</i> 2 A	5 hoc
ex hic A <i>corr.</i> m. 1	probare A	6 humanas res B
11 faciunt <i>super</i> u <i>scr.</i> a <i>m.</i> 1 A	faciunt B	12 si <i>om.</i> B
14 ad- probamus B	17 puniuntur B <i>item statim</i> ac luctuosius multo	
20 secuntur hic AB	23 adustiones <i>super</i> e <i>scr.</i> i <i>m.</i> 1 A	
24 cremata <i>sed punct.</i> en et s. <i>scr.</i> a <i>m.</i> 2 A	labes ex labis et	
<i>statim</i> succedit ex succidit A <i>corr.</i> m. 2		

4 locum demortuae carnis uiua succedit. nos et urimur et
 secamur, sed nec ferri desectione nec cauteriorum adustione
 sanamur, immo, quod est grauius, cura ipsa deteriores sumus.
 et ideo non frustra nobis euenit quod euenire pecudibus et
 iumentis solet, quae inremediabiles morbos ferunt. nam in 5
 omnibus partibus mundi, quia curis medicantibus non corri-
 5 gimur, morte atque occisione finimur. ecce enim, ut non re-
 petam quae multo ante iam dixi, hoc ipsum quale est, quod
 paulo ante memorauit, scilicet quia et miseri pariter et luxu-
 riosi sumus? esto enim sint uitia ista felicitum (quamuis 10
 nemo idem et probrosus esse possit et felix, quia ubi non est
 uera honestas non est uera felicitas), sed tamen, ut supra
 dixi, esto sint uitia ista et longae pacis et opulentae securi-
 tatis. cur, quaeso, illic sunt, ubi iam nulla pax ubi nulla
 securitas? in omni enim ferme orbe Romano et pax et se- 15
 6 curitas non sunt. cur sola tantum uitia perdurant? quis,
 rogo, ferre possit in homine egestuoso esse lasciuiam? crimi-
 nosior quippe est luxuriosa paupertas et maioris inuidiae
 miser nugas. totus Romanus orbis et miser est et luxuriosus.
 quis, quaeso, pauper et nugas, quis captiuitatem expectans de 20
 circo cogitat, quis mortem metuit et ridet? nos et in metu
 captiuitatis ludimus et positi in mortis timore ridemus. Sar-
 donicis quodammodo herbis omnem Romanum populum putes
 esse saturatum: moritur et ridet. et ideo in omnibus fere

5 f'erunt A 6 qui s. scr. m. 2 a A meditantibus B
 8 iam] eam B 11 idem] quidem B possit esse B 14 de
incredibili textus confusione quae hoc loco et tribus aliis in v est et
in ed. princ. Brassicani transiit (uid. Halmii adn.) cf. quae diximus
in Sitz.-Ber. p. 21 sqq. 15 orbe sed o in ras. u lit. ut uidetur A
 urbe B romana B et pax] pax om. et B item et (ante securi-
 tas) s. l. 16 uitia tantum B 18 maioris ex maiores A corr.
 m. 2 maiores B inuidias B 19 et 20 'formam nugas (AB)
satis firmant uetera glossaria Halmius orbis ex urbis AB corr.
 m. 2 21 metuit mortem B (in ed. quarta Baluzii est quis capti-
 uitatem — quis mortem cfr. Halmii adn.) et (ante ridet) B s. l.
 ridet ex ridit (item paulo post ridemus et ridet) A corr. m. 2 irri-
 det B 22 et in B erasum immortalis A (paulo ante in metu
 ex immetu corr. m. 2) 24 ferre punct. alt. r A

partibus mundi risus nostros lacrimae consequuntur, ac uenit etiam in praesenti super nos illud domini nostri dictum: uae uobis, qui ridetis, quoniam flebitis.

II. Sed forsitan, cum de ludicris ac foeditatibus publicis 7
 5 diutissime dixerimus, in hoc tantum deteriores esse nos putes barbaris, quia illi haec non agant nos agamus, ceterum ipsos carnalis libidinis scelere et fornicationis funestae caeno non ita pollui. comparemus, si placet, ceteris nationibus etiam in hac parte Romanos. et quidem nescio an ullis rectius com-
 10 parentur quam his, quos deus in medio rei publicae sinu positos possessores fecit ac dominos soli esse Romani. unde quamuis nihil disputari de iudicio dei possit, tamen cum ablatam nobis iuris nostri optimam partem barbaris dederit, uideamus, an id, quod nobis tulit et illis tradidit, iusto iudicio
 15 tradidisse uideatur. nemini dubium est Aquitanos ac Nouem-8
 populos medullam fere omnium Galliarum et uber totius fecunditatis habuisse, nec solum fecunditatis, sed, quae praeponi interdum fecunditati solent, iucunditatis pulchritudinis uoluptatis. adeo illic omnis admodum regio aut intertexta
 20 uineis aut florulenta pratis aut distincta culturis aut condita pomis aut amoenata lucis aut inrigua fontibus aut interfusa fluminibus aut crinita messibus fuit, ut uere possessores ac domini terrae illius non tam soli istius portionem quam paradisi imaginem possedisse uideantur. quid ergo post ista omnia? 9

26 Luc. 6, 25

1 ac uenit *AB sed A mut. m. 2* ac in ad 2 impraesenti *A*
 5 putes *corr. ex putet v: put& super t scr. m. rec. d A* putet *B*
 6 agimus *B* ipso *B* 7 carnales libidines (*corr. -nis m. 2*)
A 11 soli *s. scr. altera i lit. m. 2 A* 14 tulit] *fort. tollit cf.*
ad V 43' Halmius; at cf. indicem III s. u. fero 15 est *B s. l.*
 nouempopulos *ex -lus A corr. m. 2* 18 fecunditate *s. e fin. scr. i*
m. 2 A iocunditatis *super o scr. u m. 2 A* 19 adeo] addo *A*
 ammodum *A* admodo *B m. 1* 20 uineis *ex ueneis A corr. m. 2*
 cultoris *super o scr. u m. 2 A* condita *A (non corr. in consita, ut*
Halmius refert ceterum recte addens 'gewürzt durch den Duft der Obst-
bäume') 21 inrigua] inrigata *B* 22 possessores *ex -ris, domini*
ex -ne et soli ex sole A corr. m. 2

officiosiores absque dubio deo esse debuerant quos peculiariter deus abundantissima beneficiorum suorum dote ditauerat. quid enim rectius aut quid dignius, quam ut quibus per munera sua dominus quasi specialiter uidebatur placere uoluisset, idem quoque specialius domino cultu ac religione placuissent, prae- 5 sertim cum a nobis deus nil onerosum nil graue exigat. non enim nos ad aratra aut ad ligones uocat, non ad scindendas terras neque ad uineas pastinandas, non denique illa exigit a 10 seruis suis, quae nos exigimus a nostris. quid namque ait? uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati 10 estis, et ego uos reficiam: tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris; iugum enim meum suaue est et onus meum leue est. non ergo nos ad laborem uocat dominus sed ad 15 refectionem. quid namque a nobis exigit, quid praestari sibi a nobis iubet, nisi solam tantummodo fidem castitatem humilitatem sobrietatem misericordiam sanctitatem? quae utique 11 omnia non onerant nos sed ornant. nec solum hoc, sed ideo uitam praesentem ornant, ut futuram ornare plus possint. 20 o bonum o pium o inaeestimabilis misericordiae dominum! qui ad hoc nobis in praesenti religionis munera tribuit, ut ipsa in nobis postea quae nunc dat munera muneretur. tales igitur etiam omnes absque dubio Aquitani esse debuerant, et quidem, ut diximus, specialius tales, quia specialia dei munera possi- 25 debant. et quid post haec omnia? quid secundum est? quid nisi cuncta quae e diuerso sunt? in omnibus quippe Galliis sicut diuitiis primi fuere sic uitiis; nusquam enim improbior

10 Matth. 11, 28

1 officiores s. ci *scr. m.* 2 osi *A* peculiariter] specialiter *B*
 2 ditauerat *punct. c A* 6 nihil honorosum *B* 9 suis seruis
B 10 onerati *ex honorati A corr. m. 2* 15 est *praeter AB*
etiam T habet sed s. l. m. rec; cf. Halmii adn. 16 praestare *A*
 18 sanctitatem quae *ex sanctitatēq; A corr. m. 2* 20 plus ornare
B(T) 21 quia (s. a *scr. d m. 2*) hoc *A* 23 tales *ex talis A corr.*
m. 2 26 secundum *punct. ndum et s. scr. m. 2 tū A*

uoluptas nusquam inquinatio uita nusquam corruptior disciplina. hanc pro muneribus sacris dederunt domino retributionem, ut in quantum eos beneficiis suis iste ad se inlexerat ad propitiandum, in tantum illi flagitiis suis laborauerint ad
5 exacerbandum.

III. An forte falsum est et inuidiose potius quam uere ista
dicuntur? non utar ea probatione, qua uti alii in causis solent,
ut producam quoscumque ad probandum aut paucos aut extra-
neos aut minus idoneos testes: ipsos interrogemus, a quibus
10 acta sunt. falsum diximus, si negarint. fatentur enim et quidem,
quod est grauius, sic fatentur, ut in ipsa confessione non do-
leant. idem enim nunc est animus in fatentibus qui in agen-
tibus fuit. sicut tunc non puduit flagitia committere, sic nunc
omnino non paenitet flagitiosa fecisse. exceptis tamen per-14
15 paucis ferme sanctis atque insignibus uiris, qui, ut quidam
de numero ipsorum ait, sparsis redemerunt crimina
nummis, exceptis, inquam, his loquor, quos utique etiam in
illa tunc generali admodum conluuione uitiorum recte minorum
criminum reos fuisse credimus, qui corrigi a diuinitate me-
20 ruerunt. non penitus enim dominum suum laedit cui propitiatio
reseruatur. et quid plura? puto quod semper deum et in ipso
errore respexerit, a quo hoc obtinere potuit, ne diutius erraret.
ceteri autem et plurimi ferme ac nobilissimi prope idem 15
omnes: paene unus gurges omnium gula paene unum lupanar
25 omnium uita. et quid dicam de lupanaribus? minoris quippe

6 inuidiose] odiosum *B* 7 non utar ea *Halmius*: non ut scire
a *A* non ut ore a *B* (non oratoria *Ttv et edd. quae post solent addunt*
utar) non utar scilicet ea *suspiciatur Hartelius* 8 aut paucos] ad pau-
cos *B(T)* 10 falsum ut *B* negarint *B et corr. ex* negarent
m. 2 A 13 puduit] potuit *sed s. o. scr. m. 2* eni (*ergo poenituit*)
A si *s. scr. c m. rec. A* 14 paenitet *hic A* 15 insignibus
ex insequibus A corr. m. 2 16 redemerunt *ex redimerunt A corr.*
m. 2 (uerba laudata hexametri partem esse manifestum uidetur; correptio
syll. antepaenultima, quamquam nil offensionis habeat in uersibus 'sancti
uiri', si quem offenderit, facile ex scriptura A redimerunt (elicere
possit redimebant; ceterum a quo profecta sint uerba non liquet)
17 quos loquor *B* 20 laedit (*ludit m. 1*) suum *B*

- esse criminis etiam lupanar puto. meretrices enim quae illic sunt foedus conubiale non norunt ac per hoc non maculant quòd ignorant: impudicitiae quidem piaculo sunt obnoxiae, sed reatu tamen adulterii non tenentur. adde huc quod et pauca ferme sunt lupanaria et paucae, quae in his se uita in- 5
 16 felicissima damnauere meretrices. apud aquitanicas uero quae ciuitas in locupletissima ac nobilissima sui parte non quasi lupanar fuit? quis potentum ac diuitum non in luto libidinis uixit? quis non se barathro sordidissimae conluuionis inmersit? quis coniugi coniugii fidem reddidit? immo, quantum ad passi- 10
 uitatem libidinis pertinet, quis non coniugem in numerum ancillarum redegit et ad hoc uenerabilis conubii sacramenta deiecit, ut nulla in domo eius uilior uideretur maritali despectione quam quae erat princeps matrimonii dignitate?
- 17 IIII. Cogitat forte aliquis non ita ad plenum esse ut 15 loquor: habuisse enim illic matres familias ius suum et dominarum honorem potestatemque tenuisse. uerum est. habuerunt quidem multae integrum ius domini, sed nulla ferme impolutum ius matrimonii. et nos modo non quaerimus quae mulierum potestas, sed quam corrupta uirorum fuerit disci- 20
 plina. quamuis nec potestatem quidem illic matres familias integram habuisse dicam, quia quaecumque ius conubii inuio-

1 lupanar] delupanari *sed* ri m. 2 *add. A* (de autem illud aut ex antecedenti de lupanaribus repetitum est aut ex nota quadam marginali orta est qua quis monere uoluit in seqq. sermonem esse de lupanari)
 2 norant *B(T)* 3 quidem] enim *B* 5 in his uitam infelicissimam damnauere *AB*; pro damnauere *Halmius coni. et recepit* adama- uere; quam nos recepimus coniecturam debemus *Hartelio*; postquam se post his excidit, necesse erat ablat. uita felicissima mutari in accusat. 6 meretrices ex meretricis *A corr. m. 2* aquitanicas super a in fin. scr. o m. 2 *A* 7 in punctis suppositis *A* 9 baratro *AB* 10 coniugi coniugii *Pithoeus*: coniugi coniugi *AB sed A poster. coniugi punct. (coniugi Tt coniugii v)* 12 et 13 redegit et deiecit *A corr. m. 2* ex redigit et deicit 13 in maritali *B* despectione ex disp. *A corr. m. 2* item statim quae ex qui 16 lo- quar super o scr. a m. 1 *A* matris *A* ius om. *A* 17 ha- bent *B m. 1* 18 domini *Tv*: dñi *A* domini *B* 19 et] at *Rittershusius* 21 matris familie *A*

latum ac saluum non habet nec domini saluum habet. haud multo enim matrona abest a uilitate seruorum, ubi pater familias ancillarum maritus est. quis autem Aquitanorum 18 diuitum non hoc fuit? quem non sibi ancillae impudicissimae 5 aut adulterum aut maritum iure duxerunt? equi enim emissarii, ut propheta ait, in feminas facti erant: unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. atque illi, de quibus haec scripta legimus, et minore fortasse crimine et minore, ut reor, numero criminum ac passiuitate 10 peccabant. hi autem uere ut emissarii equi non ad paucas tantum, sed paene ad omnes uernulas suas, id est quasi ad greges proprios hinniebant et in morem eorum pecudum, qui mariti gregum appellantur, feruidae libidinis debacchatione grassantes, in quamcumque eos primum feminam ardens im- 15 pudicitiae furor traxerat inruebant. hic iam quaero a sapientibus, cum haec ita essent, quales putent fuisse illic familias, ubi tales erant patres familias? quantam seruorum illic corruptelam, ubi dominorum tanta corruptio? morbido enim capite nil sanum est, neque ullum omnino membrum officio 20 suo fungitur, ubi quod est principale non constat. in domo autem sua dominus quasi corporis sui caput est et uita eius cunctis norma uiuendi. pessimumque hoc est in hoc negotio, quod libentius omnes deteriora sectantur, et facilius mala institutio deprauat bonos quam bona emendat malos. porro 20 autem cum etiam boni atque honesti patres familias famulos bonos facere non possint, quantam illic putamus fuisse labem familiarum, ubi domini erant impuritatis exemplum? quamuis non exemplum illic tantummodo malum fuerit, sed uis ac necessitas quaedam, quia parere impudicissimis dominis famulae 30 cogebantur inuitae et libido dominantium necessitas sub-

5 Hierem. 5, 8

1 aut s. a *scr.* H et s. t *scr.* d m. 2 A haut B 2 abest a] ab
ista A 3 familiae *super e scr.* s m. 2 A 4 sibi] ibi *suspicitur*
Hartelius; fort. scrib. illic ut infra u. 16. 17. 26. 28 5 dixerunt
B 6 amissarii A 7 ad] enim ad B 17 quanta — corruptela
B 21 qua s. *scr.* m. 1 si A 22 est hoc B 24 emendet
B 25 patres familiae A

iectarum erat. ex quo intellegi potest quantum caenum impudicarum sordium fuerit, ubi sub impurissimis dominis castas esse, etiamsi uoluissent, feminas non licebat.

21 V. Sed uidelicet difficile hoc probari potest et nulla omnino extant praeteritarum turpitudinum flagitiorumque uestigia. 5 ecce etiam nunc multi ex eis, licet patria careant et in comparatione praeteritarum opum pauperes uiuant, peiores ferme sunt quam fuerunt. peiores autem non uno modo, quia etsi eadem faciunt quae ante faciebant, hoc ipso tamen deteriores sunt, quia a scelere non cessant. siquidem facinora eorum, 10 etsi genere ipso maiora non sint, attamen plura sunt, ac per hoc etsi criminum nouitate non crescant, pluralitate cum-
22 lantur. adde autem quod haec, ut dixi, faciunt iam senes adde quod pauperes; utrumque enim sceleris augmentum est. minus siquidem prodigiosum est peccare iuuenes peccare lo-
cupletes. quae autem in his spes aut remedium est, qui ab usitata impuritate nec miseriarum egestate nec uitae extre-
mitate reuocantur? esto enim quosdam aut stulta praesumptio longae uitae aut spes quandoque agenda paenitentiae con-
soletur: nonne nouum hoc monstri genus est esse aliquos 20 etiam in morte uitiosos? quae cum ita sint, numquid est aliquid, quod dici amplius possit? sed adhuc tamen addimus, scilicet quod multi haec agunt hodie etiam inter hostes siti et cotidiano discrimine ac timore captiui, cumque ob impurissimam uitam traditi a deo barbaris fuerint, impuritates tamen 25 ipsas etiam inter barbaros non relinquunt.

23 VI. Sed tales forte hostes sunt, inter quos agunt, ut eos ista delectent et offendantur grauissimè, si, cum ipsi impudici sint, uideant castos esse Romanos. quod si ita esset, nequam tamen facere nos improbos improbitas deberet aliena, 30 quia quemlibet hominum magis sibi praestare conuenit ut sit bonus, quam alteri ut sit malus, et plus id laborandum est,

2 sordidum A 6 comparationem B 12 crescunt B
16 his AB: iis cum edd. Halmsius 17 usitata ex -te A corr.
m. 1 19 longaeuitate B 21 immorte A que A s. l.
m. 2 25 impuritates ex -tis A corr. m. 2 32 bonos s. scr. u
m. 2 A

ut placeamus deo per honestatem quam ut hominibus per
 impuritatem: ac perinde, etiamsi inter impudicos quis bar-
 baros uiuat, magis tamen pudicitiam sequi debet, quae sibi
 expedit, quam impudicitiam, quae impuris hostibus placet.
 5 sed quid accedit insuper ad mala nostra? inter pudicos bar- 24
 baros impudici sumus. plus adhuc dico: offenduntur barbari
 ipsi impuritatibus nostris. esse inter Gothos non licet scorta-
 torem Gothum: soli inter eos praeiudicio nationis ac nominis
 permittuntur impuri esse Romani. et quae nobis, rogo, spes
 10 ante deum est? impudicitiam nos diligimus Gothi execrantur:
 puritatem nos fugimus illi amant: fornicatio apud illos crimen
 atque discrimen est apud nos decus. et putamus nos ante 25
 deum posse consistere, putamus posse nos saluos esse, quando
 omne impuritatis scelus omnis impudicitiae turpitude a Ro-
 15 manis admittitur et a barbaris uindicatur? hic nunc illos
 requiro, qui meliores nos putant esse quam barbaros: dicant
 quid horum uel paucissimi Gothi faciant, uel quid non horum
 Romani omnes uel paene omnes? et miramur, si terrae uel
 Aquitanorum uel nostrorum omnium a deo barbaris datae
 20 sunt, cum eas, quas Romani polluerunt fornicatione, nunc
 mudent barbari castitate?

VII. Sed forte hoc in Aquitanis tantum. transeamus etiam 26
 ad alias mundi partes, ne de solis tantummodo Gallis dixisse
 uideamur. quid? Hispanias nonne uel eadem uel maiora forsitan
 25 uitia perdiderunt? quas quidem caelestis ira etiamsi aliis
 quibuslibet barbaris tradidisset, digna flagitiorum tormenta
 tolerauerant puritatis inimici. sed accessit huc ad manifestandam

1 quam hominibus *B m. 1* 2 proinde *Rittershusius* pudicos
 quis barbarus *A* 3 pudicitiam *B* 5 quod accedit i. ad mala
 nostra, inter *malit Hartelius* accedit *A* (accedit et *Rittershusius*)
 8 iudicio praeiudicio *B* 15 uindicantur *sed n in paenult. syll.*
punct. A 17 faciunt *B* 18 penes *punct. s A* 19 nost-
 rum *B* 20 polluerant *B* 22 Aquitanis *Halmius: recte (cf.*
p. 173, 17: in Afris paene omnibus nihil horum est et p. 176, 15) aquit-
anos A aquitanicis B tantum tantum *sed poster. loco punct. A*
 24 spanias *s. scr. m. 2 hi A* 27 manifestandum *A fort. recte cf.*
 §. 54

illic impudicitiae damnationem, ut Wandalis potissimum id
 27 est pudicis barbaris traderentur. dupliciter in illa Hispanorum
 captiuitate ostendere deus uoluit quantum et odisset carnis
 libidinem et diligeret castitatem, cum et Wandalos ob solam
 maxime pudicitiam superponeret et Hispanos ob solam uel 5
 maxime impudicitiam subiugaret. quid enim? numquid non
 erant in omni orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispaniae
 28 traderentur? multi absque dubio, immo, ni fallor, omnes. sed
 ideo ille infirmissimis hostibus cuncta tradidit, ut ostenderet
 scilicet non uires ualere sed causam, neque nos tunc igna- 10
 uissimorum quondam hostium fortitudine obrui sed sola uitio-
 rum nostrorum impuritate superari: ut uere in nos uenerit
 dictum ilud, quo ait dominus ad Iudaeos: secundum in-
 munditias suas et secundum iniquitates suas feci
 illis, et auerti faciem meam ab eis. et alibi ad gentem 15
 ipsam: adducet dominus super te gentem de longin-
 quo, et unguis, inquit, equorum suorum omnes pla-
 teas tuas conculcabunt et populum tuum gladio
 interficient. completa ergo in nos sunt omnia, quae dixit
 sermo diuinus, et uim uerborum caelestium luit poena cunc- 20
 torum.

29 VIII. Sed tamen cum omnes fere barbarae gentes Romanum
 sanguinem biberint omnes uiscera nostra lacerauerint, quid
 est quod deus noster maximas rei publicae opes et locuple-
 tissimos Romani nominis populos in ius potissimum ignauissi- 25
 morum quondam hostium dedit? quid? nisi ut agnosceremus
 scilicet, quod supra dixi, meritorum hoc fuisse non uirium,
 atque ipsum quoque hoc nobis in confusionem caderet ac

13 Ezech. 39, 24

16 Deut. 28, 49

17 Ezech. 26, 11

1 pudissimum *A* 7 erat *s. scr. n m. 2 A* 8 ni fallor immo
B 9 illi eifirmissimis *sed super i poster. uocis illi s. scr. m. 2 e*
et super ei scr. iN A 10 uires *ex uiris A corr. m. 2; idem statim*
inignauissimorum 12 puritate *A* 13 ad iudaeos dominus *B*
 16 *te post adducet habet B* 18 *tuas om. B* 19 *in om. B m. 1,*
item statim dixit om. (ait T) 20 *cunctarum B m. 1* 23 *biberint ex biberent A corr. m. 2: biberunt B*
A corr. m. 2 28 *quoque B s. l.: qui sed punct. A*

poenam, quod ignauissimis traderemur et uel sic plagam caelestis manus agnosceremus, quia nos non fortissimi hostium sed ignauissimi subiugarent. sic enim legimus quod, si quando 30 euidenter intellegi deus uoluit magna opera a se patrari, aut 5 per paucos aut per infimos acta res est, ne opus caelestis dexteræ uirtuti adsignaretur humanae. ideo siquidem et dux Sisara, quem Hebraeus tremebat exercitus, a muliere prostratus est, et Abimelech ciuitatum expugnatorem feminea manus percudit et ferratae Assyriorum acies uidua opitulante ceciderunt. 10 et ne de solis tantum feminis loquar, Benedad regem Syriae, 31 cui praeter innumera populi sui milia triginta et duo reges exercitusque eiusdem numeri seruiebant, nonne ideo a paucis principum pedissequis dominus uinci uoluit, ut qui esset auctor talis uictoriae nosceretur? contra Madianitas quoque, qui, ut 32 15 liber Iudicum refert, instar locustarum cuncta compleuerant, Gedeon iubetur pugnare cum paucis, non quia plures in exercitu non haberet, sed uetatur multos ad bellum ducere, ne multitudo sibi possit aliquid de uictoria uindicare. unde cum triginta armatorum milia congregasset, sic ad eum dominus 20 locutus est: multus est tecum populus, nec tradetur Madian in manus eius. et quid postea? homini aduersum 33 innumera barbarorum milia pugnato trecentos tantum uiros reliquit. in eam quippe exiguitatem redigi agmen militum iussit, ut sibi de patrato diuinitus belli opere paucitas usurpare 25 nil posset. denique cur hoc dominus ita faceret, ipse euidētissime declarauit dicens: ne gloriatur contra me Is-

6 Iudic. 4 8 Iudic. 9 10 III Reg. 20 14 Iudic. 7
20 Iudic. 7, 2

4 patrare *A* 5 infirmos *ex ed. pr. Halmius* (*v uero ut AB habet infimos*)
res acta *B(T)* 6 uirtuti *ex uirtute A corr. m. 2*
7 sisarra *A* 8 feminea *ex femine A corr. m. 2* 10 feminis tantum *B*
11 et triginta *B* 12 exercitus quae *sed a punct. A*
13 p&isse quis *super & scr. d m. 2 A* 15 locustarum] *'immo lucustarum' Halmius*
16 non *B s. l.* 17 habet *A haud scio an recte*
19 congregassent *A* 22 trecenti *s. i scr. os m. 2 A*
23 reliquid *super d ser. t m. 2 A* 24 patratis *A* 25 posset *ex possit A corr. m. 2*
faceret, ita *B*

rahel et dicat: meis uiribus liberatus sum. audiant, inquam, hoc omnes improbi audiant omnes praesumptuosi, audiant praepotentes audiant cuncti quid deus dicit: 'ne gloriatur' inquit 'contra me Israhel et dicat: meis uiribus liberatus sum'.

5

- 34 VIII. Audiant, inquam, omnes contraria et blasphema iactantes, audiant haec spem suam in homine ponentes. loqui uniuersos aduersum se deus dicit, qui liberari se uiribus suis posse praesumunt. quis autem est Romanorum non ita dicens? quis est non ita sentiens? quis nostrae partis non prope iugiter in hac parte blasphemat? nullas esse iam rei publicae uires omnium conscientia est, et ne sic quidem agnoscimus, 35 cuius hoc beneficiis, quod adhuc uiuimus, debeamus. si quando enim nobis prosperi aliquid praeter spem nostram et meritum deus tribuit, alius hoc adscribit fortunae alius euentui, alius ordinationi ducum alius consilio, alius magisterio alius patrocinio, nullus deo. et miramur, si nobis caelestis manus aliqua non praestet, cui quicquid praestiterit derogamus. quid enim aliud facimus, cum bona, quae praestat, nos uel euentibus casuum uel uirtutibus ducum uel quibuscumque aliis rebus 20 36 friuulis deputamus? hoc enim modo et terris nos oporteret gratias agere quod fruges annuas metimus et uineis quod uindemiamus, et mari quod pisces capimus et siluis quod ligna caedimus, et ouibus quod ueste tegimur et pecudibus ceteris quod carne saturamur. nam quae ratio est, ut ei pro muneribus aliis grati esse uelimus, cui maximorum beneficiorum suorum gratiam derogamus? aut quis contentus est homo

1 uiribus meis *B* 6 ante inquam *m. rec. add.* hoc *A* blasphema ex blasphemia *A corr. m. 2:* blasphemia *B (et Tt; in v i eras.)* 7 suam etiam in *B* 11 iam esse *B* 12 conscientiae est *AB (conscientia ex conscientie corr. v)* ne] nec *B* 14 prospere *A* 15 hoc adscribit (& *super & scr. i m. 2*) *A:* ascribit hoc *B* 16 ordinatione *AB sed A corr. ne in ni* magistro *AB 'an magisterio? Halmius recte* 21 friuulis *super b scr. m. 2 u A:* friuolis *B* 22 metimus ex metimus et uindemiamus ex uindim. *A corr. m. 2* 25 carni *A idem statim namq: et uellimus alt. 1 punct.*

nostrae condicionis, ut ei quis in acceptum quippiam referat,
 cui de donis suis summa detraxerit? ita et nos licet deo in 37
 nullo digne gratias agamus, parum tamen erat si pro his tan-
 tummodo grati esse uellemus, quae nobis ad usum uiuendi
 5 dedit, cui hanc gratiam tollimus, quod nos et in angustiis
 iuuat et in periculis liberat et in medio barbararum gentium
 sitos iugi protectione conseruat. at non ita Gothi non ita 38
 Wandali, malis licet doctoribus instituti, meliores tamen etiam
 in hac parte quam nostri. offendi quamuis quosdam suspicer
 10 his quae dicimus. sed quia ueritas magis quam offensio cogi-
 tanda est, dicam et saepe dicam: non ita Gothi non ita
 Wandali: qui et in discrimine positi opem a deo postulant et
 prosperitates suas munus diuinitatis appellant. denique probauit 39
 hoc bello proximo infelicitas nostra. cum enim Gothi metue-
 15 rent praesumeremus nos in Chunis spem ponere illi in deo,
 cum pax ab illis postularetur a nobis negaretur, illi episcopos
 mitterent nos reppelleremus, illi etiam in alienis sacerdotibus
 deum honorarent nos etiam in nostris contemneremus, prout
 actus utriusque partis ita et rerum terminus fuit. illis data
 20 est in summo timore palma nobis in summa elatione confusio:
 ut uere et in nobis tunc et in illis euidenter probatum sit
 illud domini nostri dictum: quoniam qui se exaltat hu-

22 Luc. 14, 11

1 in acceptum] inceptum *B* 2 detraxerat *A* sed a posteriore
 punct. et s. scr. i m. 2 3 nullo *B* corr. ex illo agimus *A*
 sed punct. i et s. scr. m. 2 a his summa tantummodo *B*
 4 uellemus ex uellimus *A* corr. m. 2 5 cui *AB*: cur *Tt Halmius*
 6 impericulis *A* et medio *B* m. 1 barbararum ex barbarum *A*
 corr. m. 2: barbarorum *B* m. 1 7 ad s. scr. t m. 2 *A* 8 doctori-
 bus licet instituti *A* sed adiecta sunt transpositionis signa 9 quam
B s. l. 11 dicam et (non s. l.) *B* 12 opem a] optima *A*
 13 probabit super b poster. scr. u m. 2 *A* 14 metuerent ex metuer-
 erint *A* corr. m. 2: metuerint *B* 15 praesumeremus *Halmius*:
 praesumimus s. i scr. eba m. rec. *A* praesumpsimus *B* hunis *B*
 16 cum *A* m. 1 in marg., om. *B* ab *B* s. l. 17 etiam] enim
B 18 contemneremus. Prout ante *Halmium* interpungebatur
 19 partis ex partes *A* corr. m. 2 illis *B* corr. ex ita 22 quo-
 niam] quia omnis *Rittershusius* cum *Vulgata*

miliabitur, et qui se humiliat exaltabitur; illis enim exaltatio data est pro humilitate, nobis pro elatione delectio.

40 X. Itaque agnouit hoc ille dux nostrae partis, qui eandem urbem hostium, quam eodem die uictorem se intraturum esse praesumpsit, captius intrauit. probauit scilicet, quod propheta 5 dixit: quia non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet et dirigat gressus suos. nam quia uiam suam iuris sui esse existimauit, nec gressum directionis habuit nec uiam salutis inuenit. effusa est, ut legimus, abiectio super principem, seductus est in inuio et non in 10 uia, et ad nihilum deductus est uelut aqua decurrens. in quo quidem praeter ipsam rerum infelicitatem praesens iudicium dei patuit, ut quicquid facturum se usurparat ipse pateretur. nam quia sine diuinitatis auxilio ac dei nutu capiendum a se hostem credidit, ipse captus est: consilii ac 15 sapientiae summam usurpauit ignominiam temeritatis incurrit uincta, quae aliis parauit, ipse sustinuit. et quod, rogo, euidentius dei iudicium esse potuit, quam ut habens praedatoris fiduciam praeda fieret triumphum praesumens triumphus esset, circumdaretur corripereetur alligaretur, retorta tergo brachia 20 gereret manus, quas bellicosas putabat, uinctas uideret, puerorum ac mulierum spectaculum fieret inludentes sibi barbaros cerneret, inrisionem sexus promiscui sustineret et qui maximum 43 habuerat supercilium fortis uiri, mortem subiret ignaui? atque utinam hoc ipsum breue remedium malorum esset non diurna 25 toleratio. ille autem, quantum ad poenarum magnitudinem pertinet, longo tempore et diuturna in ergastulo barbarorum tabe consumptus in hanc miseriam redactus est, ut, quod plerumque homines etiam poenis ipsis grauius atque acerbius

6 Prou. 16, 9 et 20, 24 9 Psal. 106, 40 12 Psal. 57, 8

3 itaque] Namque *B* 4 se intrat. se esse *B* 6 uia *A* (*quod fugit Halmium*) et *Rittershusius*: uita *B* 8 ne (*ante gressum*) s. scr. c m. 2 *A* 11 uelud *A* 14 nutu] ductu *B* 17 quod] quid *B(T)* 20 retorta tergo *ex* retorta ergo *A corr. m. 1* 21 putaret *B m. 1* uincta *B* 24 atq: *sed q: in fin. lin. m. 2 A*
 26 longitudinem *B* 28 consumptos *super o scr. u m. 2 A*

putant, in miserationem hostium deueniret. et hoc cur? cur 44
absque dubio nisi quia, ut iam dixi, illi deo humiles nos re-
belles, illi crediderunt in manu dei esse uictoriam nos in manu
nostra immo in sacrilega atque impia, quod est peius nocen-
5 tiusque quam nostra? denique ipse rex hostium, quantum res
prodidit ac probauit, usque ad diem pugnae stratus cilicio
preces fudit, ante bellum in oratione iacuit ad bellum de ora-
tione surrexit. priusquam pugnam manu capesseret, suppli-
catione pugnauit et ideo fidens processit ad pugnam, quia iam
10 meruerat in oratione uictoriam.

XI. Non dissimiliter autem illud etiam apud Wandalos: ad 45
quos cum in Hispania situs nostra pars pergeret tantamque
ad debellandos eos praesumptionis fiduciam ferret quantum
etiam proxime ad Gothos, pari superbiae fastu pari exitu con-
15 ruerunt. uenitque super exercitum nostrum illud prophetae
dictum: obruet dominus confidentiam tuam et nihil
habebis prosperum. confidebamus enim in sapientia nostra
et fortitudine contra dei mandata dicentis: non gloriatur
sapiens in sapientia sua nec fortis in fortitudine
20 sua, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire et
nosse me, quia ego sum dominus. non inmerito itaque 46
uicti sumus; ad meliora enim se illi subsidia contulere quam
nostri. nam cum armis nos atque auxiliis superbiremus, a
parte hostium nobis liber diuinae legis occurrit. ad hanc enim
25 praecipue opem timor et perturbatio tunc Wandalica confugit,
ut seriem nobis eloquii caelestis opponeret et aduersum ue-
nientes aemulos suos sacri uoluminis scripta quasi ipsa quodam-

16 Hierem. 2, 37

18 Hierem. 9, 23

1 hoc cur? cur *B*: hoc cur *om. alt.* cur *A* 8 capesceret *non*
B solus sed etiam A (Ttv) 13 bellandos *B et s. scr. de m. 2 A*
14 paris *A* fastu *T*: factus *sed super c scr. m. 2 s A* fastus *B*
(*fort. in fastus latet fastu et*); *Hartelius suspicatur*: pares superbiae
fastus; *cf. p. 172, 6* 15 exercitum *B s. l.* 18 dicentis *super*
i ult. syll. scr. e m. 2 A 21 non inme *A bis habet sed semel*
punct. 22 contulerae (a *punct.*) q. nostrae *A* 25 uandala
B (T) 26 seriem] *cf. Ad Eccl. III 1* caelestis eloquii *B*
aduenientes *B (T)* 27 ipsa quasi *B*

47 modo diuinitatis ora reseraret. hic nunc requiro, quis hoc
 umquam a nostris partibus fecerit, aut quis non inrisus fuerat,
 si putasset esse faciendum? inrisus utique, sicut a nostris
 omnia ferme religiosa ridentur. et ideo quid prodesse nobis
 praerogatiua illa religiosi nominis potest, quod nos catholicos 5
 esse dicimus quod fideles esse iactamus quod Gothos ac Wan-
 dalos haeretici nominis exprobratione despiciamus, cum ipsi
 48 haeretica prauitate uiuamus? itaque rectissime nobis dicitur
 illud, quod Iudaeis in lege fidentibus dixit sermo diuinus:
 quomodo dicitis, sapientes sumus et lex domini 10
 nobiscum est? nolite, inquit, cōfidere in uerbis
 mendacii dicentes: templum domini, templum do-
 mini, templum domini est. quoniam si benedirexe-
 ritis uias uestras et studia uestra, aduenae et
 pupillo et uiduae non feceritis calumniam, nec 15
 sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, ha-
 bitabo uobiscum in loco isto a saeculo usque in
 saeculum. quo utique ostenditur quod, si ista non facimus,
 superflue nobis catholici nominis praesumptione plaudamus.
 49 sed hinc iam et superius satis dictum est et adhuc forte dicetur, 20
 nec opus est ut de hoc amplius disseramus, ubi dei iugē iudi-
 cium est. quid enim uel de nobis uel de Gothis ac Wandalis
 deus iudicet res probat: illi crescunt cotidie nos decrescimus,
 illi proficiunt nos humiliamur, illi florent et nos arescimus.
 ut uere in nos ueniat dictum illud, quod de Saul ac Dauid 25
 ait sermo diuinus: quia Dauid erat proficiens et semper
 se ipso robustior, domus autem Saul decrescens
 cotidie. iustus est enim, ut propheta ait, iustus est dominus
 et rectum iudicium suum.

10 Hierem. 8, 8

11 Hierem. 7, 4

26 II Reg. 3, 1

28 Psal. 118, 137

5 religiosae B

13 direxeritis *Vulgata*: dixeritis AB (*rell.*)

14 et aduenae B

19 superfluae *punct.* a A

20 dicendum (di-

cendū *unde primum dicendum tum crebra permutatione u et o litt.* di-cendo) *scripsimus*: dicendo A dicitur B *Halmius*

23 probant B

28 iustus ≈ *iterum in fin. lin.* A

XII. Iudicamur itaque etiam praesente iudicio a deo, et ideo 50
 excitata est in perniciem ac dedecus nostrum gens ignauissima,
 quae de loco ad locum pergens de urbe in urbem transiens
 uniuersa uastaret. ac primum a solo patrio effusa est in Ger-
 5 maniam proximam, nomine barbaram ditione Romanam: post
 cuius primum exitium arsit regio Belgarum deinde opes Aquit-
 tanorum luxuriantium et post haec corpus omnium Galliarum,
 sed paulatim id ipsum tamen, ut, dum pars clade caeditur,
 pars exemplo emendaretur. sed ubi apud nos emendatio aut 51
 10 quae pars Romani orbis quamuis afflicta corrigitur? omnes
 enim, ut legimus, declinauerunt, simul inutiles
 facti sunt. et ideo propheta ad deum clamat et dicit: per-
 cussisti eos et non doluerunt, adtriuisti eos et
 renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt fa-
 15 cies suas super petram et noluerunt reuerti. quam
 uere autem etiam hoc in nos cadat res ipsa indicat. uastata 52
 est diu Gallia: ergo emendata est, cum in uicino esset,
 Hispania? nec inmerito, quia nullus erat omnino timor nulla
 correctio, flammis, quibus arserant Galli, Hispani ardere coe-
 20 perunt. in quo illud est, ut supra dixi, sceleratissimum et
 grauissimum, quod cum arserint, ut ita dicam, membra homi-
 num peccatorum, curata non sunt uitia peccantium. et ideo
 compulsus est criminibus nostris deus, ut hostiles plagas de
 loco in locum de urbe in urbem spargeret et excitas paene
 25 ab ultimis terrae finibus gentes etiam trans mare mitteret,
 quae Afrorum scelera punirent. quid enim? numquid abductae 53

10 Psal. 13, 3. 52, 4 12 Hierem. 5, 3

1 praesenti *ex praesente A corr. m. 2 idem post* imperniciem
 2 ignauissima *om. ed. Pithoeana et posteriores ante Halmium* 3 in
 locum *B* de orbem *B* (de orbe in orbem *Ttv*) 5 proximam
scripsimus: prouinciam Hartelius primam AB Halmius 7 haec] *de*
confusione altera hic in v et ed. pr. obuia cfr. Sitz.-Ber. p. 21 sq.
 10 orbis *ex urbis A corr. m. 1* 11 declinauerint *B* 14 ren-
 nuerunt *priore n punct. A* 15 et *om. A* 16 in nos hoc *B*
 17 emendata (*s. scr. m. 2 Ñ = non*) est *A* 24 de orbe in orbem
B excitas *s. scr. m. 2 ta A excitas B* 26 quiafrorum
(sic) A

a solo patrio degere intra Gallias non potuerant? aut ut non degerent, quem timebant quae inlaesae a nobis usque ad tempus illud cuncta uastauerant? sed esto, intra Gallias formidabant. quid in Hispania, ubi etiam exercitus nostros bellando contriuerant, numquid consistere aut permanere metuebant iam ⁵ uictores iam triumphantes, quibus usque ad hunc fortitudinis fastum contigerat ascendere, ut post experimenta belli diu parati intellegerent sibi Romanae rei publicae uires etiam cum barbarorum auxiliis pares esse non posse?

54 XIII. Potuerunt ergo illic degere nec timebant. sed illa ¹⁰ utique caelestis manus, quae eos ad punienda Hispanorum flagitia illuc traxerat, etiam ad uastandam Africam transire coge-
bat. ipsi denique fatebantur non suum esse quod facerent: agi enim se diuino iussu ac perurgeri. ex quo intellegi potest quanta sint mala nostra, ad quos uastandos atque cruciandos ¹⁵ ire barbari compelluntur inuiti secundum illud scilicet, quod uastator terrae Israheliticae rex Assyriorum ait: numquid sine domini uoluntate ascendi ad locum istum? dominus dixit mihi: ascende ad terram hanc et demolire eam. et alibi sacer sermo: haec dicit dominus ²⁰ exercituum, deus Israhel: ecce ego mittam et adsumam Nabochodonosor regem Babylonis seruum
55 meum, ueniensque percutiet terram Aegypti. unde agnoscere possumus cuncta quidem, quae adfliguntur, iudicio dei perculti, sed tamen, ut saepe memorauit, propter peccata ²⁵ subuerti. ac per hoc quicquid actum est peccatis non deo ad-

17 Isa. 36, 10

20 Hierem. 25, 8. 43, 11

1 intra *B* s. l. ut non *corr. B* ex non 2 inlaesae ex inlesa
A corr. m. 2 3 sto s. *scr. e m. 2 A* 4 etiam *om. B*
 in bellando *B* contriuerat s. a *scr. n m. 2 A*, item statim metuebat
 7 factum *B* contigerat ex contegerat *A corr. m. 2* 12 ua-
 standū *A* *cf. supra §. 26* 13 cogebant *punct. n A* 14 se* di-
 uino iusso (*super o scr. m. 2 u*) *A* perurgeri ex -re *A corr. m. 2*
 17 a*it *A* fuit absque dubio aut ut habet *B (Ttv)* 21 mittam ad-
 summum (*sic*) *A* 22 Nabuchodonosor *B* babilonis *A*
 23 ueniens quipercuti et terram (*sic*) *A* 24 possimus *super i scr. u*
m. 2 A cunctos quidem, qui *coni. Rittershusius*

scribendum, quia recte illi rei factum adscribitur, quae ut
 quid fieret exegit. nam et homicida, cum a iudice occiditur,
 suo scelere punitur, et latro aut sacrilegus, cum flammis
 exuritur, suis criminibus concrematur. unde et quod Wandali 56
 5 ad Africam transierunt non est diuinae seueritati sed Afrorum
 sceleri deputandum; graui enim eos, antequam illuc pergerent,
 ac longa iniquitate traxerunt. et ideo intellegere debemus, quia
 pietatis diuinae fuit, quod poenam diu debitam distulit, pia-
 culorum autem et criminum, quod aliquando peccator populus
 10 quae merebatur excepit. nisi forte Afros hoc non meruisse
 credimus, cum utique nulli magis, utpote in quos omnia simul
 improbitatum atque impuritatam genera confluerint. ceteri 57
 enim homines, etsi nonnullis uitiorum flagitiis obligati sunt,
 quibusdam tamen non implicantur, etsi uinolentia non carent
 15 maliuolentia carent, etsi libidine aestuant rapacitate non sae-
 uiunt: multos denique, etsi accusat incontinentia corporum,
 simplicitas commendat animorum. in Afris uero paene omni-
 bus nihil horum est, quod ad utrumque pertineat, id est bonum
 aequae ac malum, quia totum admodum malum. adeo exclusa
 20 naturae originalis sinceritate aliam quodammodo in his naturam
 uitia fecerunt.

XIII. Exceptis enim paucissimis dei seruis quid fuit totum 58
 Africae territorium quam domus una uitiorum, aeneo illi
 similis, de quo propheta dicit: o ciuitas sanguinum!
 25 aeneum, in quo est aerugo, non exiit de eo, quia
 sanguis non exiet de eo? ciuitatem, ut uidemus, aeneo et
 iniquitatem sanguini comparauit, ut intellegamus scilicet sic
 esse in ciuitate populi iniquitatem, sicut in aeneo sanguinem

24 Ezech. 24, 6

2 exigit <i>A</i>	5 seueritatis <i>sed s fin. in ras. A</i>	11 utpote <i>ex</i>
utpute <i>A corr. m. 1</i>	13 flagitiorum uitiiis <i>B</i>	19 ammodum
<i>A</i>	20 sinceritate <i>ex sentiritate A corr. m. 2</i>	23 territorum
<i>s. scr. ult. syll. i A</i>	25 exit <i>B, item statim pro</i>	26 ciuitate
tate et uidimus et sanguine <i>A</i>	27 comparauit <i>B corr. ex com-</i>	paramus

bullientem. non dissimile autem est huic illud sermonis sacri:
 factae sunt mihi domus Israhel commixtae omnes
 aeramento et ferro et stanno et plumbo, in medio
 argentum permixtum est. propterea dic haec: sic
 dicit dominus deus: pro eo, quod facti estis omnes 5
 in permixtionem unam, conflabo uos et insufflabo
 59 in uos in igni irae. dissimillima inter se genera metallorum
 sacer sermo memorauit. et quomodo in eodem conflatorio res
 diuersae conflantur? scilicet quia in diuersitatibus metallorum
 dissimilitudo hominum designatur. et ideo etiam argentum, 10
 id est nobilioris materiae metallum, isdem ignibus datur, quia
 naturae nobilioris ingenium uita degenerante damnarunt. sicut
 etiam de principe Tyri dixisse legimus dominum per pro-
 phetam: fili hominis, accipe lamentum super prin-
 cipem Tyri, et dic illi: haec dicit dominus deus: 15
 tu consignatio similitudinis, et corona decoris in
 deliciis paradisi fuisti: omnem lapidem optimum
 indutus es, sardium et topazium et smaragdum.
 et iterum argento, inquit, et auro implesti thesauros
 tuos, a multitudine negotiationis implesti prom- 20
 60 ptuaria tua. quae omnia numquid non talia sunt, ut specia-
 liter de Afris dicta uideantur? ubi enim maiores thesauri ubi
 maior negotiatio ubi promptuaria pleniora? auro, inquit, im-
 pletis thesauros tuos a multitudine negotiationis
 tuae. ego plus addo: tam diuitem quondam Africam fuisse, 25
 ut mihi copia negotiationis suae non suos tantum sed etiam

2 Ezech. 22, 18

14 Ezech. 28, 11

19 Ezech. 28, 4

1 sermonis sacri *ut uid. B; in A(Tv) certe est sacri sermonis quod
 Halmius non adnot., qui idem paulo ante dissimilis ex A (praeter B)
 adfert; ego dissimile bis enotaui* 2 commixti* (sic) A (non m. 1 ut
 ait Halmius) 3 stagno AB (rell.) et in B 6 imper-
 mixtionem A 7 igne B 8 res diuersae conflantur *in v corr.*
Brassicanus: res diuersa (-sas B) conflatur AB Halmius 9 confla-
 torio ex -turio A *corr. m. 2* 11 hisdem A 12 uita degenerante]
cf. adn. ad p. 160, 5 et Ad Eccl. II 22 13 de B s. l. 17 de-
 litiis ex dilitiis A *corr. m. 2* optimum] preciosum B 18 tho-
 patium A topatium B m. 1 19 argentum in quid B 20 prom-
 tuaria B 26 suos *cum edd. Halmius: suas AB*

mundi thesauros uideatur implese. et quid post haec? exaltatum est, inquit, cor tuum in decore tuo, propter multitudinem peccatorum tuorum in terram te proieci. quomodo Africanae potentiae et hoc competit aut 61
 5 quemadmodum proiecta esse uidetur in terram? quomodo nisi quia, quando amisit potentiae ueteris altitudinem, quasi caelestem perdidit dignitatem? et educam, inquit, ignem de medio tui, hic te deuorabit. quid hac re uerius? de media quippe eorum iniquitate ignis peccati exiit, qui felicitatem prioris temporis deuorauit. et omnes, inquit, qui te
 10 nouerunt inter nationes, contristabuntur super te. conuenire illis hoc non putemus, si non euersio Africani soli luctus est generis humani. perditio, inquit, factus es et non eris amplius in aeternum. in perditionem iam illic
 15 deducta omnia satis constat: superest ne malorum praesentium poenas etiam aeternorum continuatio consequatur.

XV. Non patiatur hoc autem pro affectu suae misericordiae 62
 deus. nam quantum ad meritum nostrorum criminum pertinet, ita se res habet, ut pati posse uideatur. quid enim piaculorum
 20 est non illic semper admissum? nec de omnibus dico, quia et enormia fere sunt et sciri ac dici tanta non possunt. de sola uel maxime obscenitate impuritatum loquor et, quod est grauius, sacrilegiorum. praetermitto in aliquo rabiem cupiditatis, uitium totius generis humani: praetereo auaritiae in-
 25 humanitatem, proprium est Romanorum paene omnium malum: relinquatur ebrietas, nobilibus ignobilibusque communis; tacea-

1 Ezech. 28, 17

7 Ezech. 28, 18

10 Ezech. 28, 19

13 Ezech. 28, 19

4 aut *ex ut A corr. m. 2* 5 quē ammodum *A* 6 quia *B*
s. l. 7 perderet *B* 9 medio *A* 14 imperditionem *A*
 illic iam *B* 16 aeterna *B* 21 inormia *praeter B et A habet*
m. 1 scire *A* 22 quid *B* 24 'est totius, malim' *Halmius,*
cui eidem paulo post 'scribendum uidetur communis (uel commune) est';
neutrum crediderim; immo Saluianus suo more dictionem uariasse
putandus est; (ceterum in A sic interpungitur locus: humani praetereo.
Auaritiae etc.) 25 quod proprium *B* 26 ebrietas *s. scr. m. 2*
 ti (*sic*) *A* ignobilibusque *ex -qui A corr. m. 2* commune**ceatur
 (*sic*) *A sed e in commune uoce ex i corr.*

tur superbia et tumor: tam peculiare hoc diuitum regnum est, ut aliquid forsitan de iure suo se putent perdere, si hinc sibi alius quicquam uoluerit uindicare: transeat denique prope omne fraudium falsitatum periuriorum nefas: nulla umquam
 63 his malis Romana ciuitas caruit. etsi specialius hoc scelus 5 Afrorum omnium fuit. nam sicut in sentinam profundae nauis conluuiones omnium sordium, sic in mores eorum quasi de omni mundo uitia fluxerunt. nullam enim improbitatem scio, quae illic non redundauerit, cum utique etiam paganae ac feræ gentes, etsi habent specialiter mala propria, non sint 10
 64 tamen in his omnia execratione digna. Gothorum gens perfida sed pudica est, Alanorum impudica sed minus perfida, Franci mendaces sed hospitales, Saxones crudelitate efferi sed castitate mirandi: omnes denique gentes habent sicut peculiaria mala ita etiam quaedam bona. in Afris paene omnibus nescio quid 15 non malum. si accusanda est inhumanitas inhumani sunt, si ebrietas ebriosi, si falsitas fallacissimi, si dolus fraudulentissimi, si cupiditas cupidissimi, si perfidia perfidissimi. impuritas eorum atque blasphemia his omnibus admiscenda non sunt, quia illis quae supra diximus malis aliarum gentium uitia, 20 his autem etiam sua ipsa uicerunt.

65 XVI. Ac primum, ut de impuritate dicamus, quis nescit Africam totam obscenis libidinum taedis semper arsisse, non ut terram ac sedem hominum, sed ut Aetnam putes impudicarum fuisse flammaram? nam sicut Aetna intestinis quibusdam 25 naturae feruentis ardoribus sic illa abominandis iugiter fornicationum ignibus aestuauit. nec uolo in hac re adsertionibus meis credi, testimonium requiratur generis humani. quis non omnes omnino Afros generaliter impudicos sciat nisi ad deum
 66 forte conuersos, id est fide ac religione mutatos? sed hoc tam 30

4 omnem *B* 5 etsi *ex et se A corr. m. 2: et B* 7 im-
 mores *A* de] in *B* 10 feræae sed ae punct. *A: ferreae B*
 12 Frances *B* 17 ebriosi sunt *B(T)* 20 aliorum praeter *BT*
etiam A, quod Halmius non adnot. 24 ethnam *B(T) item paulo*
 post ethna 26 feruentes *B* 29 impudicos generaliter *B, idem*
 statim forte ad deum

rarum est ac nouum quam rarum uideri potest quemlibet Gaium non esse Gaium aut quemcumque Seium non esse Seium. tam infrequens enim est hoc et inusitatum, impudicum non esse Afrum, quam nouum et inauditum Afrum non esse Afrum. 5 ita enim generale in eis malum impuritatis est, ut quicumque ex eis impudicus esse desierit, Afer non esse uideatur. nec discurram per loca singula aut cunctas discutiam ciuitates, ne studiose uidear quaerere atque inuestigare quae dicam. una 67 tantum uniuersarum illic urbium principe et quasi matre contentus sum, illa scilicet Romanis arcibus semper aemula, armis 10 quondam et fortitudine, post splendore ac dignitate. Carthaginem dico et urbi Romae maxime aduersariam et in Africano orbe quasi Romam: quae mihi ideo in exemplum ac testimonium sola sufficit, quia uniuersa penitus, quibus in toto mundo 15 disciplina rei publicae uel procuratur uel regitur, in se habuit. illic enim omnia officiorum publicorum instrumenta illic artium 68 liberalium scholae illic philosophorum officinae cuncta denique uel linguarum gymnasia uel morum: illic quoque etiam copiae militares et regentes militiam potestates illic honor procon- 20 sularis illic iudex cotidianus et rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potentiam consul: illic denique omnes rerum dispensatores et differentes inter se tam gradu quam uocabulo dignitates, omnium, ut ita dicam, platearum et competitorum procuratores, cuncta ferme et loca urbis 25 et membra populi gubernantes. hac ergo tantum contenti sumus 69 ad exemplum ac testimonium ceterarum, ut intellegamus scilicet quales illae fuerint ciuitates, quae minores habuerunt

1 Gaiuum *A utroque loco*, gauū et gaiuum *B* 2 Seium] seuum
B utroque loco 3 est enim *B* 8 studiose *ex studiosi A corr.*
m. 2 11 splendorem et dignitatem *AB(Ttv)* splendore et digni-
tate *edd.* 12 urbi *ex urbe A corr. m. 2* maximae *ex maxima*
A mut. m. 2, idem statim orbe *ex urbe* 16 illis *super s scr. c*
m. 2 A 17 phylosophorum *A phylosoforum B* 18 gimnasia
A (de linguarum cf. ad praef. 1) 19 militares *ex -ris A corr.*
m. 1 20 cotidianus iudex *B* 24 comp&orum *A competitorum*
B cf. Indic. III 27 habuerunt *B corr. ex fuerunt*

- probi officii procurationes, cum uiderimus qualis extiterit, ubi summi semper fuere rectores. quo loco prope est ut paeniteat me promissionis meae, id est, quod superius sponendi, cunctis prope Afrorum criminibus praetermissis de impuritatibus praecipue ac blasphemiiis eorum me esse dicturum. uideo enim quasi scaturientem uitii ciuitatem, uideo urbem omnium iniquitatum genere feruentem, plenam quidem turbis sed magis turpitudinibus, plenam diuitiis sed magis uitiiis, uincentes se inuicem homines nequitia flagitiorum suorum, alios rapacitate alios impuritate certantes, alios uino languidos alios cruditate distentos, hos sertis redimitos illos unguentis oblitos, cunctos uario luxus marcere perditos, sed paene omnes una errorum morte prostratos, non omnes quidem uinolentia temulentos sed omnes tamen peccatis ebrios. populos putares non sani status non sui sensus, non animo incolumes non gradu, quasi in morem crapularum turbarum cateruatim in se ruentes.
- 71 iam uero illud cuiusmodi aut quam graue, genere quidem dispar, sed iniquitate non dispar, nisi in hoc dispar forte quia maius. proscriptiones dico orfanorum uiduarum afflictiones pauperum cruces: qui ingemescentes cotidie ad deum ac finem malorum inprecantes et, quod grauissimum est, interdum uinimiae amaritudinis etiam aduentum hostium. postulantes, aliquando a deo impetrarunt, ut euersiones tandem ac barbaris in commune tolerarent, quas soli a Romanis ante tolerauerant.
- 72 XVII. Sed esto haec omnia praetermittantur, quia et in omni ferme aguntur orbe Romano et sponendi me de his

1 procurationes *ex -nis A corr. m. 2* 3 professionis *B* 4 praecipuae *punct. a poster. A*
Brassicanus 5 me *om. AB (rell.); in v marg. adscr.*
6 scaturientem *s. scr. alt. r m. 2 A cf. ad I 43*
10 crudelitate *ex A adnot. Halmius* 11 unguentis *ex -tes A corr. m. 2*
14 omnes et ebrios et populos *A corr. ex omnis, ebrius, populus tamen om. B* 15 incolomes *AB* 16 immorem *A* in se ruentes (*sic*) *A*: inseruientes *B* 18 *ñ post iniquitate s. l. m. 2 A*
20 ingemescentes *ex ingemescentes A mut. m. 2* 23 euersionem *B* 24 ante (*a m. 2 add.*) romanis *B* 27 omni *ex omne A corr. m. 2 item post orbe ex urbe*

malis hoc loco pauca dicturum. quid ergo impudicitia atque
 impuritas, de qua loquor, numquid non ad euersionem Afrorum
 sola suffecerat? quae enim fuit pars ciuitatis non plena
 sordibus, quae intra urbem platea aut semita non lupanar?
 5 adeo omnia paene competa omnes uias aut quasi foueae libi-
 dinum interciderant aut quasi retia praetexebant, ut etiam
 qui ab hac re penitus abhorrerent tamen uitare uix possent.
 latronum quodammodo excubias uideres commeantium uiatorum 73
 spolia captantes, qui insidiarum frequentium densitate ita
 10 omnes admodum calles omnes anfractus ac diuerticula saep-
 sissent, ut nullus ferme tam cautus esset, qui non in aliquos
 insidiarum laqueos incurreret, etiam qui se de plurimis expe-
 disset. faetebant, ut ita dixerim, cuncti urbis illius ciues
 caeno libidinis, spureum sibimetipsis mutuo impudicitiae ni-
 15 dorem inalantes. sed horrore eis tamen horrida ista non erant, 74
 quia idem omnes horror infecerat. unam enim putes fuisse
 illic libidinum fornicationumque sentinam, caenum quasi ex
 omni platearum et cloacarum labe collectum. et quae illic
 spes esse poterat, ubi praeter id, quod in domini templo erat,
 20 nihil uideri penitus nisi sordidum non licebat? quamquam
 quid dicam in dei templo? hoc quippe totum ad sacerdotes
 tantum et clerum pertinet: quos non discutio, quia domini
 mei ministerio reuerentiam seruo, et quos ita solos puros fuisse
 arbitror in altario, sicut pereuntibus Sodomis solum Loth
 25 fuisse legimus in monte. ceterum quantum ad plebem per- 75

2 loquar s. a scr. o m. 1 A ad B s. l. uersionem super u
 add. e m. 2 A 3 suffecerat ex suffic. A corr. m. 2 item paulo post
 lupanar ex lupinar 5 comp&a et competa iterum AB ut supra §. 68
 compatarum 6 interciderant ex -cederant A corr. m. 1; cf. VI 14
 7 possint A 10 ammodum A anfractos super o scr. u m. 2
 A, idem statim deuerticola s. o scr. u 12 expetisset super t scr.
 m. 2 d A 13 fa&ebant A: foetebant B ancti super a scr. cu
 m. 2 A, idem 15 nitorem s. scr. d et inalantes s. scr. h 15 orrore
 super o init scr. h m. 2 A 16 omnes ex omnis A corr. m. 2
 20 non (om. B) licebat A 'fort. recte more Graecorum, cf. Roensch, Itala
 u. Vulgata p. 446' Halmius; recte opinor nec recipere dubitau
 quem quam. Quid (sic) A 22 tantum super an scr. o m. 2 A
 24 arbitror fuisse B 25 in monte legimus B

tinet, quis in illo numero tam innumero castus fuit? castum
 dico? quis non fornicarius non adulter, et hoc sine cessatione
 sine termino? rursum clamitem itaque necesse est: quae spes
 in illo populo esse poterat, ubi cum unus interdum adulter
 plebem ecclesiasticam polluat, ibi inter illa tot milia, si dili- 5
 gentissime quaereres, castum uel in ecclesia inuenire uix
 76 posses. plus multo dicam. utinam haec essent sola, quae
 diximus, et contenta illic uirorum impuritas fuisset solis sordi-
 darum mulierum fornicationibus inquinari. illud grauius et
 scelestius, quod illa, de quibus beatus apostolus Paulus cum 10
 summa animi lamentatione conqueritur, in Afris paene omnia
 fuerunt: scilicet quia masculi relicto naturali usu feminae
 exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos
 turpitudinem exercentes et mercedem quam oportuit erroris
 77 sui in semetipsos recipientes. et sicut non probauerunt deum 15
 habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, ut
 faciant quae non conuenit. numquid hoc beatus apostolus de
 barbaris ac feris gentibus dixit? non utique, sed de nobis,
 id est specialiter de Romanis: quos quidem Afri, quia nequa-
 quam olim uincere imperio ac sublimitate ualuerunt, quod 20
 potuerunt unum, impuritate uicerunt. quicumque ergo iure
 se mihi irasci putat magis apostolo irascatur, scilicet quia,
 quod dicimus nos fuisse Afros, hoc ille dixit dominos eorum
 esse Romanos.
 78 XVIII. Sed forte id uel occultum quod loquimur erat, aut 25
 saltim hoc prouidebant procuratores publicae passim disciplinae,

10 Rom. 1, 27. 28

1 qui *A* 4 de ubi *cf. indicem III; sed fort. sequens ibi (ubi*
Tv) inde ortum et delendum est 5 illa quod est in *A* non adnot.
Halmius: om. B et cum edd. Halmius 6 quaereres *sed re punct.*
A, idem statim possis; *fort. scrib. fuit* quaesieris — possis 8 fuisset
 sola *B(T)* 11 conqueritur *ex* *conquir. A corr. m. 2* 13 in in-
 uicem *praeter B etiam A (Halmius adn. inuicem): inuicem T Halmius*
cf. Rönsh Itala et Vulg. p. 233 16 in notitia habere *A sed adiecta*
sunt transpositionis signa 21 uincerunt *sed n priore punct. A*
 23 dominos *ex* dominus *A corr. m. 2* 25 aut] ut (*uel ac*) *B*
 26 hoc *B s. l.* publice passim disciplinae *ne (sed ne s. l. m. 2) A:*
ne publicae passim disciplinae B

ne oculos ciuitatis scelera propalata polluerent. quod si factum utique fuisset, quamuis multi extitissent opere ipso sordidi, non omnes tamen fuerant uisu atque animo sordidati, et solet res satis flagitiosa, quando agitur occulte, fidem facinoris non mereri. supra omnem autem monstruosi piaculi execrationem est scelus summum admittere et pudorem sceleris non habere. quid, rogo, fieri illic prodigiosius potuit? in urbe christiana, 79 in urbe ecclesiastica, quam quondam doctrinis suis apostoli instituerant, quam passionibus suis martyres coronarant, uiri in semetipsis feminas profitebantur, et hoc sine ullo pudoris umbraculo, sine ullo uerecundiae amictu, ac sic, quasi parum piaculi esset, si malo illo malorum tantum inquinarentur auctores, per publicam sceleris professionem fiebat etiam scelus integrae ciuitatis. uidebat quippe hoc uniuersa urbs et patiebatur, uidebant iudices et adquiescebant, populus uidebat et adplaudebatur, ac sic diffuso per totam urbem dedecoris scelerisque consortio, etsi hoc commune omnibus non faciebat actus, commune omnibus faciebat adsensus. sed finis aliquando forsitan mali aut emendatio aliqua labis istius fuit. quis credere 80 aut etiam audire possit, conuertisse in muliebrem tolerantiam uiros non usum suum tantum atque naturam, sed etiam uultum incessum habitum et totum penitus quicquid aut in sexu est aut in uisu uiri? adeo uersa in diuersum omnia erant, ut cum uiris nihil magis pudori esse oporteat, quam si muliebre 25 aliquid in se habere uideantur, illic nihil uiris quibusdam turpius uideretur, quam si in aliquo uiri uiderentur.

XVIII. Sed paucorum hoc, inquis, dedecus fuit, et quod 81 non a pluribus perpetratum est cunctis nocere non potuit.

2 multi *Brassicanus*, qui in *v* antecedens si *deleuit*: simul *AB* (si multi *praeter v* etiam *Tt*) 4 satis *om. B* 5 autem omnem *B* 8 quondam *super a proris syll. ser. o m. 2 A* 10 ullo *om. B* 14 *urb*s A*: ciuitas *B* 16 sic] si *B* defuso *A* 17 faciebant *B* hoc commune (*sic iterum*) actus *B* 19 labes *B(T)* istis *super i poster. scr. u m. 2 A*: ista *B* 20 possit in posset *A mut. m. 2* mulierem *B m. 1* 22 quicquid penitus *B* 23 uisu *A*: usu *B Halmius* uersam *sed m punct. A* 24 pudori (*sed i add., ut uid., m. 2*) *A*: pudor *B* muliebrae *punct. a A*

iam quidem supra dixi saepissime in dei populo etiam unius
 facinus pestem fuisse multorum, sicut ex furto Achar ruit
 populus, sicut ex zelo Saulis orta est pestilentia, sicut ex
 sancti Dauid dinumeratione mortalitas. ita est enim dei
 ecclesia quasi oculus. nam ut in oculum etiamsi parua sordes 5
 incidat, totum lumen obcaecat, sic in ecclesiastico corpore
 etiamsi pauci sordida faciant, prope totum ecclesiastici splen-
 82 doris lumen obfuscant. et ideo saluator ipse principalem
 ecclesiae partem oculum nominavit dicens: lucerna cor-
 poris tui est oculus tuus. si fuerit oculus tuus 10
 simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem
 oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum
 tenebrosum erit. unde et apostolus nescitis, inquit,
 quia modicum fermentum totam massam corrup-
 pit? quamuis ego illic non modicum de hoc malo, sed nimis 15
 fuisse dicam, non quia molles plurimi fuerunt, sed quia mol-
 lities paucorum labes est plurimorum. nam etsi pauci sint
 qui dedecorosa sustineant, multi sunt qui paucorum sordibus
 polluantur. sicut enim una meretrix multos fornicatores facit,
 sic plurimam ferme populi partem inquinat paucorum effe- 20
 minatorum abominanda permixtio. et nescio qui eorum ante
 deum deteriores sint, cum aequali in scriptis sacris sorte
 damnentur. neque enim molles, inquit, neque mascu-
 83 lorum concubitores regnum dei possidebunt. illud
 ergo magis ingemescendum atque lugendum est, quod tale hoc 25
 scelus crimen etiam totius rei publicae uidebatur et uniuersa
 Romani nominis dignitas facinoris prodigiosi inurebatur in-
 famia. cum enim muliebrem habitum uiri sumerent et magis

2 Iosue 7 4 I Reg. 19. II Reg. 24 9 Matth. 6, 22
 13 I Cor. 5, 6 23 I Cor. 6, 10

2 furto *ex furto A corr. m. 2* 3 exorta *B* 4 sancti *om.*
B(T) numeratione *B* 5 sordes *ex sordis A corr. m. 2* sor-
 dis *B* 10 oculus tuus fuerit *B* 15 ego] ergo *A* 16 fuerint
B (fueŕ A) mollicies *AB* 17 labes *ex labis A corr. m. 2*
 sint *s. scr. u m. 2 A* sunt *B* 22 sorde *A* 25 ingemescendum
sed e tertiae syll. mut. in i m. 2 A

quam mulieres gradum frangerent, cum indicia sibi quaedam
 monstruosae impuritatis innecterent et femineis tegminum
 inligamentis capita uelarent, atque hoc publice in ciuitate
 Romana, urbe illic summa et celeberrima, quid aliud quam
 5 Romani imperii dedecus erat, ut in medio rei publicae sinu
 execrandissimum nefas palam liceret admitti? potestas quippe
 magna et potentissima, quae inhibere scelus maximum potest,
 quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari; in cuius
 enim manu est ut prohibeat iubet agere, si non prohibet
 10 admitti.

XX. Iterum, quia dolor exigit, ab his qui irascuntur 84
 requiro, in quibus haec barbaris gentibus aut facta sint um-
 quam aut fieri publica impunitate licuerit? denique, ne lon-
 gius de hac re ambigi aut inuestigari necesse sit, ipsos illos
 15 Africae uastatores Afrorum populis comparemus. uideamus
 quid simile a Wandalis factum sit. et certe barbari elatione 85
 tumidi uictoria superbi diuitiarum ac deliciarum affluentia
 dissoluti, qui profecto etiamsi continentissimi et castigatissimi
 semper fuissent, mutari tamen tanta rerum obsecundantium
 20 felicitate potuerunt, ingressi scilicet, ut in diuinis litteris
 scriptum est, terram lacte ac melle manantem fecundam,
 opulentissimam omnium deliciarum copiis quasi ebriam: in
 qua utique minime mirum fuerat si luxuriasset gens barbara,
 ubi similis quodammodo luxurianti erat ipsa natura. ingressos 86
 25 haec loca Wandalos quis non putet omni se uitiorum atque
 impuritatum caeno inmersisse aut, ut leuissime dicam, saltem
 illa fecisse, quae ab Afris iugiter facta fuerant, in quorum
 iura migrarant? et certe, si ea tantum, continentissimi ac

21 Exod. 13

1 quam *om.* B muliebres B quaedam sibi B 6 ad-
 mitti. Admitte *sed* Admitte *punct.* A m. 1 8 perpetrare A
 9 agi B si A *add. s. l. m.* 2 12 sint *ex ed. pr. Halmius:*
 sunt AB(Ttv) 13 licuerint B 14 inuestigare A 17 deli-
 ciarum ac diuitiarum B 18 castiga*tissimi A 19 mutare A
 21 ac] et B 22 dilitiarum *ut paulo ante* A 23 mimum B
 28 si ea *ex sic a A corr. m. 2*

- modestissimi iudicandi erant, quos non fecisset corruptiores ipsa felicitas. quotus enim quisque sapientium est, quem secunda non mutant, cui non crescat cum prosperitate uitiositas? ac per hoc temperantissimos fuisse Wandalos certum est, si quales illi fuerunt, qui capti ac subiugati sunt, tales illi 5
- 87 fuere uictores. igitur in tanta affluentia rerum atque luxuria nullus eorum mollis effectus est. numquid parum uidetur? certe familiariter etiam nobiles hoc fuere Romani. sed quid adhuc addo? nullus uel qui Romanorum illic mollium pollueretur incestu. certe hoc apud Romanos iam pridem tale 10 existimatum est, ut uirtus potius putaretur esse quam uitium, et illi se magis uiriliter fortitudinis esse crederent, qui maxime
- 88 uiros feminei usus probrositate fregissent. unde etiam illud fuit, quod lixis puerorum quondam exercitus prosequentibus haec quasi bene meritis expeditionibus stipendia laboris de- 15 cernebantur, ut quia uiri fortes essent, uiros in mulieres demutarent. pro nefas! et hoc Romani, plus addo, et hoc Romani non huius temporis, attamen, ne ueteres accusemus, Romani, sed non antiqui, iam scilicet corrupti iam dissoluti iam sibi ac suis dispares et Graecis quam Romanis similiores, 20 ut, quod saepe iam diximus, minime mirum sit, si Romana res publica aliquando patitur, quod iam diu meretur.
- 89 XXI. Haec ergo impuritas in Romanis ante Christi euangelium esse coepit et, quod est grauius, nec post euangelia cessauit. et quis post haec non admiretur populos Wanda- 25 lorum? qui ingressi urbes opulentissimas, ubi haec omnia passim agebantur, ita delicias corruptorum hominum indepti sunt, quod corruptelas morum repudiarunt, et usum bonarum rerum possident, malarum inquinamenta uitantes. sufficere

6 affluentia *super* a *scr. d m. 2 A* luxurias *AB*; unde fort. locus sic constituendus est: in tanta...luxuria (si) nullus eorum mollis effectus est, numquid parum uidetur? 8 hoc nobiles *B* 20 similiores *ex* semeliores *A corr. m. 2* 22 publica *B ut saepius* 25 populos *ex* populus *A corr. m. 2* 26 urbem (*corr. ex* urbes) opulentissimam *B* 27 delitiis *ex* dilitiis *A corr. m. 2 et super i add. fin. a* 28 *de* quod = ut *post* ita *cf. Indicem III* 29 subficere *super b scr. m. 2 f A*

igitur ad laudem eorum haec possunt talia, etiamsi alia non dicam: abominati enim sunt uirorum impuritates; plus adhuc addo: abominati etiam feminarum, horruerunt lustra ac lupanaria, horruerunt concubitus contactusque meretricum. num- 90
 5 quid hoc credibile ullis uideri potest, Romanos haec admisisse, barbaros horruisse? aut numquid est post ista, quae diximus, quod dici posse uideatur? sed est tamen et multo plus est. nam quod uitasse eos res foedas diximus, minus est; potest enim quis inhonesta horrere, non tollere: illud magni ac
 10 singularis est meriti, non solum ipsum labe non pollui, sed prouidere etiam ne umquam alii polluantur. procurator enim est quodammodo salutis humanae, qui non tantum id agit, ut ipse bonus sit, sed efficere et hoc nititur, ut alii mali esse desistant. grande est profecto, quod dicimus, grande ac su- 91
 15 pereminens. quis credit Wandalos in ciuitatibus Romanis ista fecisse? remota quippe est ab illis omnibus carnis impuritas. at quomodo remota? non sicut remoueri aliqua a Romanis solent, qui statuunt non furandum et furantur, qui statuunt non adulterandum et primi adulterant. quamuis paene non
 20 possim dicere, quod furentur; non enim sunt quae agunt furta, sed latrocinia. punit enim iudex in alio peculationem, cum sit ipse peculator, punit rapinam, cum ipse sit raptor, punit sicarium, cum ipse sit gladiator, punit effractores claustrorum et ostiorum, cum sit ipse euersor urbium, punit expoliatores
 25 domorum, cum sit ipse expoliator prouinciarum. atque hoc 92

1 talia *B(Ttv)*: tali *sed punctis suppositis A* talia *uncinis inclusit Halmius sed, puto, Saluianus consulto addidit, ut saepe alias pronominibus hic et qui (cf. §. 104: haec talia praedicantem: IIII 41: ad quos utique tales alias u. Ind. III s. u. talis) et praeterea more suo lusit talia, alia* 5 *ullis uideri] ulli suadere (corr. m. 2 -ri) A*
 7 *posse uid*** sed (sic) A* est] *in fin. l. (tertio) A* 12 *quod- admodo sed d med. punct. A* 13 *et om. B* et hoc *ni*** alii A* 14 *grade A* 15 *credit A (quod apud Halmium deest): credat B Halmius* 17 *ad s. scr. m. 2 t A* 18 *qui — furantur B post adulterant habet* 20 *possim Tv et edd.: possū A possum B; cf. Indicem III s. u. quamuis* 21 *in al* pecul*+nē A (in alio peculationem B)* 23 *secarium AB* sit ipse gladiator *B* effractores *A* 24 *hostiorum AB* 25 *prouintiarum A*

utinam illi tantum, qui in potestate sunt positi et quibus ius exercendorum latrociniorum honor ipse largitur: illud grauius ac magis intolerabile, quod hoc faciunt et priuati, isdem ante honoribus functi. tantum eis indeptus semel honor dat beneficii, ut semper habeant ius latrocinandi. adeo etiam, cum 5 destiterint ad administrandum potestatem habere publicam, non desinunt tamen ad latrocinandum potestatem habere priuatam, ac sic leuior est potestas illa quam habuerunt iudices, quam haec quam priuati habent; in illa enim eis saepe succeditur, in hac numquam. ecce quid ualeant statuta legum, 10 ecce quid proficit definitio sanctionum, quae illi spernunt maxime qui ministrant. sane ad parendum humiles abiectique coguntur, compelluntur iussis obtemperare pauperculi, et nisi obtemperauerint, puniuntur. eandem enim in hac re rationem habent quam in tributis: soli iussis publicis seruiunt, sicut 15 soli tributa soluunt. ac sic in ipsis legibus et in ipsa iusta rerum praeceptione maximum iniustitiae scelus agitur, cum ea minores quasi sacra obseruare cogantur, quae maiores iugiter quasi nulla conculcant.

94 XXII. Excessi paulisper coeptum sermonis ordinem rerum 20 indignitate compulsus: nunc ad superiora redeamus. diximus quippe plenas fuisse impuritatibus monstruosis Africae ciuitates et praecipue illic reginam et quasi dominam, Wandalos autem his omnibus non fuisse pollutos. non tales ergo isti, de quibus loquimur, barbari ad emendandam nostrarum turpitudinum 25 labem extiterunt. abstulerunt enim de omni Africae loco sordes uirorum mollium, contagiones etiam horruere meretricum, nec horruerunt tantum aut temporarie summouerunt, 95 sed penitus iam non esse fecerunt. o pie domine! o saluator bone! quantum efficiunt per te studia disciplinae, per quae 30 mutari possunt uitia naturae, sicut ab illis scilicet immutata

3 hisdem *A* 6 destiterint *ex* distiterint *A corr. m. 2* ad
om. B publicam — potestatem habere *B in marg.* 12 quae-
 ministrant *punct. ae et s. scr. i m. 2 A* 14 in hac creationem *sed c*
uocis creat. ex parte eras. et super at scr. c m. 2 A 26 loco *om.*
B 28 submouerunt *B (et T ut paulo post)* 31 mutare *A*
 naturae] disciplinae *B*

sunt. at quomodo immutata? interest enim non solum effectus rerum, sed etiam effectuum causas dicere. difficile est quippe impudicitiam uerbo aut iussione tolli, nisi fuerit ablata, et difficile est pudicitiam uerbo exigi, nisi fuerit exacta. quod 96
 5 illi utique scientes sic impudicitiam summouerunt, quod impudicas conseruauerunt, non interficientes mulierculas infelices, ne uitiorum curam crudelitate respergerent, et dum peccata auferre cuperent, ipsi in peccatorum resecatione peccarent. sed ita errantes emendauerunt, ut factum eorum medicina
 10 esset, poena non esset. iusserunt siquidem et compulerunt 97 omnes ad maritalem torum transire meretrices, scorta in conubia uerterunt, implentes scilicet apostoli dictum atque mandatum, ut et unaquaeque mulier uirum haberet suum et unusquisque uir coniugem suam; ut quia cohiberi inconti-
 15 nentia sine hac carnalis usus permissione non posset, ita legitimum usum calor corporalis acciperet, ut peccatum incontinentia non haberet. in quo quidem non id tantummodo 98 prouisum est, ut uiros feminae haberent, quae sine uiris esse non possent, sed etiam ut per conseruatores domesticos saluae
 20 essent, quae se ipsas seruare nescirent, et adhaerente eis iugiter gubernaculo maritali, etiamsi ad improbum eas facinus consuetudo ante actae impuritatis inliceret, coniugalis tamen custodia ab improbitate prohiberet. addiderunt quoque hoc ad 99 libidinem comprimendam, seueras pudicitiae sanctiones, de-
 25 cretorum gladio impudicitiam coercentes, ut puritatem scilicet utriusque sexus et domi conubii reseruet affectus et in

12 I Cor. 7, 2

1 ad s. scr. t m. 2 A 3 ablata] emendatione sublata proposita
 olim Sitz.-Ber. p. 29 opus non esse docent loci quales sunt II 12 et
 IIII 74 ubi eodem modo uerba tollere et auferre se excipiunt 5 sic
 pudicitiam B 11 thorum B 13 et ut B 15 permissione
 conl. p. 188, 17 Hartelius: permixtione AB Halmius possit A
 17 quidem B in marg. 19 possint A 20 adhaerente eis] ad-
 haerentes B 21 tabernaculo B 22 ante factae B 23 prohi-
 berent B 26 connubii in v ex connubio corr. Brassicanus: conubio
 AB conubiorum proposui Sitz.-Ber. p. 29 (u. supra u. 12 conubia)
 conubiorum seruaret (pro reseruet) suspicatur Hartelius affectus
 praeter B etiam A habet, non effectus ut apud Halmium

- publico metus legum, ac sic duplici praesidio castimonia niteretur, cum et intus esset quod amaretur et foris quod timeretur. leges autem ipsae nequaquam illis sunt legibus consentaneae, quae ita partem improbitatis remouent, ut partem obscenitatis admittant, aut ut Romana illa decreta, quae 5 scortatores quidem ab alienis uxoribus remouerunt, ad omnes autem solitarias passim admiserunt, adulteria uetantes, lupanaria aedificantes. timuerunt uidelicet ne nimis casti homines ac puri essent, si ab omni eos penitus impuritate prohiberent.
- 100 at non ita isti, de quibus loquimur: qui sic inhibuerunt 10 scorta ut adulteria, qui et feminas nullis uolunt esse feminas nisi maritis suis, et uiros nullis uolunt mulieribus esse masculos nisi uxoribus suis, qui euagari obscenas libidines extra legitimum torum non sinunt, leges suas scilicet ad diuinae legis regulam dirigentes, ut nihil sibi in hac re crederent 15 licere, quod deus uoluit non licere. et ideo non putauerunt a se ulli homini permittendum, nisi quod fuisset omnibus a diuinitate permissum.
- 101 XXIII. Scio quia intolerabilia quibusdam uidentur ista quae dicimus: sed ratione rerum agendum est, non libidine uolun- 20 tatum. dicat mihi quisquis ille est, qui indignatur me ista dicere: numquid non sapientissimus omnium Socrates semper existimatus est, testimonio scilicet etiam Delfici daemonis, qui quasi princeps philosophorum sicut daemoniorum erat? uideamus ergo quas Socrates de pudicitia leges sanxerit et 25

2 niteretur] uisitaretur *B* 3 illisunt *s. scr. alt. s m. 2 A*
 5 amittant *B* 7 lupanaria *super pi scr. a m. 2 A* 10 ad *s. scr. t m. 2 A* ita isti] de *tertia confusione in v et ed. pr. hinc incipiente cf. Sitz.-Ber. p. 22* 12 et uiros—uxoribus suis *A in marg. inferiore habet m. 2 uel 1 (om. etiam T)* mulieribus *A* 14 legitimum thorum *B* 15 legis *ex leges A corr. m. 2* sibi] ibi *A* 16 licere (*post non*) *om. B m. 1* 17 illi *super i priore scr. u m. 2 A* 20 uoluntatum *Halmius: uoluptatum A, uolo tantum B* 21 ita *s. scr. s m. 2 A* 22 dicere; numquid non...erat. *interpunxit cum edd. Halmius* num** non sap. *B* Socrates *ex Socratis A corr. m. 2 hic et statim bis* 23 etiam *om. B*
 25 sanxerit *A*

quas illi, de quibus loquimur. uxorem, inquit Socrates, pro-
 priam nullus habeat, matrimonia enim cunctis debent esse
 communia; sic namque maior erit concordia ciuitatum, si
 omnes uiri feminis sine discretione omnibus misceantur et
 5 omnes se scilicet feminae omnibus uiris sine distinctione sub-
 sternant, ac si fiant omnes uiri omnium mulierum mariti,
 omnes feminae uirorum omnium uxores. numquid ullum um- 102
 quam aut freneticum aut daemonicum, uaria insaniarum labe
 furiosum, tale aliquid locutum esse cognouimus? tu dicis,
 10 maxime philosophorum, hac ratione omnes uiros esse femi-
 narum omnium maritos et omnes feminas uirorum omnium
 uxores et paruulos omnes omnium filios. at ego hac ratione
 dico neque ullum uirum ullius feminae maritum neque ullam
 mulierem ullius masculi uxorem neque ullum pignus ullius
 15 parentis filium; ubi enim promiscua omnia et confusa sunt,
 nemo est qui suum possit aliquid uindicare. nec sufficit 103
 sapientissimo, ut quidam aiunt, philosopho docere hoc, nisi
 ipse fecisset; uxorem enim suam alteri uiro tradidit, scilicet
 sicut etiam Romanus Cato, id est alius Italiae Socrates. ecce
 20 quae sunt et Romanae et Atticae sapientiae exempla: omnes
 penitus maritos, quantum in ipsis fuit, lenones uxorū suarum
 esse fecerunt. sed uicit tamen Socrates, qui de hac re et
 libros condidit et memoriae haec pudenda mandauit. plus
 habet unde gloriari sibi praeceptis suis possit: quantum ad
 25 doctrinam suam pertinet, lupanar fecit e mundo. iniuste dam- 104
 natus dicitur a iudicibus. et uerum est; rectius enim eum
 haec talia praedicantem genus damnaret humanum, sicut
 absque dubio damnauit. nam cum in hac re doctrinam eius

4 feminas *B* 8 demonicum *B m. 1* 9 agnouimus *B*
 12 ad s. scr. t m. 2 *A* 13 ullius *om. A* 16 sufficit *A ut qui-*
dem malebat Rittershusius 17 agunt *A* dicere hoc *Ritters-*
husius 19 Socratis *A* 25 lupinar *super pi scr. a m. 2 A*
 e *om. B* 26 haec eum *B* 28 condempnauit *AB damnauit cum*
edd. Halmius; retinere non dubitauit condempnauit quia talis uariatio
uerbi auctori perplacuisse uidetur, ut iam monitum est; ceterum cf.
 §. 105: constituit . . statuerunt et VII 2: inrideri debeant qui se rideri
 uolunt et *Indicem III*

omnes repudiauerint, omnes eum non solum sententiae auctoritate, sed, quod multo maius est, uitae electione damnauerunt, et recte. conferantur enim cum his, quae ille constituit, illa quae statuerunt hi, quos dominari Africae deus iussit. statuit ille ut nullus penitus suam haberet uxorem, 5 isti ut nullus penitus non suam; ille ut omnis femina uiris omnibus subiaceret, isti ut nulla femina alium quam uirum suum nosset; ille generationem mixtam atque confusam, isti puram et ordinatam; ille omnes domos scortari uoluit, isti nullam; ille in cunctis habitaculis lupanaria aedificare conatus 10 est, isti etiam e ciuitatibus sustulerunt; ille prostare uoluit omnes uirgines, isti castas fecere meretrices. atque utinam hic Socratis tantum error fuisset, non et complurium Romanorum ac paene omnium: qui etsi nequaquam Socratis uitam in ceteris, in hac re tamen Socratica instituta sectantur, quia 15 et complures uiri uxores plurimas singuli et innumerae mulieres uiros complures singulae habent. omnes denique ciuitates numquid non lustris plenae sunt ac lupanaribus foetent? et quod dixi omnes, certe nobilissimae quaeque ac sublimissimae; adeo dignitas atque etiam praerogatiua est haec honorum 20 in magnis urbibus, ut quantum praecellunt ceteris magnitudine, tantum praestent impuritate. et quae esse, rogo, Romano

2 magius *punct.* u *A*, *idem paulo post illae punct.* a 5 suam haberet u.—penitus *B in marg.* 10 lupanaria ut paulo post lupanaribus *A* 11 illi (*corr. m. 2 ille*) prestare *A* ille prostrare *B* 19 quod *AB*: quid *ex ed. princ. Halmius post omnes interrogationis signo posito, non recte, opinor, propter dixi pro quo exspectes dico (ut re uera est in Baluzii ed. quarta); quod retinuimus mutato uidelicet interrogationis signo post omnes* 20 dignitas qua&tiam praerogatiua est *A*, dignitas quae etiam p. e. *B* (*item T, nisi quod pro quae habet que*); *locum corruptum Halmius sic constituit: sublimissimae adeo dignitatis: quia etiam et praerogatiua est (adeo dignitatis: et iam Baluzius scripsit et interpunct; sed cf. locum simillimum VIII 14 non omnes...sed potentissimi ac sublimissimi); Mommsenus sic: sublimissimae; adeo dignitasque etiam et praerog. est; neutri assentiens, quia in libris est dignitas et post etiam deest et, sic potius Salu. scripsisse puto: sublimissimae; adeo dignitas atque etiam praerog. est nec dubitauit haec auctori ut sua reddere*

statui spes potest, quando castiores ac puriores barbari quam Romani sunt? parum est quod dicimus: quae nobis, rogo, ante deum aut uitae esse aut ueniae spes potest, quando castitatem in barbaris cernimus et nec sic casti sumus? 5 erubescamus, quaeso, et confundamur. iam apud Gothos impudici non sunt nisi Romani, iam apud Wandalos nec Romani: tantum apud illos profecit studium castimoniae, tantum seueritas disciplinae, non solum quod ipsi casti sunt, sed, ut rem dicamus nouam, rem incredibilem, rem paene etiam inaudita- 10 tam, castos etiam Romanos esse fecerunt. si infirmitas id 108 humana pateretur, exclamare super uires meas cuperem, ut toto orbe resonarem: pudeat uos, Romani ubique populi, pudeat uitae uestrae. nullae paene urbes lustris nullae omnino impuritatibus uacant, nisi illae tantum, in quibus barbari esse 15 coeperunt. et miramur si miseri qui tam impuri sumus, miramur si ab hoste uiribus uincimur qui honestate superamur, miramur si bona nostra possident qui mala nostra execrantur. nec illos naturale robur corporum facit uincere nec nos naturae infirmitas uinci. nemo sibi aliud persuadeat nemo aliud 20 arbitretur: sola nos morum nostrorum uitia uicerunt.

4 castatem s. scr. m. 1 ti A 7 proficit A 8 sunt A, quod *Halmium fugit, qui idem ait in adn. crit. 'fort. sunt';* sint B; nos igitur sunt recepimus, praesertim cum sequatur fecerunt et, ubicumque apud *Salu.* ita (sic), quod pro ita (sic), ut adhibetur indicatiuus appareat, sic I 15. III 14. V 32. VII 89. 96. ad *Eccl.* II 8. 19 ut A s. l. m. 2 12 nos ut statim nostrae A 13 urbes ex urbis A corr. m. 2 14 illi A 15 impurissimos sed alt. s punct. et super o scr. u m. 2 A, impuri sumus B; impuri simus *Halmius, qui propterea in seqq. add.: 'fort. superemur' et adicere debebat 'et execrentur'* 20 post uicerunt in A subscriptio est: EXPLICIT LĪB. SEPTIMUS. INCĪP. LĪB. OCTAUIUS LEGE FELICITER.

LIBER VIII.

1 I. Arbitror, immo certus sum fastidiosam plurimis stili
 huius prolixitatem fore, maxime quia morum nostrorum uitia
 castigat. omnes enim admodum se laudari uolunt: nulli grata
 reprehensio est. immo, quod peius multo est, quamlibet malus 5
 quamlibet perditus mauult mendaciter praedicari quam iure
 reprehendi et falsarum laudum inrisionibus decipi quam salu-
 2 berrima admonitione saluari. et cum haec ita sint, quid
 agendum est? numquid uoluntati improborum hominum ser-
 uendum? aut si sibi illi etiam friuulas laudes deferri uolunt, 10
 decet nos friuula atque inridenda deferre? maxime cum a
 fidelibus uiris ne illi quidem inrideri debeant, qui se rideri
 uolunt, sicut ne illi quidem mendaciter praedicari, qui se
 cupiunt titulo etiam falsae laudis ornari: quia nou tam illud,
 quid unusquisque illorum cupiat audire, quam quid nos dicere 15
 deceat considerandum, praecipue cum propheta dicat: uae
 his qui dicunt dulce amarum aut amarum dulce.
 3 ac per hoc omnibus modis tenenda ueritas, ut quod in re est
 hoc et in uerbis sit, quae in se dulcedinem habent, dulcia,
 quae amaritudinem, amara dicantur; praesertim nunc in ne- 20
 gotio sacro, ubi a plurimis nostrae iniquitates deo ad censentur
 et, ne accusabiles ipsi esse uideantur, deum accusare prae-

16 Isa. 5, 20

4 admodum enim *B* nulli] nulla *A* 5 repraehensio *A*
 9 inseruendum *B* 10 friuolas friuola *B* *ut uid.* deferre uolunt
A et statim deferre *ex differre corr. m. 2* 12 inrideri—illi quidem
A in inferiore marg. m. 2 add. 13 uolunt etiam sicut *B*
 15 quid *hic et paulo post s. scr. o m. 2 A* illorum] eorum *B(T)*
 16 considerandum *om. est A, quod Halmium fugit, qui cum rell. libris*
et edd. est retinet 18 modis omnibus *B* 21 ubi nunc a *B*

sumunt. cum enim eum incuriosum et negligentem resque
 humanas aut non ex iudicio gubernare aut etiam nec guber-
 nare blasphemant, quid aliud utique deum quam inertiae et
 abusionis et iniquitatis accusant? o humanae insipientiae 4
 5 caecitatem! o insanae temeritatis furorem! deum ergo, o homo!
 incuriosum ac negligentem uocas. si quemlibet ingenuorum
 hominum hac contumelia laederes, iniuriarum insolentium reus
 esses, certe, si inlustriorem quempiam ac sublimiorem, etiam
 censuram iuris publici sustineres. pupillis enim uel maxime
 10 prodigis haec obiciuntur obprobria, perditorum hoc adule-
 scentium speciale conuicium est, ut abusores scilicet et in-
 curiosi ac negligentes rerum suarum esse dicantur. o sacri- 5
 15 legae uoces! o profanae procacitates! deum ergo hoc esse dici-
 mus, quod etiam inter homines non nisi perditissimos nun-
 cupamus. quamuis non sola ista dicantur: nota quippe ei, ut
 ante iam dixi, etiam iniquitatis inpingitur. si enim nos quae
 patimur non meremur et indigni miseriarum praesentium
 tolerantia sumus, iniustum utique deum dicimus, qui nos iu-
 beat mala indigna tolerare. sed non tam, inquis, iubet quam 6
 20 permittit. adquiescamus hoc ita esse. sed quam longe, quaeso,
 est a iubente permittens? qui enim scit nos ista perferre et
 prohibere potest ne perferamus probat absque dubio debere
 perferre quaecumque patitur sustinere. unde uidemus quia
 iudicii est sui ista permissio et sententia superna quod patimur.
 25 cum enim sint omnia dicionis sacrae et nutus dei cuncta
 moderetur, quicquid malorum cotidie poenarumque perferimus
 censura est diuinae manus: quam utique censuram nos inar-
 descere facimus et peccatis nostris iugiter commouemus. nos 7
 caelestis irae ignem accendimus et excitamus incendia quibus

3 inertiae *del. h m. 2 A* 5 insanae *A* 6 quidem iubet
sed i priore mut. in ē et dem punct. m. 2 A 7 laederes *ex lae-*
deris A corr. m. 2 10 prodigiis *sed i poster. del. m. 2 A* 11 abu-
sos] abuxores mut. e in i et s. scr. m. 2 bu A 13 prophane pro-
procacitatis A 18 quis *punct. s A*
 19 iniquis *B* 21 perferri *A* 23 perferri—sustineri *coni. Har-*
telius quia *om. A* 24 sui] si *B* ista] iusta *B* 25 sunt
B nutu *B* 26 poenarum quae *punct. a in quae A*

ardeamus: ut recte utique, quotiens mala ista perferimus, etiam ad nos dici illud propheticum possit: ite in flammam ignis, quam accendistis. ac per hoc iuxta sententiam sacram ipse sibi parat peccator quisque quod patitur. nihil est itaque, quod de calamitatibus nostris deo imputare possimus: nos calamitatum nostrarum auctores sumus. deus enim pius est ac misericors et qui, ut scriptum est, neminem uelit perire uel laedere. nos ergo aduersum nos omnia facimus: nihil itaque, nihil est in nos crudelius nobis: nos, inquam, 8 nos etiam deo nolente cruciamus. sed uidelicet aduersum me 10 ipsum dicere uideor, qui, cum superius dixerim, ob peccata nostra nos puniri a deo, nunc dicam nos puniri a nobis ipsis. utrumque uerum est; a deo quippe punimur, sed ipsi facimus ut puniamur. cum autem puniri nos ipsi faciamus, cui dubium est quin ipsi nos nostris criminibus puniamus? quia quicumque 15 dat causam qua puniatur, ipse se punit secundum illud: funibus peccatorum suorum unusquisque constringitur. ergo si funibus peccatorum suorum peruersi homines alligantur, ipse se absque dubio alligat peccator quisque, cum peccat. 20

9 II. Sed quia de impuritate Afrorum iam multa diximus, nunc de blasphemis saltim pauca dicamus; professa enim illic iugiter plurimorum paganitas fuit. habebant quippe intra muros patrios intestinum scelus, Caelestem illam scilicet

2 Isa. 50, 11 3 Psal. 7 9 I Tim. 2, 4 17 Psal. 118, 61

1 quociens *B* 2 illud *om. A* 4 quod *B corr. ex qui*
 7 ac] et *B* uellit *priore l punct. A* 12 puniri a nobis] *hinc*
incipit postremum cod. A folium, in cuius pagina anteriore pauca legi
non possunt alia uero abscissa sunt; posterior pagina pauca tantum
habet quae certo legi possunt pleraque prorsus euauerunt; hanc cod.
B partem denuo meum in usum contulit OKeller 13 ut puniamur—
 ipsi faciamus *om. B m. 1* 14 punire *AB 'an puniri' Halmius cui*
assentior, nisi forte post autem excidisse eum malis; punire nos deum ipsi
coni. Rittershusius facimus *libri; 'immo faciamus' Halmius quod*
recepti 15 puniamur *B* puniamus *A, quod ab auctoris manu pro-*
fectum este colligo ex seqq.: quia . . . ipse se punit et post: ipse se
 alligat 17 unusquisque—peccatorum suorum *om. A*

Afrorum daemonem dico: cui ideo, ut reor, ueteres pagani tam speciosae appellationis titulum dederunt, ut, quia in eo non erat numen, uel nomen esset, et quia non habebat aliquam ex potestate uirtutem, haberet saltem ex uocabulo dignitatem. quis ergo illi idolo non initiatus? quis non a stirpe ipsa forsitan ac natiuitate uotus? nec loquor de hominibus sicut uita ita etiam professione ac uocabulo paganis, et qui sicut profani erant errore, sic nomine. tolerabilior quippe est et minus nefaria gentilitas in hominibus professionis suae: illud perniciosius ac scelestius, quod multi eorum, qui professionem Christo dicauerant, mente idolis seruiebant. quis enim non eorum, qui Christiani appellabantur, Caelestem illam aut post Christum adorauit aut, quod est peius multo, ante quam Christum? quis non daemniacorum sacrificiorum nidore plenus diuinae domus limen introiit et cum faetore ipsorum daemonum Christi altare conscendit, ut non tam immanis criminis fuisset ad templum domini non uenire quam sic uenire, quia Christianus, qui ad ecclesiam non uenit, negligentiae reus est, qui autem sic uenit, sacrilegii. minoris enim piaculi res est si honor deo non deferatur, quam si inrogetur iniuria. ac per hoc quicumque ista fecerunt non dederunt honorem deo sed derogarunt. nam etiam ipsam quodammodo ecclesiae salutationem idolo praestiterunt, quia secundi loci officiositas honori illius proficit, cui principalia deferuntur. ecce quae Afrorum et maxime nobilissimorum fides quae

3 numen] nomen *B m. 1* nomen *s. scr. m. 2* u *A* 6 uotus
A uotis *B* 7 uita etiam ita professione *B* 8 prophani
B errorem *punct. m A* 10 illud * ac scelestius *A*
eorum *** quis enim *A* professionis *B m. 1* 13 post *Ch****
quod est *A* 14 demoniorum *B (non A ut apud Halmium)*
ni***domos (*super o poster. scr. u m. 2*) *A* 15 fetore *A* faetore
B 16 conscendit *** criminis *A* 18 qui *s. scr. a m. 2*
A christianis *B*, christ*** non uenit *A* 19 est *B s. l.*
min*** si honor *A* enim] autem *B* 20 deferatur *ex* differatur
A corr. m. 2 21 per hoc q** **runt honorem *A* 22 quoda**
** idolo *A* 24 honori *ex* honor *A corr. m. 2* illius ** runtur.
ecce *A* 25 fide* *** fuit *A (hinc incipit postrema pagina cod. A*
de quo supra ad p. 194, 12)

religio quae christianitas fuit! dicebantur Christiani ad contu-
 13 meliam Christi. cum apostolus declamet: non potestis
 calicem domini bibere et calicem daemoniorum,
 non potestis mensae domini participare et mensae
 daemoniorum, illis hoc satis non erat, ut cum calice dei 5
 calicem biberent daemoniorum, nisi illum etiam praetulissent,
 nec sufficebat, ut mensam daemonum mensae dominicae com-
 pararent, nisi post superstitionum infamium cultus ad dei
 templa uenientes sacrosanctis Christi altaribus ductu ipsius
 diabolici spiritus spurcissimum nidorem inalassent. 10

14 III. At, inquis, non omnes ista faciebant, sed potentissimi
 quique ac sublimissimi. adquiescamus hoc ita esse. sed cum
 ditissimae quaeque ac potentissimae domus turbam faciant
 ciuitatis, uides per paucorum potentium sacrilegam superstitio-
 nem urbem cunctam fuisse pollutam. nemini autem dubium 15
 est omnes dominorum familias aut similes esse dominis aut
 deteriores, quamuis hoc usitatus ut deteriores, ac per hoc
 cum etiam boni domini seruos uel maxime malos habeant,
 promptum est intellegere quales illic familiae omnes fuerint,
 cum seruiles animos iam per se malos etiam dominorum 20
 15 faceret nequitia peiores. esto ergo, illa quae diximus ad
 potentissimos quosque ac nobilissimos pertinuerunt. numquid
 illa leuiora quae nobilibus ignobilibusque communia? odia
 scilicet atque execrationes sanctorum omnium dico: sacrilegii
 quippe genus est dei odisse cultores. sicut enim, si seruos 25
 nostros quispiam caedat, nos in seruorum nostrorum caedit
 iniuria, et si a quoquam filius uerberetur alienus, in supplicio

2 I Cor. 10, 20 sq.

1 contumeliam meam Christi B 4 participare *super e scr. i*
 B 10 inhalassent B 14 per pauc. pot. sacrilegam supersticione
 (sic) B 21 ad] *hinc singula tantum uocabula uel singulae uocabu-*
lorum partes in A legi possunt 22 pertinuerunt (**nuerunt A)]
 'fort. pertinuerint, ut Saluianus scribere solet' Halmius; at cf. VII 53:
 sed esto intra Galicas formidabant 24 sanctorum omnium B *ad-*
iectis transpositionis signis 25 genus quippe B si] in B
 (si* v) 27 iniuriam AB iniuria T iniuria* v

fili pietas paterna torquetur, ita et cum seruus dei a quoquam laeditur, maiestas diuina uiolatur, dicente id ipsum ad apostolos suos domino: qui uos recipit, me recipit, et qui uos spernit, me spernit. benignissimus scilicet ac 16
 5 piissimus dominus communem sibi cum seruis suis et honorem simul et contumeliam facit, ne quis, cum laederet dei seruum, hominem tantum a se laedi arbitraretur, cum absque dubio iniuriis seruorum dominicorum dei admisceretur iniuria, testante id suis deo affectu indulgentissimo in hunc modum: quo-
 10 niam qui uos tangit, quasi qui tangit pupillam oculi mei. ad exprimendam teneritudinem pietatis suae 17 tenerrimam partem humani corporis nominauit, ut apertissime intellegeremus deum tam parua sanctorum suorum contumelia laedi, quam parui uerberis tactu humani uisus acies laedere-
 15 tur. insectabantur itaque Afri atque oderant seruos dei et in his deum.

III. Sed quaeritur forsitan quibus modis probetur odium: 18 illis scilicet, quibus etiam Iudaeorum odia conprobantur in Christum, cum dicebant ad eum: Samaritanus es tu et
 20 daemonium habes, cum inridebant cum maledicebant, cum insufflabant in faciem eius et frendebant dentibus super caput eius. unde etiam in psalmis dicit saluator ipse, qui pertulit: omnes qui conspiciebant, aspernabantur me, et locuti sunt labiis et mouerunt caput. et alibi:
 25 temptauerunt, inquit, me, et deriserunt derisu, frenduerunt in me dentibus suis. ita igitur et in mo- 19 nachis, id est sanctis dei, Afrorum probatur odium, quia in-

3 Matth. 10, 40 Luc. 10, 16 9 Zach. 2, 8 19 Ioh. 8,
 48 23 Psal. 21, 8 25 Hierem. 20, 7 Psalm. 34, 16

2 ad ipsum *B* 6 facit *libri*; fecit *fort. propter seq.* ne quis... arbitraretur (*non arbitretur*), *tum propter locum simillimum statim subsequentem*: tenerrimam partem h. c. nominauit (*non nominat*), ut intellexeremus, *ut utroque loco ad scripturae sacrae uerba respiciens perfecto usus sit* 13 intellegeremus] ***liger** A in extremo uersu* deum
B habet ante laedi 18 illis scilicet *Halmius*: illi scilicet *B* (illorum
-s. sic v in ras.) conprobabantur *suspicitur Hartelius* 19 tu
om. B(T) 22 caput et ipse *om. B m. 1* 26 in me] *imme B*

ridebant scilicet quia maledicebant, quia insectabantur quia detestabantur, quia omnia in illos paene fecerunt, quae in saluatorem nostrum Iudaeorum impietas ante fecit, quam ad effusionem ipsam diuini sanguinis perueniret. sed isti, inquis, sanctos non occiderunt, sicut Iudaeos fecisse legimus. an 5 occiderint nescio, non affirmo, sed tamen magna defensio si hoc tantum in eis de paganorum non fuit persecutione, quod 20 habet persecutio ipsa postremum. putemus ergo occisos illic non esse sanctos: sed quid faciemus, quod non sunt longe ab occidentibus qui animo occisionis oderunt, praesertim cum 10 dominus ipse dicat: qui odit fratrem suum sine causa, homicida est. quamuis non sine causa persecuti sint seruos dei. nam quis dicere possit, quod sine causa, homines scilicet omnibus a se uitae ac morum studiis discrepantes, in quibus nihil uidebant suum, quoniam dei totum? maxima enim causa 15 est discordiarum diuersitas uoluntatum, quia fieri aut omnino non potest aut uix potest, ut eam rem in alio quisquam diligat, a qua ipse dissentit. itaque eos non sine causa, ut dixi, 21 oderunt, in quibus omnia sibi aemula atque inimica cernebant. illi enim uiuebant iugiter in nequitia isti in innocentia, illi 20 in libidine isti in castitate, illi in lustris isti in monasteriis, illi prope iugiter cum diabolo isti sine cessatione cum Christo. non sine causa itaque illud fuit, quod intra Africae ciuitates et maxime intra Carthaginis muros palliatum et pallidum et recisis comarum fluentium iubis usque ad cutem tonsu uidere 25 tam infelix ille populus quam infidelis sine conuicio atque 22 execratione uix poterat, et si quando aliquis dei seruus aut de Aegyptiorum coenobiis aut de sacris Hierusalem locis aut de sanctis heremi uenerandisque secretis ad urbem illam officio diuini operis accessit, simul ut populo apparuit, contumelias 30 sacrilegia et maledictiones excepit. nec solum hoc, sed improbissimis flagitiosorum hominum cachinnis et detestantibus ridentium sibilis quasi taureis caedebatur: uere ut si quis ea

8 I Ioh. 3, 15

17 non *et* aut uix potest *om.* B m. 1 24 palleatum B
 25 uideri B 27 poterat, et *interpuncti cum Hartelio* poterat. Et
cum edd. Halmius 28 ierusalem B

inseius rerum fieri uideret, non aliquem hominem ludificari, sed nouum inauditumque monstrum abigi atque exterminari arbitraretur.

V. Ecce Afrorum et praecipue Carthaginiensium fidem. 23
 5 tutius quondam apostolis paganas urbes licuit intrare, et
 primum minus eorum aduentum atque conspectum feri illi ac
 barbari sacrilegorum coetus detestabantur. sanctum electionis
 uas, Paulum apostolum, de unius dei cultu ac maiestate di-
 centem superstitiosissimus licet Atheniensium populus patienter
 10 audiuit, Lycaonii autem in tantum et admirati sunt, ut,
 cum in apostolis diuinas uirtutes inesse cernerent, esse eos
 homines non putarent. intra Carthaginem uero apparere in
 plateis et competis dei seruos sine contumelia atque execratione
 uix licuit. persecutionem hoc quidam fuisse non putant, quia 24
 15 non et occisi sunt. latrones quidem hoc prouerbio uti solent,
 ut quibus non auferunt uitam, dedisse se dicant. sed in urbe
 illa non tam hominum fuerunt haec beneficia quam legum;
 interfici enim indemnatum quemcumque hominem etiam duo-
 decim tabularum decreta uetuerunt. ex quo agnoscitur, quod
 20 magna illic praerogatiua dominicae religionis fuit, ubi ideo
 tantum dei seruis licuit euadere, quia a pagano iure defensi
 sunt, ne Christianorum manibus trucidarentur. et miramur, 25
 si nunc barbaros illi perferunt, cum uideamus quod sancti
 in illis barbaros pertulerunt. iustus ergo est dominus et iustum
 25 iudicium suum; quae enim, ut scriptum est, seminarunt, haec
 et metunt: ut uere uideatur de improbitate illius gentis dixisse
 dominus: reddite ei secundum opus suum, iuxta om-
 nia quae fecit facite illi, quia contra dominum
 erecta est. minime miremur itaque aut indignemur, quod

8 Act. 17, 17 10 Act. 14 24 Psal. 118, 137 25 Gal. 6, 8
 27 Hierem. 50, 29

5 totius *B* 10 et *B(v)*: etiam *in marg. v Brassicanus; fort. scrib.*
 uel 13 competis (*sic*) *B* 19 quod] quam *suspiciatur Hartelius*
 27 dominus] deus *B* 29 minime *addidimus*, ut VII 85: minime mirum
 fuerat *et loco simillimo* VII 88: minime mirum sit si Rom. reipublica
 aliquando patitur quod iam diu meretur; ne *add. post Rittershusium*
Halmius; certe mallet non ut V, 12: non ergo miremur quod etc.

aliqua nunc illi ab hominibus mala perferant: multo illa maiora sunt, quae ipsi in deum ante fecerunt, si iuxta personarum diuersitatem aestimentur quae patiantur et quae fecerunt.

3 patiantur libri; 'immo patiuntur' Halmius 4 fecerunt] 'librum aut non integrum aut imperfectum esse facile apparet' Halmius recte; cfr. Zschimmer l. l. p. 44 Ebert Gesch. d. christl.-lat. Litt. I, 441.

SALVIANI EPISTOLAE.

EPISTOLA I.

O Amor, quid te appellem nescio, bonum an malum, dulcem 1
an asperum, suauem an iniucundum: ita enim utroque plenus
es, ut utrumque esse uidearis. amari a nobis nostros honestum
5 est, laedi acerbum. et tamen hoc eiusdem est interdum animi
eiusdemque pietatis: cum specie dissentiat, ratione concordat.
amor quippe nos facit nostros amare, amor interdum cogit
offendere. utrumque unum est, cum tamen aliud amoris
habeat gratiam, aliud odii patiatur offensam. quam graue, 2
10 hoc, quaeso, mi dilectissimi, aut quam acerbum est, ut causa
odii amor esse cogatur? quod quidem cum saepe aliis, tum
etiam mihi accidisse nunc satis uereor, ut, dum adulescentem
hunc, quem ad uos misi, tradere indiuiduis meis cupio, uni
studens multis molestus sim, et amor eius offensa sit cete-
15 rorum, quamquam hi, qui satis diligunt, non cito offendantur.
sed ego insinuationem meam minus gratam fore quibusdam 3
timens, etiam imminutionem gratiae offensam puto. placere
enim dilectis meis plurimum cupiens molestiam illorum reatum
meum credo, et nisi eis satis placuero, supplicium displicentis
20 fero. quamquam hoc metuendum in uobis omnino non sit, 4
qui totum me in uos recipientes etiam apud alios pro me
timetis. tantum enim abest ut displicere ego caritati ac sen-
sui uestro possim, ut etiam illud mecum reformidetis, ne ego
quibusdam forte displiceam, mi dulcissimi ac dilectissimi mei.
25 adulescens, quem ad uos misi, Agrippinae cum suis captus 5
est, quondam inter suos non parui nominis, familia non

1 *inscriptio deest in C*
pinae *C item 30*

11 tum *Pithoeus: cum C*

25 agri-

obscurus, domo non despicibilis et de quo aliquid fortasse
 amplius dicerem, nisi propinquus meus esset. hoc enim fit ut
 minus dicam, ne de me ipso dicere uidear de illo plura
 dicendo. matrem ergo is, de quo dico, Agrippinae uiduam
 reliquit probam honestam et de qua forsitan audacter dicere 5
 ualeam, uere uiduam. nam praeter ceteras castimoniae sapien-
 tiaequae uirtutes est etiam fide nobilis, quae omnibus semper
 ornatibus ornamento est, quia sine hac nihil tam ornatum
 6 est, quod ornare possit. haec ergo, ut audio, tantae illic in-
 opiae atque egestatis est, ut ei nec residendi nec abeundi 10
 facultas suppetat, quia nihil est, quod uel ad uictum uel ad
 fugam opituletur. solum est, quod mercenario opere uictum
 quaeritans uxoribus barbarorum locaticias manus subdit. ita,
 licet per dei misericordiam uinculis captiuitatis exempta sit,
 7 cum iam non seruiat condicione, seruit paupertate. haec igitur 15
 habere me hic nonnullorum sanctorum gratiam non falso
 suspicans (nec enim nego, ne negator gratiae ingratus fiam:
 sed plane, sicut habere me eam non nego, ita non mereri
 me certo scio, in tantum ut, etiamsi est aliqua in me illa,
 ego tamen illius causa non sim, quia si qua est in me gratia, 20
 ob eos, ni fallor, maxime data est, quorum intererat ut gratus
 essem: ut uerendum forsitan sit ne negans his, quod
 propter eos cepi, non tam meam rem his negare uidear quam
 ipsorum): haec igitur aut id quod est aut plus quam est in
 me esse existimans misit ad me hunc, quem ad uos ego, 25
 sperans fore ut agente me et adnitente amicorum meorum
 8 gratia propinquorum meorum esset auxilium. feci ergo id,
 quod rogatus sum, sed tamen parce et apud paucos, ne gratia
 ipsa ingrate uterer. commendaui hunc aliis, commendo uobis,
 licet non aequae aliis ut uobis: primum, quia commendari satis 30

1 obscuros *C m.* 1 dispicibilis *C* 5 forsitam *C*
 7 semper] super *suspiciatur Hartelius* 10 aegistatis *C* 13 sub-
 ditus *sed us eras. C* 17 naegator *C* 22 forsitam (*sic*) sit nene
 gans *C* forsitan mihi ne sit negans *Halmius* 23 coepi *C* tamen
sed en punct. C 24 aut] ut *C* 26 sperans *suppleuit Ritters-*
husius; fort. forsitan (ut E IIII, 3) sperans ut oculi scribentis a forsitan
ad fore aberrasse putandi sint

uobis eum, qui est meus, ita ut ipsum me non necesse est;
 deinde, quia cum me portionem uestri existimetis, necesse est
 eum, qui mei portio est, uestri quoque aliquatenus portionem
 esse ducatis; postremo, quod commendatio ipsa sicut diuersi
 5 generis ita etiam excellentioris est caritatis. aliis enim com- 9
 mendauit hunc corpore uobis spiritu, aliis in emolumenta
 praesentium uobis in spem futurorum, aliis ob breuia atque
 terrena uobis ob sempiterna atque diuina. et recte, ut, quia
 carnalia uobis minus quam spiritalia bona suppetunt, illa ego
 10 magis a uobis peterem, quibus uos magis abundatis. suscipite 10
 ergo, quaeso, hunc ut mea uiscera et quantum in uobis est
 uestrum facite, inlicite et adhortamini, docete, instituite, formate,
 gignite. christi domini nostri misericordia tribuat, ut quia ei
 id magis expedit, qui nunc propinquus meus est et ceterorum,
 15 uester esse incipiat potius quam suorum. admittite, quaeso, 11
 hunc in illas beatas ac sempiternas domus, recipite in sacra
 horrea, aperite caelestes thesauros, et ita agite ac peragite,
 ut dum hunc in thesaurum uestrum conditis, partem thesau-
 rorum ipsorum esse faciatis. potens est illa ineffabilis dei
 20 pietas, ut dum eum in consortium spiritalium bonorum adop-
 tatis, diuitias, quas in ipsum effunditis, per ipsum augeatis.
 et sane, si quid in ipso est bonae indolis, non magnae uobis
 difficultati spes eius ac salus esse debet: etiamsi nihil ex
 uobis audiat, sufficere ei hoc ipsum conuenit, quod uos uidet.
 25 ualete.

5 excellentiores *super e fin. scr. i m. 1 C* 9 minus *Pithoeus*
 plus *C unde fort. scrib. est: spiritalia uobis plus quam carnalia bona*
praesertim cum hoc pronomini sequenti illa magis conuenire uideatur
 ego *C Baluzius ed. III. ergo Halmius nil adnotans; fort. merus*
error est 11 hanc *s. scr. u m. 2 C* 'et (post inlicite) *delendum*
uidetur' *Halmius* 12 uestrum (*conl. u. 15 uester esse inc.*) *Hart-*
telius conl. Enmod. Dict. VIII p. 448, 9: uestra libri et Halmius
 13 gignite] fingite *nos Sitz.-Ber. p. 38 sed mutato uestra in uestrum*
perbene se habet 17 pergite *Halmius, unde nescio* 21 quas]
 quasi *C* 22 bonae *ex bene C corr. m. 2* 23 difficultatis *C*
corr. Rittershusius 24 audiat *ex audeat C corr. m. 2* 25 ualete.
 finit *C, deinde sequitur item alia*

EPISTOLA II.

Eucherio Episcopo Saluianus.

Vrsicinus alumnus tuus salutationem tuam proxime ad me detulit: si non iussus, laudo sapientiam, licet non probem falsitatem, si iussus, miror quod mandare amoris officium 5 quam scribere maluisti, hoc est, per seruum potius quam per te dare. arguo itaque hoc et emendari uolo, si tamen negligentiae est non superbiae. pedissequa enim plerumque noui honoris est adrogantia, licet in te nec generalis uitii opinio admittenda sit, quia prope singularis est mens ac benignitas 10 tua. unde responderi a te antiquae existimationi meae etiam nunc iugiter cupio, ne, si in quibusdam officiorum tuorum mos discreparit, aliquid in te nouis honoribus licuisse uideatur.

EPISTOLA III.

Agrycio episcopo Saluianus.

15

Si excusare inofficiositatem meam apud sanctimoniam tuam cupiam, magis accusandus sim, qui inexcusabilem me esse uel non agnoscam prae stoliditate uel nolim prae superbia confiteri. non excuso ergo; augmentum enim reatus est innocentiam iactare post culpam. quid igitur faciam, cui nec 20 negandi delicti facultas suppetit nec tuendi? negare enim manifesta non audeo et excusare inmodica non possum. confugiendum mihi itaque ad diuinarum est remedia litterarum, quae maximorum criminum * * *

2 Eutherio C 4 iussas s. a scr. u m. 2 C 6 malluisti C
 7 emendari *Baluzius*: emendare C negglegentiae C 8 superbiae
sed e fin. lineola transuersa del. C pedinseca C 11 meae]
sequitur in C commune pignus epist. V §. 17 usque ad finem
etiam — uideatur] haec leguntur in C post maximorum criminum
epist. III fin. 12 ne si *Pithoeus*: nisi C 13 discreparit *scripsi*:
discreparuit C del. r m. 1 discrepauit cum edd. Halmius uideatur.
finis. item al. et sequitur epist. VI in C 14 IIII in *mg. C*

EPISTOLA III.

Hypatio et Quietae parentibus Saluianus, Pal-
ladia, Auspiciola salutem.

Paulus apostolus, electionis uas, magister fidei et recepta-
5 culum dei, cum omnes epistolas suas utpote eloquentissimus
uir dictauerit, quibusdam tamen non suum tantum nomen
inscripsit, siquidem in aliis Siluani, in nonnullis Timothei, in
quibusdam uero utriusque nomini suum nomen adiunxit. cur
id? primum, credo, ut simul esse agnoscerentur qui simul
10 scriberent: deinde ut ii, qui separatim ab unoquoque eorum
edocti fuerant, scirent omnium non discrepare sententiam:
postremo, ut quos singulorum non mouebat auctoritas, omnium
saltim moueret adsensus. ita ergo et nos, exemplorum in- 2
gentium parui imitatores, ad uos, quos natura parentes fide
15 fratres honore dominos habemus, non, ut apostoli illi, auctori-
tate docentium scribimus, sed humilitate famulorum, ut qui
hactenus singulorum nostrorum epistolis non moti estis uel
nunc omnium obsecratione moueamini, nosque filios uestros,
ne qui ex superfluo metus sit, et simul sciatis esse et unum
20 sentire pariter et metuere et aequaliter supplicare, non quia
sciamus an uos omnibus irascamini, sed quia nos non possu-
mus causa esse diuisi. idem enim nobis admodum metus est, 3
etiamsi non eadem uidetur offensa. caritas quippe mutua
facit, ut licet uos non utrique forsan suscenseatis, uno tamen
25 ex nobis reo alter sine tristitia reatus esse non possit. illud
sane est, quod nos contendere in aliquo et certare mutuo
faciat, quod cum ambo filii uestri aequaliter rei simus, plus
tamen unusquisque nostrum pro altero quam pro se timet.
parentes carissimi, parentes reuerendissimi, interrogari uos 4

1 VII in mg. C 2 ypatio C 4 uas] suas *priore s punct.*
C 7 timotei C 10 hii C 19 ne qui *praecedente Ritters-*
husio Halmius: neq; C 24 forsan *ex forsam m. 1, ut uid., C*
25 possint *punct. n C* 29 reuerentissimi C interrogare *Ritters-*
husius

quaesumus liceat. ita possunt pignora sic amantia non amari?
 quid tantum mali commeruimus, uel affectus dilectissimi uel
 domini reuerendissimi, ut nobis nec tamquam filiis reddatur
 5 gratia nec tamquam famulis remittatur offensa? septimus
 iam ferme annus est, ex quo nulla ad nos tam longe a uobis 5
 sitos scripta misistis. nullis paene in deum delinquentibus
 tam longum lugendi tempus inponitur, nullos admodum maxi-
 morum criminum * * ut plus amet, scilicet ut patris motus
 non detrimenta amoris sint, sed profectus, cum quantum coher-
 citio adtulerit unius correctioni, tantum correctio reddat 10
 6 mutuae caritati. quamquam hoc illos magis parentes facere
 conueniat, qui de nonnullis negotiis ueras irascendi filiis cau-
 sas habent. tu autem quid suscenses, qui ex quo Christianus
 factus es, etiam falsas habere desisti? esto enim conuersiuu-
 culam nostram paganus quondam non aequanimitè acce- 15
 peris: ferenda tunc fuit ex dissimilitudine studiorum etiam
 discrepantia uoluntatum, quando nobis etsi amor non sus-
 censebat, superstitio tamen aduersabatur. nam licet pater
 7 non odisset filiam, error tamen oderat ueritatem. nunc longe
 aliud est. ex quo dei cultum professus es, pro me pro- 20
 nuntiasti. si praeteritas irarum causas exequeris, inputa
 tibi, qui Christiano filiam tuam dedisti. si id non est, quid
 mihi irasceris, quia eam nunc in me religionem augere
 cupio, quam tu in te probare coepisti? cur, rogo, in me non
 8 diligas quod es, qui in te quod eras ipse damnasti? sed par- 25
 cendum paululum uerbis est, quia etiam in bona causa humilis
 esse, in quantum res sinit, filii apud parentes debet oratio.
 indulgete, affectus carissimi; liberio rem me esse paululo in
 negotio suo dei affectus facit. si quae sunt uobis aliae suscen-
 sendi causae, peccare me potuisse non abnego: in hoc uero, 30
 ubi ideo suscensetis, quia Christum amare uideor, ignoscite

1 quaesumus *Pithoeus*: q̄s C pignorare C in quo fort. latet pig-
 nora nos aut pignora uel aut, quod *Hartelius* suspicatur, pignora se
 2 affectos C 3 reuerentissimi C ut paulo ante; utroque loco em.
Baluzius 5 iam C s. l. m. 1 6 scribta C 9 cohercicio
 (sic) C 11 mutae (sic) C 13 suscensis C christianu. (sic)
 C sed m. 2 mut. christianis (sic) 19 filium C *Halmius* filiam conu.
Hartelius 28 paulolo C

quod dicturus sum. peto quidem ueniam, quia irascemini, sed 9
 non possum dicere malum esse quod feci. haec igitur apud
 uos meo nomine et quasi peculiari prece. nunc tu, o dilec-
 tissima ac uenerabilissima soror, quae mihi tanto carior es
 5 quam prius, quanto plus a suis affectus conuenit diligi, in
 quibus se ipsum Christus fecerit amari, fungere partibus tuis
 simul meisque. ora tu ut ego inpetrem, tu postula ut uterque
 uincamus. osculare, quia absens labiis non uales, saltim
 obsecratione pedes parentum tuorum quasi ancilla, manus
 10 quasi alumna, ora quasi filia. ne trepidaueris ne timueris: 10
 bonos iudices habemus, affectus ipse pro te orat, natura ipsa
 tibi postulat, suffragia causae tuae in tuorum mentibus habes,
 cito adnuunt qui suo ipsi amore superantur. obsecra ergo et
 supplex dicito: quid feci quid commerui? ignoscite quicquid
 15 illud est, ueniam peto, etsi delictum nescio. numquam uos, 11
 ut ipsi scitis, inofficiositate aut contumacia offendi, numquam
 uerbo asperiore laesi, numquam uultu proteruiore uiolauī. a
 uobis sum uiro tradita, a uobis coniugi mancipata. teneo, ni
 fallor, mandata uestra, haeret sensibus meis sanctum piaē
 20 praeceptionis arcanum. morigeram me, ut puto, ante omnia
 uiro esse iussistis. uestrae uoluntati obsecuta sum uestrae
 iussioni obtemperauī: illi in omnibus parui, cui me parere
 uoluistis. inuitauit me ad religionem inuitauit ad castitatem. 12
 date ueniam, turpe credidi reluctari; res mihi uerecunda res
 25 pudens res sancta uisa est. fateor, cum de tali negotio mecum
 ageret, erubui quod non ego ante coepissem. huc accessit
 etiam reuerentia Christi et affectus: honeste me facere credidi
 quicquid dei amore fecissem. aduoluo uestris, o parentes 13
 carissimi, pedibus illa ego uestra Palladia, uestra gracula
 30 uestra domnula, cum qua his tot uocabulis quondam indul-
 gentissima pietate lusistis, quae uobis per uaria nomina nunc
 fuit mater nunc auicula nunc domina, cum esset scilicet unum
 uocabulum generis aliud infantiae tertium dignitatis. en ego
 illa sum, per quam uobis illa primum et parentum nomina

1 irascemini C irascimini cum edd. Halmius	11 habemus C
affectus ex affectos C m. 2	natura* C
21 urā (post iussistis) C	16 contumacia C
	29 gracula C
	32 fui Baluzius

et auorum gaudia contigerunt, et, quod utroque praestat, utrumque feliciter, cum fructu adipiscendi et beatitudine perfruendi, non quia hinc ego aliquid mihi deputem, sed tamen ingrata apud uos esse non debet, per quam uos uoluit deus
 14 esse felices. ne, quaeso, ergo molestum uobis sit quod referre 5
 aliquid deo cupio, cui omnia repensare non possum. pleni estis solaciis iucundissimis pleni pignoribus carissimis pleni benedictione diuina: praeter peculiarem mei causam uestrum negotium referre deo gratiam iubet, debere me ei arbitror, quod uobis tanta concessit. sed haec hactenus: sufficienter 10
 enim iam per nos, o carissima soror, peccati sumus, reliqua
 15 sunt agenda per filiam. utamur ergo (honeste enim pro reconciliando parentum affectu cuncta temptantur), utamur illorum more et exemplo, qui ultimo causarum loco aliqua nonnunquam ad commouendam iudicum misericordiam pro- 15
 ferebant laturis sententiam disceptatoribus, aut lamentantes matres familias aut sordidatos senes aut plorantes paruolos ingerentes, scilicet ut qui superiora causae uerbis iam exora-
 16 uerant, posteriora rebus ipsis perorarent. offerimus ergo et nos uobis, o carissimi parentes, pignus pari quidem illorum 20
 sed tamen gratiore suffragio. offerimus enim pignus non incognitum sed domesticum, non alienum sed proprium, nec, ut illi oratores, et sibi et iudicibus extraneum sed nobis simul uobisque commune: quae uos utique uestri sanguinis indoles non ad incognitorum hominum cogit dilectionem sed ad 25
 uestrorum reuocat caritatem, nec alienos uobis aliena sed uestros uestra commendat, neque id orat, ut eos ametis, quos numquam ante uidistis, sed ut eos non oderitis quos, puto,
 17 non diligere non potestis. uestrum ideo, parentes carissimi, negotium uestra res est; uester id a uobis animus uestra 30

7 solatiis sic etiam C 11 praecati (ut §. 9 p̄ce et sic fere
 ubique) C 12 filiã mutamur (sic) C 13 utamur Pithoeus
 ut amor C 16 latui* (sic) C 17 familiae (sic) C par-
 uolos (item infra paruolorum) C 18 exorauerunt (sic) C
 24 que uos C indolis C 29 non (ante potestis) quod in sua
 Baluzii editione intercidisse monet Halmius, in quarta edit. non
 deest

caritas deprecatur. ne, quaeso, tantum nobis irascamini, ut
nec uobis consulatis, supplicante uobis * * * commune pignus
per nos simul atque nobiscum, et primam paene ad uos uocem
pro nostri emittit offensa. infelix prorsus eius et miseranda
5 condicio, quae auos suos ex parentum primum reatu coepit
agnoscere. miseremini, quaesumus, innocentiae eius miseremini 18
necessitatis: cogitur quodammodo pro offensa suorum iam
supplicare quae adhuc nescit quid sit offendere. laesus quon-
dam Niniuitarum peccatis deus uagitu infantium et ploratione
10 mollitus est. nam licet totum legamus luxisse populum, prae-
cipuam tamen misericordiam meruit sors et innocentia paruo-
lorum, dicente ad Ionam deo: si ualde contristatus es
super cucurbitam. et paulo post: ego non parcam
super Niniue ciuitatem magnam, in qua commo-
15 rantur plus quam centum uiginti milia, qui non
cognouerunt sinistram suam aut dexteram, declarans
scilicet propter sinceritatem innocentium se etiam culpis no-
centium pepercisse. sed quid ego de dei misericordia loquor, 19
qui non tantum postulata tribuit, sed interdum etiam non
20 sperata largitur tantoque, si dici licet, maior est hominibus
humanitate et beniuolentia quanto potestate atque natura?
paratum, ut ait Liuius, inter Romanos Sabinosque bellum, et, 20
quod difficilius sedari potest, coeptum preces quondam et
interuentus carorum pignorum sustulerunt; cumque una eorum
25 gens esset natura ferox alia dolore feruens, tantum tamen
uisio affectus mutui ualuit, ut nec Romanus memor esse belli
nec Sabinus posset iniuriae, et illi paulo ante feri ac semi-
barbari, cognati sanguinis cupidi, sui prodigi, amplecti se
mutuo inciperent, quia pignus mutuum iam habere coepissent,
30 fieretque unus uterque populus, quia unus utriusque esset

12 Ion. 4, 11

22 Liu. 1, 13

2 uobis] *hic finit particula codicis Bernensis in medio uersu; quae
sequuntur usque ad Sabinosque bellum particula cod. Parisini prae-
bet* 6 miseremini (*utroque loco*) C 13 concurbitamen *sed en
punct. C* 22 paratus C 24 interuentos *super o scr. u m. 1 C
item paulo post romanos* 27 possit (*sic*) C ferri C m. 1
28 cupidis ut prodigi C 30 utrique s. i *scr. us m. 1 C*

21 affectus. nos non in acie stamus non arma sumimus, non uim inferimus nec propulsare temptamus, impium fore arbitrantes, si uel in hoc filii parentibus obuient, ne puniantur iniusti. cur, rogo, quod illi quondam affectus pro suis obtinuerunt nostri non queant inpetrare pro nobis? an ideo infelicissimi 5 paene omnium, ideo minus meremur ueniam, quia repugnare 22 nescimus? quod uultis nos pati patimur. si irascimini, deprecamur, si puniendos creditis, adquiescimus. quid, rogo, ultioni post ista superest? certe etiamsi iustas suscensendi causas parentes habeant, nihil contingere eis felicius nihil 10 optatius potest quam ut sic eis pro reatu filii satis faciant, 23 ne necesse habeant uindicare. quid autem est, in quo magis possimus nos uobis satis facere? filii uestri sumus, qui uos rogamus, neptis, per quam rogamus: parcite, indulgete: illi 15 † eorum, parentes carissimi, pro se rogant, ob quorum soletis nomina etiam extraneis nil negare. longum est de innumeris pietatis atque humanitatis exemplis dicere et praeposterum ut de maioribus ad minora ueniamus. sed tamen id, quod dicturus sum, specie quidem minus est, sed tamen re minus 24 non est. perorans quondam pro periculo existimationis atque 20 incolumitatis suae in Romano foro Seruius Galba, cum ob difficultatem negotii et inuidiam facti sui parum non modo in causa sed etiam in eloquentia spei poneret, arte usus est, ut iudicum animos, quos inflectere precum ambitione non poterat, rerum temptaret affectu. itaque consumptis iam admodum 25 cunctis oratoriae artis ingeniique subsidiis, cum parum se promouisse intellexisset, paruolum, quem secum habebat, Galli, ut illis temporibus uidebatur, clarissimi et nuper mortui uiri filium, et paruas ante subsellia auditorum indoles suas in

3 filii *C* 'fort. iniuste' *Halmsius* 13 nos uobis (*non uobis nos ut edd.*) *C* 14 indulgete (*indulgite C*): illi † eorum *sic Halmsius indulgete illi. Eorum edd.; fort. in eorum latere coram monuimus in Sitz.-Ber. p. 39* 19 specie *C* 21 incolomitatis *C* fore s. scr. o m. 1 *C* (*ceterum non praetermitto in inferiore marg. rec. m. adnotatum esse: de Seruio Galba haec sumpsit a Cicerone in libro de claris oratoribus*) 25 consumptis *ex consumptus C corr. m. 2* 27 paruolum *hic C; cfr. supra §. 15*

consessu iudicum conspectuque produxit: quos cum laturis
 sententiam disceptatoribus oratione flebili commendaret, fractae
 affectu omnium mentes et inclinatae sunt. quid plura? factum
 est, ut inflexis cunctorum sensibus daret misericordia humani-
 5 tati quicquid ambitioni ueritas denegaret. o affectus humani 25
 quanti estis, quantum ualeatis, qui etiam in iudicio ius habere
 potuistis! discite, o parentes carissimi, uenia uestri dictum
 sit, discite uel hoc saltim exemplo frangi atque molliri. certe
 etiam illic misericordia ualuit, ubi locum esse misericordiae
 10 non licebat. laturo sententiam iudices, qui nihil se nisi ex
 ueritatis officio pronuntiaturus esse iurauerant, excludere tamen
 misericordiam nec post sacramenta potuerunt, in tantum
 humanitate moti, ut dum alieno negotio consulunt, suum paene
 obliuiscerentur. nihil uos durum nihil insolens deprecamur: 26
 15 uestris uos praestate pro uobis quod praestiterunt illi ex-
 traneis contra se. certe nec causa illic iustior nec persona
 carior nec audientia humanior nec orator gratior fuit. illic
 agebatur pro crimine, hic pro affectu; illic pro extraneis, hic
 pro filiis; illic apud iuratos iudices, hic apud iniuratos pa-
 20 rentes; illic per oratorem qui circumscribere nitebantur, hic
 per neptem, quae quo uos ipsa infantiae suae simplicitate plus
 moueat, adhuc rogare non nouit. quid est quod causae desit? 27
 quod nouum inquirendum nobis est inauditumque suffragium?
 num extraneorum apud uos precibus utendum est? semper in
 25 amore cautella est; nemo enim melius diligit quam qui ma-
 xime ueretur offendere. unde ego nunc ueniam peto, non quia
 offendisse me nouerim, sed ut locum offensae penitus non
 relinquam, nec conscientia culpae, sed ratione et officio
 caritatis, ut maiorem apud te affectus gratiam obsecratio
 30 mereatur innoxii et amori proficiat supplicatio reatu carens,
 habeasque plus in filii tui deprecatione quod diligas, si non
 habes quod remittas. quamquam temere fortasse nobis de 28

1 consensu C 3 mentes ex mentis C corr. m. 1 5 quidquid
 sed prioris d parte poster. erasa C 21 quae ex q; C corr. m. 2
 25 cautellam C (fort. ortum ex cautellâ) 26 ueretur sed. s. o scr.
 u m. 1 C 31 habeas quae plus C

innocentia blandiamur, quid tu de nobis sentias nescientes; tui enim nobis sensus magis quam nostrae opinionis ratio habenda est. superest ergo, ut si quid aliud et quicquid illud commissum a nobis est, tu, qui id offensa dignum putas, uenia quoque non indignum arbitraris. pulchre tibi ipse in tuorum 5 reatu satis facies. nihil de ultione perdit filio ignoscens pater, quia felicius multo est et laudabilius suis aliquem etiam inmerito ignoscere quam in suos etiam merito uindicare. uale.

EPISTOLA V.

1 Catturae sorori Saluianus. 10

Etsi docente Paulo apostolo quid conueniat nos orare nescimus, quo fit ut interdum quid uelle aut gaudere oporteat nesciamus, tamen ego pro communi humani generis affectu (quo omnes admodum homines pie magis quam sapienter eos, qui nobis curae sunt, cupimus quam diutissime esse nobiscum), 15 gaudeo, quod post grauem diuturnumque morbum spem etiam praesentis uitae indepta es, quae futurae semper habuisti. 2 benedictus itaque dominus deus noster, qui semper spiritus tui custos nunc praecipue etiam carnis fuit et in te manens teque custodiens manum suam ex interioribus tuis usque ad 20 exteriora porrexit, nec solum sancta sanctorum, sed etiam uestibula templi sui et circumsepta seruauit protectionemque suam latius fundens fecit salutem animae tuae usque ad 3 sanitatem corporis peruenire. quamuis ego ne hanc quidem tibi quam pertulisti terrestris uasculi infirmitatem obfuisse 25 existimem, cuius fortitudo, ut scis, menti semper inimica est: ut te iure nunc tanto fortiorem spiritu putem, quanto inbecillior carne esse coepisti. caro enim, inquit apostolus, concupiscit aduersum spiritum, spiritus aduersus

11 Rom. 8 28 Gal. 5, 17

2 tui ex tu *C corr. m. 1* 8 uindicare *Baluzius*: uindicari *C*
uale. finit. item alia *C* 9 III in *mg. C* 12 quo] atque *suspici-*
atur Hartelius 18 fort. benedictus(sit) itaque 19 custos ex
custus *C corr. m. 2* praecipuae *C* 21 perrexit *sed. s. e scr.*
m. 1 o C 27 inbecillior *C item §. 5 et inbecillitas §. 4*

carnem: haec enim inuicem sibi aduersantur, ut
 non quae uultis, illa faciatis. ergo si repugnante cor-4
 pore quae uolumus facere non possumus, infirmandum carne
 est, ut optata faciamus. et uerum est. inbecillitas enim car-
 nis 5 mentis uigorem exacuit, et adfectis artubus uires corporum
 in uirtutes transferuntur animorum, ut mihi genus quoddam
 sanitatis esse uideatur hominem interdum non esse sanum.
 nulla enim admodum tum spiritui cum corpore, id est, nulla
 diuinae indoli cum terreno hoste luctatio est. non turpibus
 10 flammis medullae aestuant, non male sanam mentem latentia
 incentiua succendunt, non uagi sensus per uaria oblectamenta
 lasciuunt, sed sola exultat anima, laeta corpore affecto quasi
 aduersario subiugato. gaude ergo, alumna Christi; semper 5
 quidem simplicis et quietae sed nunc magis defaecatae tuae
 15 mentis et liberae ostium aperi et adtrahe, ut legis, spiritum
 sanctum. numquam, ut puto, habitatore deo dignior exististi,
 quanto inbecillior corpore, tanto purior sensu. uincentibus
 carnem tuam morbis mente uicisti, felix, si hanc semper cor-
 poris mortem in uitam spiritus conseruaris. extinctis in te 6
 20 forsitan cunctis humanarum temptationum incentiuis habere
 quodammodo naturam animae etiam in carne coepisti, ut mihi
 non solum magna dei dispensatione, sed etiam magno munere
 et ante aegrotasse et nunc conualuisse uidearis. aegrotasti
 enim hactenus ad uirtutem spiritus confirmandam, securam
 25 forsam sanitatem nunc adipiscens iam carne superata, ut post-
 hac redditam corpori incolomitatem sine ulla animae infirmi-
 tate possideas, et ita caro ualere incipiat, ut iam temptatio
 non resurgat. uale.

15 Psal. 118

3 carne in ras. C 5 uigorem mentis (non mentis uigorem ut
 cum edd. Halmius) C adfectis sed s. d scr f m. 1 C 6 ani-
 marum de gub. dei I 16, ubi hic locus repetitus est; (ibidem af-
 fectis et paulo post adfecto cum A retinui) 14 defaecatae tuae (sed
 tuae in ras.) C 15 liberae (-re corr. m. 1) ostium C 16 existi-
 tisti C 20 forsitam C 21 natura C 24 securam Halmius:
 segura C 25 forsam C post hac sed s. hac add. N m. 1 C
 26 incolomitatem C 28 uale. finit C; sequitur in C epist. tertia
 ac tum demum sexta, cui praefixum est: item alia

EPISTOLA VI.

Limenio Saluianus in domino salutem.

Etsi scio honestas mentes probi affectus non obliuisci ideo
 quia boni in bonis studiis quasi naturam quodammodo suam
 diligunt, tamen quia, quantum in nobis est, augere nos amorem 5
 bonorum amicorum officio nostro conuenit, admonendum te
 caritatis olim a me coeptae, nuper a te auctae existimaui, ut
 legens epistolas meas, dum in me studium tui amoris uideres,
 in te mei accenderes. dabit autem, non ambigo, deus noster,
 ut affectum Christianorum in te recipiens Christi ipse affectus 10
 fias. uale in domino.

EPISTOLA VII.

1 Apro et Vero Saluianus.

Officii sit an inprudenciae quod prius ad uos scripsi, quam
 a uobis ius scribendi acciperem, malo uestri esse iudicii quam 15
 adsertionis meae, quia res dubia ac latens melius semper bonis
 interpretatoribus quam malis defensoribus creditur. sed licet
 haec uere se ita habeant et a me ita esse ducantur, tamen
 si, quid in ueri opinione secundum intellegentiam meam sit,
 audiendum a me putatis, ego sic arbitror, si quando de officio 20
 deferendo paruis, ut ego sum, apud superiores, ut uos estis,
 sancta contentio est, melius eos facere, si praeoccupent scripto
 2 patronos suos, quam si ab his praeoccupentur. nam cum ipsa
 scribendi rescribendique adsiduitas dandis uel maxime et
 reddendis obsequiis deferatur, multo necesse est humiliter sit 25
 et obsequentius dare quempiam operam, ut officium prius
 deferat, quam expectare ut prius capiat, quia iuxta id, quod

1 V in mg. C 8 uideres *Halmius*: uidens C uidens *suspi-*
catur Hartelius 11 domino. finit. item alia C 14 officiis itā
 C m. 1 15 mallo C 22 scriptos *sed. s fin. punct. C*
 23 ipsa *sed a in ras. duarum litt. C* 26 ut C m. 2 add.

supra diximus, delatio officii fugere honorem, dissimulatio affectare uideatur. congrue ergo et multis modis rationabiliter **3** actum est, ut ego ad uos prius scriberem. primum, quia turpiter ad honorem ambisse uiderer inferior: deinde, quod uos **5** ab omni huiuscemodi opinionis nota ita morum uestrorum dignitas uindicat, ut paene quicquid a uobis fit, nihil non recte factum esse credatur: postremo, quod, etiamsi hoc con- **4** silio uos ad me non scripsissetis, ut ego peccator et inbecillus prius deferrem officia quam sumerem, pio magis id uos con- **10** silio fecisse existimandum erat quam adroganti. cum enim totius ferme humilitatis et prope omnium officiorum palmam indepti sitis, non tam credi poterat uos amico uoluisse honorem negare quam onus noluisse inponere. quamuis enim honestum **5** et religiosum studium sit praeoccupare humilitate et uincere, **15** tamen quando inter tales, ut nos sumus, id est inter summos atque infimum, huiuscemodi negotium est, abundantioris caritatis rem maior facit, si minori cedat officio. haec, mi domini uenerabiles, iuxta opiniunculam meam non tam praesumptione scientiae quam honore reuerentiae uestrae scribenda ad uos **20** putauī. si aliud uos sentire ostenderitis, ego manum ad os **6** meum ponam et iuxta exemplum sancti Iob, qui post diuinam uocem in comparatione loquentis dei paruū se et inbecillum esse cognouit, terram me, ut sum, squalidam et insincerum cinerem iudicabo dicamque: illud 'semel locutus sum' non **25** adiciam. nec inmerito: incidere enim in falsae opinionis errorem, priusquam uera cognoscas, inperiti animi est et simplicis, perseuerare uero in eo, postquam agnoueris, contumacis. ualete.

25 Iob. 39, 35

6 fit *Pithoeus*: sit *C* 8 scribis&is (*sic*) *C* inbecillus ut in
fin. epist. inbecillum *C* 13 honus sed h ex parte eras. *C*
18 uenerabilis *C* 19 scienti *C* 22 in comparationē *C em.*
Rittershusius; cfr. *Ind. III s. u.* comparatio 24 cinerem *C et coni.*
FX Hirner l. l. p. 14 cicerem *edd.* 27 contumacis *Halmius*:
contumaces *C (contumaciae edd.)* 28 ualete. finit *C*; in quo sequitur
epist. VIII usque ad uerba supplicante uobis §. 17

EPISTOLA VIII.

1 Domino et dulci suo Eucherio episcopo Saluianus.

Legi libros, quos transmisisti, stilo breues doctrina uberes,
 lectione expeditos instructione perfectos, menti tuae et pietati
 pares. nec miror, quod tam utile ac pulchrum opus ad insti- 5
 tutionem potissimum sanctorum ac beatorum pignorum condi-
 2disti. cum enim eximium in eis templum deo aedificaueris,
 doctrina nouae eruditionis quasi summum aedificii tui cul-
 men ornasti, et ut indoles sanctae aequae doctrina ac uita
 inlustrarentur, quos morali institutione formaueras spiritali 10
 instructione decorasti. superest ut dominus deus noster, cuius
 dono admirandissimi iuuenes tales sunt, pares eos faciat libris
 tuis, id est, ut quicquid illi continent in mysterio, hoc uterque
 illorum habeat in sensu. et quia iam dispensatione diuina
 atque iudicio etiam magistri ecclesiarum esse coeperunt, donet 15
 hoc benignissimi dei pietas, ut doctrina illorum fructus sit
 ecclesiarum et tuus profectuque excellentissimo tam illum
 ornet, a quo sunt geniti, quam eos quos ipsi sua institutione
 generauerint. mihi que hoc, etsi non inter omnia, certe uel
 post omnia misericors deus tribuat, ut qui fuerunt discipuli 20
 quondam mei, sint nunc cotidie oratores mei. uale, mi domine
 et dulcis meus.

1 uariis lectionibus trium codd. Paris. apud Halmium in hac epist.
 adiecimus lectiones quarti cod. Paris. n. 2182 (D), quinti uero n. 1791
 ut infimae notae et utiis scatentis omisimus in D inscr. est: In-
 cipit epistola beati Saluiani ad sanctum Eucherium Lugdunensem epi-
 scopum 2 Domino eras. i lit. A dulci suo AD: dulcissimo
 BC; cfr. postremas epistolae uoces Saluianus AD: siluanus pres-
 byter BC (Veranus Paris. 1791) 3 obiter moneo in cod. Sessoriano
 teste A Reifferscheid: (Bibl. patrum lat. I p. 141) post libros additum
 esse tuos, et eundem habere u. 7 Siluanus presbyter 6 beatissi-
 morum B ac beatorum pignorum om. C 7 exsimium BC
 9 indoles sc̄aēque A 10 institutione D m. 2 s. l. 12 dono
 AD: dona BC 15 ecclesię D 16 benignissima BD 17 pro-
 fectu que C prouectu B 20 fuerint BC 21 quotidie A

EPISTOLA VIII.

Domino ac beatissimo discipulo, patri, filio, per
institutionem discipulo, per amorem filio, per ho-
norem patri, Salonio episcopo Saluianus.

5 Quæris a me, o mi Saloni, caritas mea, cur libellis nuper
a quodam huius temporis homine ad ecclesiam factis Timothei
nomen inscriptum sit. addis præterea, quod nisi rationem
uocabuli euidenter expressero, dum nominantur Timothei, inter
apocryfa sint fortasse reputandi. ago gratias atque habeo, 2
10 quod de me ita iudicas, ut pertinere hoc existimes ad fidei
meæ curam, ne quid ecclesiastici operis uacillare permittam,
scilicet ut res summae salubritatis non sit minoris pretii per
opinionis incertum. sufficere itaque ad excludendam penitus
apocryfi stili suspensionem etiam hoc solum poterat, quod su-
15 perius indicaui libros neotericae disputationis esse et a præ-
sentis temporis homine diuinarum rerum studio atque amore
conscriptos; carent enim apocryfa suspitione, qui agnoscuntur
Timothei apostoli non fuisse. sed requirit forsitan aliquis 3
quis ille auctor sit, si apostolus non est, et utrum suum
20 libellis ipsis an alienum nomen in scripserit. uerum est: potest
hoc quidem quaeri et recte quaeritur, si inquisitio ualet ad
fructum aliquem peruenire. ceterum, si infructuosa est, quid
necesse est ut laboret curiositas, cum profectum curiositatis
non sit habitura cognitio? in omni enim uolumine profectus

1 hanc epist. in uno tantum cod. Paris. 2785 (B) seruata et præ-
missam esse libris ad ecclesiam in Sitz.-Ber. p. 37 monuimus; quare
adiicimus uarias scripturas editionis principis (p) Joh. Sighardi
Basileae 1528; qui ex quo codice textum sumpserit non liquet

INCIPIIT EPISTOLA SALUIANI AD SALONIŪ B 2 Domino—Saluianus
om. p 3 filio et patri p 5 karitas B 6 quodam B
facti B 9 apocryfa B atque habeo (corr. ex hebeo m. 1) B,
ita ut debeo p 10 iudicas ita B m. 1 ita iudicas B corr. m. 2
rec. existimes *Halmius*: estimes B aestimes *edd.* 14 apocryfi
stili suspensionem B, paulo post apocryfa 15 neoterici (sic) dispu-
tationes (sic) B 22 peruenire sed re in ras. B

4 magis quaeritur lectionis quam nomen auctoris. et ideo, si profectus est in lectione et habet quisquis ille est quod potest instruere lecturos, quid ei cum uocabulo, quod iuuare non potest curiosos? ita ut dignissime huic inquisitori angelicum illud respondeatur: patriam quaeris an mercennarium? 5 cum enim nullus sit profectus in nomine, qui profectum in scriptis inuenit superflue nomen scriptoris inquit. causae 5 ergo, ut dixi, ista sufficiunt. sed quia tibi, o mi Saloni, decus nostrum atque subsidium, negare nihil possumus, euidentiora dicemus. tria sunt quae in libellis istis, de qui-10 bus loquimur, quaeri possunt: cur is qui scripsit ad ecclesiam scripserit et utrum alieno nomine an suo: si non suo, cur alieno, et si alieno, cur Timothei potissimum nomen quod scriberetur elegerit. igitur ut libelli ad ecclesiam scriberentur, 6 haec causa est. scriptor ille, ut etiam scripta ipsa testantur,15 habet hunc in se cultum atque affectum dei, ut deo nihil praeponendum putet, secundum illud scilicet domini nostri dictum, quod ait: qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. quamuis dictum hoc tepidissimi ac neglegentissimi quique homines solo tantum 20 7 persecutionis tempore putent esse seruandum. quasi uero ullum omnino tempus sit, quo praeferrri aliquid deo debeat, aut qui persecutionis tempore pretiosiore omnibus rebus Christum habere debet reliquo omni tempore habere debeat uiliorem. quod si ita est, amorem dei persecutioni debebimus 25 non fidei, et tunc tantum pii erimus, quando nos impii persequuntur, cum utique aut maiorem aut certe non minorem tranquillis quam asperis rebus affectum domino debeamus. 8 quia et hoc ipso a nobis plus debet diligi, quia nos a malis

5 Tob. 5, 17

18 Matth. 10, 37

1 et *B m. 2 in mg.* 3 quod *Pithoeus*: quos *Bp* 4 curiosus
B inquisitori *ex -turi B corr. m. 1 (inde inquisituro p)* 6 pro-
fectus sit *p* 8 istae *p* 12 nomine et an *B* 18 quod ait *B*
cf. VII 49 quo ait *p Halmius (sic sane V 49 VII 28 E I 6 IIII 42)*
20 neglegentissimi *sed s. e med. i scr. m. 2 B* quoque *B*
26 pii erimus *Jul. Meyer*: poterimus *ex peterimus B corr. m. 2*
poterimus *p*

non patitur adfligi, indulgentia scilicet piissimi et mollissimi
 patris nobiscum agens, qui magis uult nos in pace et quiete
 fidem nostram religionis operibus ostendere quam in perse-
 cutione poenis nostrorum corporum conprobare. et ideo si
 5 tunc ei nil praefereñdum est, quando nobiscum aspere agitur,
 ne tunc quidem praeferri debet, quando per indulgentiam
 plus meretur. sed haec alii tempori magis congruunt: nunc
 quod coepimus exequamur. uidens igitur scriptor ille, quem 9
 diximus, graues atque multiplices Christianorum paene omnium
 10 morbos atque a cunctis in ecclesia positos non solum non
 postponi omnia deo, sed prope cuncta praeponi —: nam et
 ebriosi in ebrietatibus deum spernere uidentur et cupidi in
 cupiditate et impudici in libidine et cruenti in crudelitate,
 et in his omnibus paene omnes, atque hoc eo grauius, quod
 15 non solum haec per scelus atrocissimum diu admittuntur, sed
 ne postea quidem per paenitentiam corriguntur, maxime cum
 etiam in his, qui paenitentes esse dicuntur, nomen sit magis
 paenitentia ipsa quam fructus, quia parum sunt rerum uocabula
 ipsas res non habentia et nihil uirtutum uerba sine uiribus.
 20 plurimi namque ac paene cuncti et rerum abundantes et con- 10
 scii criminum ac flagitiorum suorum non modo ea quae ad-
 miserunt exomologesi ac satisfactione, sed ne hoc quidem,
 quod facillimum est, donis saltem ac misericordiis redimere
 dignantur, atque non solum id in prosperis neglegunt, sed,
 25 quod multum inreligiosius, in aduersis, non solum incolomes,
 sed etiam deficientes. tanta incredulitas est hominum et tam
 grauis infidelium languor animarum, ut cum multi maximas
 opes heredibus, interdum etiam extraneis derelinquant, hoc

1 aut mollissimi *B* 5 agit (*sc. deus*) *Rittershusius* 7 tem-
 pori *ex tempore B corr. m. 2* 13 impudici *ex incupidi B corr. m.*
2 p 13 crudenti *sed d punct. B* 16 penitentiam *B ut paulo*
post penitentes corriguntur *ex correguntur B corr. m. 2*
 18 penitentia ipsa *B poenitentiae p* paruum *alt. u punct. B*
 20 habundantes *B* 21 ea quae] *eaq: B admiserunt ex admi-*
serū int B corr. m. 2 22 exomologesi *B et conī. Rittershusius*
exomologesi p 23 redemere *B* 25 multum = multo *ut IIII*
 62 incolomes *B* 28 derelinquant *B*

solum se putent perdere, quod pro spe sua dederint ac salute. et quidem istud licet in omnibus fere graue sit, praecipue in his tamen, quos in consimili crimine infidelitatis etiam professio sanctitatis accusat. sed idem morbus hic non saecularium tantum est, sed eorum etiam, qui sibi nomen religionis 5
 11 usurpant. — et ideo uidens ille qui scripsit commune esse hoc malum prope uniuersorum labemque hanc non ad mundiales tantum homines, sed etiam ad paenitentes atque conuersos, ad uiduas quoque iam continentiam professas atque ad puellas in sacris altaribus consecratas, quodque, ut ita 10
 dixerim, prope inter monstra reputandum est, ad leuitas etiam ac presbyteros, et quod his feralius multo est, etiam ad episcopos peruenisse, ex quibus multi, quos supra dixi, sine affectibus sine pignore, non familias non filios habentes, opes et substantias suas non pauperibus non ecclesiis, non sibi 15
 12 ipsis non denique, quod his omnibus maius est ac praestantius, deo, sed saecularibus uel maxime et diuitibus et extraneis deputarent, factus est in corde ipsius, sicut scriptum est, 20
 zelus domini quasi ignis ardens. et quia, aestuantibus sacro affectu medullis suis, aliud in tali aestu facere non potuit, in uocem doloris erupit. uox autem ipsa cui inpenderetur nullus magis idoneus uisus est quam ecclesia, cuius utique pars ipsi erant, qui ista faciebant. superflue enim uni aut paucis scribitur, ubi est causa cunctorum. haec ergo ratio et persuasit et compulit, ut libelli de quibus loquimur ad ecclesiam mitte- 25
 13 rentur. nunc illud dicimus quod secundum est, scilicet cur in titulo libellorum non sit nomen auctoris. cuius rei licet una sit causa maxima, multae tamen, ut reor, esse potuerunt.

19 Psal. 78, 5

1 putant <i>Bp</i>	pro <i>ex</i> per <i>B</i> corr. <i>m. 2</i> (<i>sic</i>)	2 licet <i>ex</i> liceat <i>B</i> corr. <i>m. 2</i> , item paulo post graue <i>ex</i> grauibus	4 saecularium
ut 11 secularibus <i>B</i>	5 etiam eorum <i>p</i>	6 commune et statim	
mondiales super <i>o</i> scr. u <i>m. 1</i> <i>B</i>	7 non <i>om.</i> <i>B</i>	8 penitentes	
<i>B</i>	conuersos <i>ex</i> conuersus <i>B</i> corr. <i>m. 2</i>	10 ad <i>B</i> add.	
<i>m. 2</i>	consecratas <i>ex</i> -tis <i>B</i> corr. <i>m. 2</i>	11 leuitas <i>p</i>	12 ac]
atque <i>p</i>	presbyteros <i>B</i>	20 in tali <i>p</i> : in alia <i>B</i>	21 uoce
<i>B</i>	erumpit <i>p</i>		

ac prima illa ueniens a mandato dei, quo praecipimur uitare omnibus modis terrestres gloriae uanitatem, ne dum humanae laudis inanem aurulam quaerimus, praemium caeleste perdamus. ex quo etiam illud est, quod et orari deus et donari occulte
 5 iubens uult nos fructum boni operis commendare secreto, quia nulla sit maior fidei deuotio, quam quae conscientiam uitat hominum deo teste contenta. nesciat enim, inquit saluator noster, manus tua sinistra quid faciat dextera tua, et pater tuus qui uidet in absconso reddet tibi.
 10 et ideo scriptori illi ad subtrahendum ex titulo nomen suum 14 atque celandum sufficere haec tantummodo causa potuit, ut quod in honorem domini sui fecerat diuinae tantum conscientiae reseruaret, et res commendabilior deo fieret, quae famam publicam deuitasset. sed tamen, quod confitendum est, praecipi-
 15 cipuum illud fuit, quia scriptor ille, ut legimus, humilis est in oculis suis et uilis sibi, exiguum se penitus atque ultimum putans, et hoc, quod maius est, mera fide, non officio humilitatis adsumptae sed iudicii simplicis ueritate. unde est, quod 15 iure se etiam ab aliis talem habendum putans, qualis a semet
 20 ipso haberetur, recte libellis suis alienum nomen inseruit, scilicet ne auctoritatem salubribus scriptis personae suae paruitas derogaret; omnia enim admodum dicta tanti existimantur, quantus est ipse qui dixit. siquidem tam inbecilla sunt iudicia huius temporis ac paene tam nulla, ut hi qui
 25 legunt non tam considerent quid legant quam cuius legant, nec tam dictionis uim atque uirtutem quam dictoris cogitent dignitatem. idcirco igitur scriptor ille abscondi ac latitare 16 omnibus modis uoluit, ne scripta, quae in se habent plurimum

7 Matth. 6, 3

3 inanem *om. p* 5 cūmendare *B* 6 quam quae *ex quamq:*
B corr. m. 2 7 inquit *B* 8 noster *om. p* 10 ex *Halmsius:*
e B ei p* 12 tanto (*s. o scr. ũ*) modo *B* 14 confitendum fuit
p 16 se ac penitus *del. ac B, et p* 17 magis est *B* mera
Hartelius: mira *B Halmsius* 22 admodum *mut. m. 2 in a modo B,*
et p 24 iuditia *B* pene *ex pēna B corr. m. 2* hii *p (om.*
Baluzius) 25 quid legunt *B* 26 dictoris *B et Rittershusius:*
dictatoris p 27 ac] et *p* 28 habent *punct. n B*

salubritatis, minora forsitan fierent per nomen auctoris. habet itaque quisquis ille est, qui requirit, cur alienum nomen ad-
 17sumpsit. restat dicere cur Timothei. quod ut dicamus, ad auctorem denuo reuersuri sumus. is enim causarum omnium causa est: qui sicut humilitati praestitit ut alienum, sic 5 timori atque cautellae ut Timothei nomen scriberet. pauidus quippe est et formidolosus ac nonnumquam etiam leuium mendaciorum fugax atque in tantum peccare metuens, ut
 18interdum et non timenda formidet. cum ergo subtrahere ex titulo nomen suum et inserere uellet alienum, timuit in hac 10 nominum commutatione mendacium, nequaquam scilicet admittendam putans etiam in officio sancti operis maculam falsitatis. positus itaque in hoc ambiguae opinionis incerto optimum fore credidit, ut beati euangelistae sacratissimum sequeretur exemplum, qui in utroque diuini operis exordio 15 Theophili nomen inscribens, cum ad hominem scripsisse uideatur, ad amorem dei scripsit, hoc scilicet dignissimum esse iudicans, ut ad ipsum affectum dei scripta dirigeret, a quo
 19ad scribendum impulsus esset. hoc ergo etiam scriptor hic, de quo loquimur, usus est argumento atque consilio. conscius 20 enim sibi sic se omnia in scriptis suis pro dei honore sicut illum pro dei amore fecisse, qua ratione ille Theophili, hac etiam hic Timothei nomen inscripsit; nam sicut Theophili uocabulo amor sic Timothei honor diuinitatis exprimitur. itaque cum legis Timotheum ad ecclesiam scripsisse, hoc intellegere debes, pro honore dei ad ecclesiam scriptum esse, immo potius ipsum honorem dei scripta misisse. quia recte ipse

14 Luc. 1, 3 Act. 1, 1

2 assumptum (ad s. p) sit *ex* assumpsit *B corr. m. 2*, et *p* adsumpserit *Halmius* 4 is] his *B* 6 cautella *B* cautelae *p* scriberet *Bp*, 'fort. inscriberet' *Halmius*; cf. §. 19. 20 8 mendatorem *B* 9 e* titulo (cf. §. 14) *B* et titulo *p* 10 timuit *Baluzius*: timothei *Bp* 11 commutatione *ex* -num *B corr. m. 2* 14 fore *ex* fuere *B corr. m. 2* euuangelistae *B* 16 theofili *B*, ut §. 19 21 sicut — amore *om. p* 23 nomen inscripsit *Jul. Meyer*: nominis (-ne *p*) scripsit *Bp* 25 intellege *B*

scripsisse dicitur, per quem factum est ut scriberetur. hac **20**
 causa igitur in titulo libellorum Timothei nomen inscriptum
 est. congruum siquidem scriptor ille existimavit, ut cum in
 honorem dei libellos scriberet, ipsi diuinitatis honori titulum
 5 consecraret. habes, o mi Saloni, caritas mea, habes quod
 exegisti, inpleui opus muneris inperati. superest ut, quia ego
 sum functus partibus meis, et tu fungaris tuis, id est, ores
 dominum deum nostrum et orando inpetres, ut libelli ad
 'ecclesiam Christi honore conscripti tantum apud deum scriptori
 10 suo prosint, quantum eos prodesse ipse omnibus cupit. nec
 iniustum, puto, est desiderium, quo tantum sibi aliquis prae-
 stari postulat pro salute, quantum ipse optat cunctis pro
 caritate. uale, mi Saloni, decus nostrum atque subsidium.

1 factum *ex* factus *B* *corr. m.* 2 item *statim* hac *ex* haec 2 in
 titulum *p* 4 libellum *p* titulo *B* *fort. recte* 5 karitas
B 7 functus sum *p* hores *punct.* h *B* 8 id impe-
 tres *p* 11 quod *punct.* d *B* 13 Saloni *Baluzius: om. B,* mi
 Saloni *om. p* *cf. §. 5.*

TIMOTHEI

AD ECCLESIAM LIBRI III.

LIBER I.

1 I. Timotheus minimus seruorum dei ecclesiae catholicae
toto orbe diffusae: gratia tibi et pax a deo patre nostro et 5
Christo Iesu domino nostro cum spiritu sancto. Amen.

Inter ceteros graues atque mortiferos exitialis pestilentiae
morbos, quos tibi antiquissimus ille ac fetidissimus serpens
grauissima letiferae aemulationis inuidia et taeterrimo illo
uirosi oris spiritu inalat, nescio an ullus te acerbior anima- 10
rum fidelium peste et taetriore filiorum tuorum labe conficiat,
quam quod plerique ex tuis parum existimant, si in hac uita
rebus sibi ad opus sanctum a deo traditis sine fructu mise-
ricordiae atque humanitatis incumbant, nisi auaritiam, id est
idolatriae seruitutem, etiam in futura post mortem tempora 15

3 INCIP: LIB: PRIM: A, om. B 4 ecclesiae A 5 orbe A,
quod Halmium fugit: orbi B a dō patre A quod item Halmium
fugit, a patre B 6 post amen habet B: INCIP. LIB. PRIMUS (Timo-
theus — Amen om. p et pro his hanc habet inscriptionem: Timothei
episcopi ad ecclesiam catholicam toto orbe diffusam liber primus)
8 fetidissimus AB: foetidissimus edd. 9 letiferae s. scr. m. 2 leti-
ferae B teterrimo (ut paulo post tetriore) AB 10 inhalat
AB ullus scripsi: ulla AB cfr. Sitz.-Ber. p. 34 11 fidelium
Rittershusius: infidelium AB 12 existimant Baluzius: existimantes
AB (fort. scrib. ex tuis (sint) p. existimantes; cfr. de gub. dei VII 34:
quis est non ita dicens . . . sentiens . . . quis . . . non blasphemat? adde
III 52. 55, IIII 24) 13 traditis p, ut uid., et edd.: traditum AB

extendant. circumspicis fortasse et circumspectas, qui isti ex 2
 tuis sint, quos appellem. non longa tibi inquisitione opus est
 ad inueniendum. omnes, inquam, omnes paene hoc sunt quod
 loquor. abiit quippe illa egregia ac supereminens dudum
 5 primitiuae plebis tuae beatitudo, qua omnes Christum agno-
 scentes caducas rerum mundialium facultates in sempiternas
 caelestium possessionum opes conferebant, multantes se usu
 praesentium in praeclaram spem futurorum, immortales diuitias
 praesenti paupertatis ambitu ementes. quid? quod nunc pro his 3
 10 omnibus auaritia cupiditas rapina quaeque eis sociae et quasi
 germana unitate coniunctae sunt, inuidiae inimicitiae crudelitates,
 luxuriae inpudicitiae perditiones, quia superiora illa istorum
 usibus militant, successerunt. ac sic nescio quomodo pugnante
 contra temet ipsam tua felicitate, quantum tibi auctum est
 15 populorum, tantum paene uitiorum, quantum tibi copia ac-
 cessit, tantum disciplina recessit, et prosperitas uenit quae-
 stuum cum magno faenore detrimentorum. multiplicatis enim 4
 fidei populis fides imminuta est et crescentibus filiis suis mater
 aegrotat, factaque es, ecclesia, profectu tuae fecunditatis in-
 20 firmior atque accessu relabens et quasi uiribus minus ualida.
 diffudisti siquidem per omnem mundum religiosi nominis
 membra religionis uim non habentia ac sic esse coepisti tur-
 bis opulens fide pauper, quanto ditior multitudine tanto egen-
 tior deuotione, latior corpore angustior mente, eademque, ut
 25 ita dixerim, et in te maior et in te minor, nouo paene et
 inaudito genere processus et recessus crescens simul et de-

7 mutantas seu supraesentium *A* (*erasa l lit. sed ita ut adhuc cognosci
 possit*) multantes (*punct. l lit.*) sensū (*partim in ras.*) *B* (mutantes sensu
 et post et pro in uulgo) 9 quid? quod *scripsi*: quod (*sed s. scr.
 m. 2 at quod Halmius non adnotat*) *A* quod *B* at *p*; *cfr. Sitz.-Ber.
 p. 34* 10 quaeq; *ex quaeque corr. m. 2 A* eis *Halmius*: ei*
 sociae *A* et sociae *B* germana* (*eras. s lit.*) *A* ('germanitate coniunctae
Rittershusius haud scio an recte Halmius) 12 luxoriae s. o *scr. u
 m. 2 A* perditiones s. ex *scr. ro m. 2 A* 13 successerent s. e *fin.
 scr. u m. 2 A* successere *B* 15 copia .. disciplina *A*: copiae .. di-
 sciplinae *B Halmius* 18 fides] fidis *AB* 19 factaq; *ex factaque
 corr. m. 2 A* (*ut supra §. 3 quaeq;*) et paulo post eademq; *alias* ecclesia
A saepius tuae *ex tua corr. m. 2 A* 22 cepisti *B*

5 crescens. ubi enim est illa nunc eximia forma tua et totius
 corporis pulchritudo? ubi illud de uiuis uirtutibus tuis diui-
 norum apicum testimonium dicens: multitudinis autem
 credentium erat cor et anima una, et nemo quic-
 quam ex eo quod possidebat suum esse dicebat. 5
 cuius tu nunc, o dolor ac lamentatio! lectionem tantum habes
 uirtutem non habes, cuique tu scientia tantum interres con-
 6 scientia abes. maxima quippe nunc filiorum tuorum portio
 mortiferarum rerum negotiatrix est propolisque et cauponibus
 similis terrenis, immo tartareis, perituris simul atque per- 10
 dentibus studet nundinis. lucro enim pecuniae damnum uitae
 ementes, ut adquirant quae non sunt sua, prodigunt quae sunt
 sua, mandantes terrae thesauros luctuosos heredibus breue
 gaudium auctoribus longum maerorem adlaturos, fraudantes
 usu rerum praesentium tam alios quam se ipsos, condentes 15
 profundis specibus infernas opes, simul pecuniam suam ac
 spem suam infodientes secundum illud scilicet domini nostri
 dictum, quo ait: ubi fuerit thesaurus tuus, ibi erit
 7 et cor tuum. inuident itaque saluti suae animasque pro-
 prias, quae uocantur ad caelum, terrenis ponderibus in terram 20
 premunt. mens enim thesaurizantis thesaurum suum sequitur
 et quasi in naturam terrestris substantiae demutatur, nec
 solum nunc sed etiam in futuro atque perpetuo. nam cum,
 ut scriptum est, ante hominem uita pariter ac mors sint et
 ad quod uult manum porrigat, necesse est ea unusquisque 25
 hominum in aeternitate possideat, quae hic quasi manu sua
 ipse peruaserit, uoluntatique ac sententiae suae deditus his
 in futuro adhaereat condicione, quibus hic adhaesit affectu.

8 II. Sed uidelicet immunes se ab hoc piaculo quidam putant,
 qui fortasse aurum ac facultates suas in terra non habent et 30

3 Act. 4, 32

18 Matth. 16, 2

1 eximie forme tuę B 2 diuinorum apicum] *hoc loco egregie
 fulcitur Hartelii coniectura de gub. I 43 ex qua apices pro rupices
 scripsimus* 4 post cor A in mg. m. 2 unum, quod et p habet
 9 propolisque s. u scr. o m. 2 AB 13 luctuosus (sic) B sed sis m.
 rec. 16 specibus s. i scr. u m. 2 A 24 ut A: ad B & s.
 scr. m. 2 ut A 29 immune esse B 30 habet B

tamen ubicumque abstrusas habent. nemo se ridiculis opinio-
 nibus fallat. quicumque augendis opibus terrena cupiditate
 famulantur aurum terrae semper infodiunt. hoc est enim
 illud, quod saluator in euangelio docet dicens: nolite the-
 5 saurizare uobis thesauros in terra. et iterum: the-
 saurizzate autem uobis thesauros in caelo. intellegi
 iuxta carnalem auditum ista non possunt. numquid enim aut
 omnes mali in terra corporales thesauros suos aut omnes boni
 in caelo locant? non utique. et ideo effectus spiritalium 9
 10 rerum atque uirtutes uis sacrae locutionis expressit. scilicet
 ut, quia cupiditati et auaritiae terrena atque tartarea, miseri-
 cordiae autem ac largitati caelestia ac sempiterna debentur,
 idcirco diuersitas terreni et caelestis thesauri posita est, ut
 qui cupiditati et auaritiae thesaurizarent in inferno se opes
 15 locare cognoscerent, qui uero misericordiae et humanitati
 caelestes thesauros praeparare gauderent. loca itaque thesau-
 rorum de meritis thesaurizantium nominauit; ibi enim dicuntur
 esse iam thesauri, ubi sunt thesaurizantes futuri.

III. Sed austera forsitan uideatur esse sententia cunctos 10
 20 aequaliter ad perfectionem uocans et una omnes lege conpel-
 lans, cum utique non sit uniuersorum una condicio. rectissime
 quidem dici ad ista poterat, quod cum omnes perpetuo uelint
 uiuere, omnes id agere deberent, ut uitam participare possint,
 quia inconsultissimum ac stultissimum est id quosdam agere,
 25 ut quod affectu ac uoto uolunt, id ipsum re atque actu nolle
 uideantur. sed tamen uideamus eam maxime Christianorum, 11
 id est filiorum tuorum partem, quae certis rerum impedimentis
 et inexpugnabilibus, ut putat, necessitudinum uinculis a per-
 fectione reuocatur. ac primum in hac parte illi, opinor, sunt,
 30 qui ad quaerendas pecunias et ampliandas latissime opes con-

4 Matth. 6, 19

6 intellegi s. e *syll. paenult. scr. i m. 2 A* intellige *B* 11 'ut
delendum uidetur' Halmius fort. recte 13 est *punct. et s. scr. sit*
m. 2 A 19 austera s. a *priore scr. h m. 2 A* forsitam *AB*
 21 conditio *B et ante ras. A* 22 quidem *ex quidam corr. m. 2*
B 23 possent *ex possint corr. m. 2 A*

pelli se pignorum cura et quasi uiolento filiorum amore cau-
 santur. quasi uero quicumque patres sunt nequaquam aut
 possint aut debeant omnino esse nisi diuites et amare filios
 suos sine opum multiplicatione non ualeant, aut uero uirtus
 ac medullae affectuum auaritia et cupiditates sint: quia scili- 5
 cet, ut illi putant, sicut corpus sine medulla, sic amor sine
 12 cupiditate esse non possit. quod si ita est, omnis absque
 dubio pietas mali causa est, neque in ea sensus sunt affectuum
 bonorum sed incentiua uitiorum. et ubi illud sacrum diuinae
 auctoritatis oraculum: pietas ad omnia utilis est? hoc 10
 enim modo non solum non ad omnia utilis sed paene in
 omnibus insalubris. si enim generatrix cupiditatum est, plus
 in se multo malorum continet quam bonorum secundum illud
 13 scripturae sacrae: radix omnium malorum est cupidi-
 tas. itaque si radix malorum omnium est cupiditas atque 15
 haec pietatis matrice gignitur et quasi uiroso eiusdem lacte
 nutritur, non tam cupiditas reprehendenda, quae ex pietate
 parente nascitur, quam ipsa pietas, ex qua talis filia procreatur.
 quo fit ut, si tam pestilens est pietas ac tam nocens, nec
 amare expediat nec amari, quia nec parentes amorem debent 20
 adpetere sibi noxium nec desiderare filii parentibus offuturum.
 14 quamuis ille non parentibus tantum sed etiam filiis morbum
 ferat, quia et illis grauis est, qui perniciosas pariunt heredi-
 tates, et illis, qui inter improbissimum quaestum improbi edu-
 cantur heredes. et hinc est, quod paene omnes parentibus 25
 suis filii non magis in patrimonia quam in uitia succedunt
 nec magis facultates paternas sumunt quam prauitates, ac sic
 transeuntes semper in mores patrum ante eorum incipiunt
 nequitiam quam substantiam possidere. bona enim parentum

10 I Tim. 4, 8

14 I Tim. 6, 10

5 aut medullae affectum *B* 9 illud *add. in marg.* erit *m. 2 A*
 (*et uulgo*) 16 matrice *B* 17 reprehenda *B* 18 ex quo
B 21 adpetere *s. d. scr. p. m. 2 A* obfuturum *ex offuturum*
m. 2 A 24 improbie docantur *m. 1 A* 27 prauitates *ex -tis*
corr. m. 2 A 29 quam substantiam *om. B* enim non *sed non*
punct. B

non nisi mortuis eis possident, uiuentibus autem adhuc et ualentibus mores: ac sic priusquam in dominio suo habere incipiant res paternas, habent in animis ipsos patres, et ante quam habeant illa, quae falso dicuntur bona, habent illa, 5 quae uere probantur mala.

IIII. Quid ergo? cum haec ita sint, interdicere forsam pa- 15 rentibus filiorum uideor affectum? minime. quid enim tam ferum tam inhumanum tam legi aemulum, quam si non amandos dicamus filios qui amandos fatemur inimicos? 10 aut si affectum, quem natura praestat, prohibeamus qui etiam eum, quem natura prohibet, inpendimus? aut si caritatem menti extorqueamus quam habet, qui etiam illam ei conamur inserere, quam non habet? non ita est: non solum 16 enim amandos dicimus filios sed praecipue ac super omnia 15 amandos nec quicquam his omnino anteponendum nisi deum solum. nam et hoc est praecipue amare, illum filiis antepondere, quem non expediat omnino postponere. quid est ergo aut quo modo amandos dicimus filios? quo absque dubio nisi quo deus ipse constituit? neque enim est ullus melior filiorum 20 amor, quam quem ille docuit, qui ipsos filios dedit. neque possunt pignora melius amari quam si in eo ipso, a quo data sunt, amentur. quo modo igitur deus amari filios iussit? non 17 dico ego: dicat sermo ipse diuinus, qui ad patres omnes generaliter ita loquitur: ut tradant mandata dei filiis suis, ut 25 ponant in deo spem suam et non obliuiscantur operum dei sui et mandata eius exquirant. alibi quoque: et uos, inquit, patres, nolite ad iracundiam prouocare filios uestros, sed educate illos in disciplina et correptione domini. uidetis quas parari opes 18 30 a parentibus filiis deus iubeat, non pecuniarios thesauros nec graues metallo aureo saccos, habentes quidem multum pon-

24 Psal. 77, 7

27 Ephes. 6, 4

2 domino *m. 1 B* 4 habeant] *A* habent *sed a m. 1 s. e scr.*
 bona ante habent *AB sed punct. ante B* 6 forsam *B et m. 1 A*
 11 incendimus *J. Meyer* 27 inquit *B* 28 educate *ex edocate*
m. 1 AB (ut paulo post)

deris sed plus tamen iniquitatis, non superbas ac praeminentes
 excelsis urbibus domus, non supra humanos uisus elata cul-
 mina nec inserta nubibus aërio habitatore fastigia, non deni-
 que fundos interminabiles et notitiam possessoris sui exce-
 dentes, qui consortes pati indignum aestiment et uicinitatem ⁵
 19 iniuriam putent. non ergo haec deus praecipit nec in seruilia
 terrenae procurationis officia curam patriae pietatis extendit.
 pauca sunt quae mandat sed salutaria, expedita sed sancta,
 praecepto parca sed fructu grandia, scripto breuia sed beati-
 tudine sempiterna. parentes enim, inquit, nolite ad in-¹⁰
 dignationem prouocare filios uestros, sed educate
 illos in disciplina et correptione domini: ut ponant
 scilicet, sicut propheta dixit, ut ponant in deo spem
 suam et non obliuiscantur operum dei sui et man-
 20 data eius exquirant. en quales diuitias deus diligit, en ¹⁵
 quas pignoribus recondi exigit opes, en quas parari imperat
 facultates, fidem scilicet ac timorem dei, modestiam sancti-
 moniam disciplinam, non terrena non uilia non pereuntia non
 caduca: praeclara utique. cum enim deus uiuorum sit non
 mortuorum, recte illa parari filiis iussit, per quae in aeternum ²⁰
 uiuerent non per quae in aeternitate morerentur. nemo enim
 dubitat omnibus ferme malis et infidelibus diuitias mundiales
 causam mortis magis esse quam uitae secundum illud quod
 deus dicit: quam difficile hi qui pecunias habent
 introibunt in regna caelorum. et iterum facilius est, ²⁵
 inquit, camelum per foramen acus transire quam
 diuitem intrare in regna caelorum. unde et illud est,
 quod specialiter iubet dicens: nolite thesaurizare uobis
 thesauros in terra, thesaurizate autem uobis the-
 21 sauros in caelo. superioribus ac sequentibus dictis duo ³⁰
 thesaurorum genera monstrantur, unum scilicet quo filiis the-
 saurizent patres, aliud quo sibi. filiis quo modo? ut erudiant

24 Marc. 10, 24

25 Marc. 10, 25

28 Matth. 6, 19

1 p̄minentes *A*: preminentes *B* praeminentes *c. edd. Halmius* 2 do-
 mus *ex domos corr. m. 1 A* 10 inquit *AB* 19 praeclara *ex prae-*
clare corr. m. 2 B 24 hii *AB* quei *punct. e A* 25 regno *B*

illos officio ac timore diuino: sibi quo modo? ut thesaurizent sibi thesauros in caelo. mirifice scilicet, ut, quia pecunia caduca est disciplina immortalis, et omnes ferme parentes plus amant filios quam se ipsos, sibi conferant bona caduca filii
 5 sempiterna, ac sic et pietati suae consulant et saluti, cum duplici atque immortalis bono et per ea, quae aeterna sunt, aeternos esse filios suos faciant et ad conquirendam sibi beatitudinem ea, quae naturaliter caduca sunt, bonis operibus in aeterna conuertant. quid ergo aestuas, paterna pietas? quid
 10 ad conquirenda terrena et peritura distenderis? nihil maius praestare filiis potes, quam si hoc bonum per te habeant, quod numquam penitus amittant. non necesse est ergo ut filio tuo terrenos thesauros recondas: nulla re eum facies ditio-
 rem quam si ipsum filium tuum thesaurum dei feceris.

15 V. Quamquam haec licet se ita habeant et sint uera ac
 saluberrima, tamen non ita dicam, quasi filios bonis et facultatibus paternis penitus excludam. sed de hoc postea disputabimus. interim quia reos se quidam futuros non putant, si
 20 substantias suas non ad euangelii honorem non ad salutem suam non ad ullum officium dei conferant, sed pro libidine et infidelitate quibuscumque heredibus passim uel inreligiosis uel locupletibus inopia et paganica <uanitate> transcribant, uideamus breuiter uel a quo sint datae facultates ipsae uel
 25 ob quid datae, ut cum et auctorem et causam datae rei ostenderimus, facilius et ad quem referenda et in quem usum conferenda sit adprobare possimus. omnem substantiam mun-
 24

4 ament AB 19 euangeli B 21 inreligiosis ex -si corr.
 m. 2 B 22 locopletibus A ante inopia Halmius suppleuit
 mente; nos addidimus uanitate (ut §. 33: infidelissima uanitate, praeterea III 59 et 60 infelicissima et miserrima uanitate; cfr. quae de hoc loco disputauimus Sitz.-Ber. p. 34 sq.; ceterum memoratu dignum est, in A post paganica s. scr. esse sollicitudine, ut uulgo legitur; suppleuisse hanc uocem ut supra §. 12 erit aliaque suspicor P. Pithoeum cuius nomen in prima codicis pagina bis adscriptum est quemque hoc codice usum esse uideri iam recte monuit Halmius praef. pag. VI
 24 ob quid ex ob quod m. 1 corr. A 25 et in quem usum conferenda A m. 1 (non 2) s. lin. addit et signo |; post referenda (non post quem) relegat

dialem diuino cunctis munere dari nullus homo, ut reor, am-
 bigit, qui modo in hominum numerum referri potest. nisi
 forte quis tantae sit sapientiae, ut cum humano generi mun-
 dus ipse a deo datus sit, ea quae in mundo sunt non a deo
 hominibus data arbitretur. igitur si omnia omnibus deus tri- 5
 buit, nemini dubium est, quod ea, quae dei dono accepimus,
 ad dei cultum referre debemus et in eius opere consumere
 25 quae eiusdem sumpsimus largitate. hoc enim est agnoscere
 munus dei et diuinis beneficiis bene uti, ut datis suis illum
 honores, a quo data ipsa acceperis: quod quidem etiam hu- 10
 manarum rerum exempla edocent. si enim usus rerum ali-
 quarum cuiquam homini alterius hominis beneficio ac largitate
 tribuatur isque inmemor illius, a quo fructum rerum indeptus
 est, auertere ab eo ipso proprietatem praestitae rei atque
 alienare conetur, nonne ingrattissimus omnium atque infide- 15
 lissimus iudicetur, qui oblitus scilicet hominis benefici ac
 liberalissimi spoliare illum iure dominii sui uelit, qui eum
 26 ipsum usus possessione ditauerit? et nos itaque usum tantum
 earum rerum accepimus, quas tenemus; commodatis enim a
 deo facultatibus utimur et quasi precarii possessores sumus. 20
 denique egredientes e mundo isto, uelimus nolimus, hic cuncta
 relinquimus. cur ergo cum possessores usufructuarii simus,
 quod nobiscum auferre non possumus auertere a proprietate
 domini atque alienare temptamus? cur non bona fide datis a
 deo resculis utimur? tenuimus quoad licuit, tenuimus quoad 25
 27 permisit ille qui praestitit. quid rectius quid honestius, quam
 ut ubi res ab eo discedit, qui usum habuit, reuertatur ad
 eum possessio, qui utendam concessit? denique etiam ipsae
 hoc dei uoces per linguas litterarum sacrarum iubent dicentes

3 'sapientiae ironice dictum esse iam Pithoeus monuit' Halmius
 (insipientiae praeter p etiam Paris. 2173) 6 dona (sic) accipimus

B 8 enim est AB est enim Halmius nil adnotans in apparatu
 critico 9 beneficiis ex beneficiis corr. m. 2 A 20 praecaru lit. u

ex parte eras. A 21 hi*c*cuncta A hinc cuncta sed punct. n B

22 post possessores s. l. m. 2 tantum add. A (quod recepit Baluzius)

usufructuari, (sic) s. i scr. o A 25 resculis priores punct. B

28 utendam cum p, ut uid., Halmius: utenda AB

ad unum quemque nostrum: honora dominum de tua substantia. et alibi redde, inquit, debitum tuum. quam pius et indulgens dominus deus noster, inuitans nos ad erogandam terrenae substantiae facultatem! honora, inquit, dominum de tua substantia. cum totum suum sit quod ab eo accepimus, nostrum esse dicit ut demus, ideo scilicet nostram appellans proprietatem possessionis, ut maior sit merces operantis, quia plus fructuum necesse est largitor habeat, ubi de suo uidetur esse largitio.

10 VI. Sed tamen ne hoc ipso humana mens insolesceret, 28 quod substantiam hanc dominus nostram esse dixisset, adiecit: redde debitum tuum: hoc est, ut quem deuotio non inliceret ad largiendum necessitas cogeret ad exsoluendum, et quem ad opus sanctum fides sua ipsa non traheret saltim
15 necessitas coartaret. prius ait: honora dominum de tua substantia, deinde redde, inquit, debitum tuum. hoc est dicere: si deuotus es, da quasi tuum, si indeuotus, redde quasi non tuum. bene itaque posuit et dandi uoluntatem et soluendi necessitatem. hoc est utique dicere omni homini: ad 29
20 opus sanctum et hortatione inuitaris et exactione constringeris: da, si uis, redde, si non uis. apostolus quoque id ipsum monens diuitibus praecipit, ne superbe sapiant neque sperent in incerto diuitiarum sed in deo uiuo: qui praestat nobis, inquit, omnia ad fruendum in uoluntate operum bonorum. uno dicto utrumque docuit, hoc est et qui daret diuitias et cur daret. dicens enim sperandum a deo, qui 30
praestet omnia, ostendit a deo diuites fieri, addens autem 'in uoluntate operum bonorum' docet id ipsum, quod dixit a deo tribui, propter bona tantum opera praestari: praestat

1 Prou. 3, 9

2 Eccles. 4, 8

23 I Tim. 6, 17

2 inquit AB

3 pius AB: pius est *Halmius nil adnotans*

4 inquit AB

5 dominum] dñm B (*idem paulo ante dñm*)

7 mer-

ces ex mercis corr. m. 2 AB

12 inliceret s. n. scr. 1 m. 2 AB

14 fides ex fidis corr. m. 2 A

ipsa in B punct.

15 post prius

s. l. add. ergo m. 2 A (*et sic ed. Baluzius*)

16 inquit B

17 da]

redde ex de corr. m. 2 B

24 inquit nobis B

27 praestat B

enim, inquit, omnia in uoluntate operum bonorum: hoc est, ad hoc facit homines substantia esse locupletes, ut bona operatione sint diuites, id est ut commutent diuitias, quas acceperunt, et facultates ipsas in bonis operibus conlocantes dei opes, quas habent in hoc saeculo temporarias, bene utendo faciant sempiternas, ac sic agnoscentes munera dei duplici bono gaudeant, cum qui sunt diuites in hoc saeculo esse quoque diuites mereantur in caelo.

31 VII. Sic ergo hauendae sunt diuitiae sic petendae, sic tenendae sic propagandae: alioquin inaestimabile malum est bonis a deo datis non bene uti; auaro enim, inquit scriptura sacra, nihil est scelestius, et pessimum ac feralissimum morbi genus diuitiae conseruatae in malum domini sui. uerum est. quid enim peius aut quid miserius, quam si quis praesentia bona in mala futura conuertat, et quae ad hoc a deo data sunt, ut pararetur ex eis uitae beatitudo perpetua, per 32 haec ipsa quaeratur mors ac damnatio sempiterna? in quo et illud considerandum quod, si seruatae diuitiae ad malum hominis conseruantur, quanto utique ad maius malum coaceruantur. quotus enim quisque nunc diuitum tantae est contentiae, qui opes custodire contentus adcumulare iam nolit? o miseria temporis et ecclesiasticae plebis, ad quid redacta est! ubi cum scriptum sit, quod seruare opes genus sit magni 33 criminis, non augere iam genus putatur esse uirtutis. ergo, ut supra diximus, quo modo se quidam reos omnino non putant, si nec in morte sibimet per dispensationem substantiae consuluerint, cum etiam ex hoc rei sint, quod usque ad mortem cuncta seruauerint? aut quo modo rei non erunt, qui facultates suas ad quoscumque homines infidelissima uanitate

11 Eccles. 10, 9

4 conlocantes] conculcantes *operarum errore apud Halmium*
 9 hauendae cum *J. Meyero Halmius*: habendae *AB* 13 post morbi
s. l. add. genus m. 2 A; ex p recepit et Halmius; sed fortasse nil excidit et Salu. scripsit in orbi uel orbe; pessimum enim uoci statim respondet quid enim peius cf. VI 72: in alio orbe remota et Ind. III s. n. orbis 17 dampnatio *B* 22 ecclesiasticae *A* 24 non delendum
censebat Rittershusius 27 quo usque *B* 28 seruauerunt *B*

transmiserint, cum etiam illi rei futuri sint, qui non se ipsos
 in uita ista aliqua ob honorem dei rerum suarum parte pri-
 uauerint? ostendente id ipsum etiam per apostolum do-
 mino nostro atque dicente: age nunc, diuites, plo-
 5 rate in miseriis, quae aduenient uobis: diuitiae
 uestrae putrefactae sunt et uestimenta uestra a
 tineis comesta sunt, aurum et argentum uestrum
 aeruginauit, et aerugo eorum in testimonium uo-
 bis erit et manducabit carnes uestras sicut ignis.
 10 thesaurizatis in nouissimis diebus. praeter illam, quae 34
 in mysterio latens maior est multo ac terribior diuinorum
 uerborum seueritatem, sufficere ad metum ac tremorem omni-
 bus puto illa, quae prompta sunt; ad diuites enim peculiariter
 loquitur. plangere eos praecipit mala futura nuntiat ignem
 15 perpetuum comminatur. et hoc, quo minae ipsae magis
 timendae sint, non propter homicidia non propter fornicationes,
 non ob sacrilegas impietates aut alia postremo uitia letali
 gladio animas et perenni occisione iugulantia, sed propter
 solas tantummodo opes propter insanam cupiditatem propter
 20 auri atque argenti famem, ut ostenderet scilicet sufficere haec
 homini ad aeternam damnationem, etiamsi reatus alii non
 fuissent. quid dici simplicius quid euidentiis potest? non 35
 dicit diuiti: torquendus es, quia homicida es, torquendus es,
 quia fornicator, sed torquendus tantummodo, quia diues, hoc
 25 est quia diuitiis male uteris, quia datas tibi ad opus sanctum
 diuitias non intellegis. non enim ipsae diuitiae per se noxae,
 sed mentes male utentium crimosae, nec ipsae opes homini
 poenae causa sunt, sed de opibus sibi poenas diuites faciunt,
 quia dum uti diuitiis bene nolunt, ipsas sibi diuitias in tor-
 30 menta conuertunt. thesaurizatis, inquit, in nouissimis
 diebus. bene, cum dixisset thesaurizatis, addidit in 36

4 Iac. 5, 1

3 ostende *B* apostolum *AB*: apostolum suum *Halmius*, qui
in adn. crit. nihil adnotat 4 age *s. scr. ite m. 2 A* age *B* agite
cum p et Vulgata Halmius 8 eruginauit et erugo *AB* 13 prumta
A prumpta *B*; cf. *Roensch Itala u. Vulgata p. 460* 26 noxie *A*
 27 mentis *punct. s lit. B*

nouissimis diebus, hoc est, ut maior thesaurizantium reatus esset, cum thesaurorum inuidiam etiam saeculi extrema cumularent. thesaurizatis, inquit, in nouissimis diebus. per thesauros cupiditas per nouissimos dies infidelitas accusatur. ac per hoc duplex et cupiditatis noxa est et infidelitatis, quia thesauros, quos iuxta id quod deus dicit 'non concupisces' crimen utique fuit et alio tempore concupiscere, maius absque dubio per infidelitatem ipsam crimen est etiam in mundi fine cumulare.

- 37 VIII. Durum fortasse aliquis sermonem meum hactenus iudicauit. et uere durus est, si aliquid non ex testimoniorum sacrorum auctoritate commonuit: durus existimetur, si aliquid tale habuit, quale hic apostolus praedicauit: ut non addamus illud domini nostri dictum, quo omnes penitus indignos se esse dixit, qui non renuntiassent omnibus quae possederint. 5
 38 quae cum ita sint, nonne, quaeso, indulgentissimum ac mollissimum existimari conuenit quod locuti sumus, scilicet qui hominibus, quibus perfectam incolumitatem tribuere non possumus, opem saltem desperatae salutis inquirimus, et quorum uitam sanare non possumus, mortem leuare temptamus? quid est enim perfecta sanitas? quid nisi in uita hac bene agere? quid postrema curatio? quid nisi uel in extremis bonum uiaticum comparare? quid est perfecta sanitas? quid nisi rebus a deo traditis bene uti? quod ultimum remedium? quod nisi
 39 saltem postea facere quod paeniteas te non ante fecisse? dura aliquis putat esse quae dico: dura, plane dura existimentur, nisi talia sunt, ut in comparatione apostolicae seueritatis mollia ac remissa uideantur. apostolus enim ad planetum diuites uocat, nos ad remedium: apostolus diuitias ignem

6 Exod. 20 Rom. 7

5 nox est *B* 6 deus] *dn̄s* (*sic, non solum 'teste Baluzio' ut apud Halmium*) *B* 7 concupisces *ex concupiscis corr. m. 2 AB*
 12 commonit *punct. nit et s. ser. m. 2 nuerit A* 13 apostolus hic *sed additis m. 1 signis transpositionis A* 15 possiderint *B*
 16 quae] qui *B* 18 incolomitatem *B* 19 desperatae *ex disperatae corr. m. 2 AB* 24 quid nisi *B* 25 saltem *ex saltem corr. m. 2 A*

nominat, nos facere ex diuitiis aquas cupimus ignem extinguen-
 tes secundum illud: sicut aqua extinguit ignem, sic
 eleemosyna peccatum. apostolus in diuitiis male conser-40
 uatis damnationem esse testatur, ego ex his, quae dicit ille
 5 mortem aeternam omnibus facere, uitam opto perpetuam con-
 parare: non quidem quod ulli uitis carnalibus implicato suffi-
 cere ad uitam aeternam putem, si, cum usque ad mortem in
 flagitiis consenuerit, in obitu bene cuncta dispenset, nisi antea
 et peccatis renuntiauerit et sordidam illam criminum tunicam
 10 lutulentamque proiecerit et nouam conuersionis ac sanctimoniae
 uestem de manu apostoli praedicantis acceperit. alioqui pec-41
 care non desinit, quem in extremis situm recedere a crimini-
 bus sola tantum facit impossibilitas non uoluntas. qui enim
 a malis actibus tantum morte discedit non relinquit scelera,
 15 sed relinquitur a sceleribus, ac per hoc necessitate exclusus
 a uitis et tum, puto, peccat, quando cessauerint, quia, quan-
 tum ad animum, necdum desiit qui adhuc uelit peccare, si
 possit. non bonis itaque spebus innititur qui ad hoc tantum
 peccat in uita, ut peccatorum molem redimat in morte, et
 20 ideo se euasurum putat, non quia bonus sed quia diues sit.
 quasi uero deus non uitam quaerat hominum sed pecuniam,42
 atque a cunctis malorum redimendorum spe male agentibus
 accipere solos pro criminibus nummos uelit et corruptorum
 iudicum more argentum exigat, ut peccata uendat. non ita43
 25 est. prodesse enim largitionem plurimum certum est, sed non
 illis, qui ultima futurae largitionis spe male uiuunt, qui
 fiducia redimendae immunitatis scelera committunt, sed illis,
 qui decepti aut lubrico aetatis aut nubilo erroris aut uitio

2 Eccles. 3, 33

3 elymosina *A* elimosina *B* 'uidetur Saluianus itacismum secutus
 eleimosyna scripsisse' *Halmsius* 5 comparare *om. B* 10 lutu-
 lentum que *m. 1 B* conuersionis *B* 11 alioquin *ex -qui*
corr. m. 2 B 12 quem *s. scr. m. 2 hunc A* 16 tum *p: dum*
s. scr. m. 2 tunc (tñc B) AB cessauerit *B* 17 negdum *s.*
scr. c m. 2 A 21 querit *B* 23 solos *s. o poster. s. scr. sed*
ex parte eras. u A solus *B* corruptorum qui iud. *B* 27 in-
 munitatis *B*

ignorantiae aut postremo lapsu fragilitatis humanae resipiscere tandem quasi post mortem grauissimae infirmitatis aut quasi post luctum turbatae mentis incipiunt, et sicut ad sensum suum insani homines post furorem, sic isti redeunt post errorem, in uno tantummodo a se dispaes, quod illi gaudent, 5 postquam euaserint aegritudinem, isti plangunt, postquam 44 acceperint sanitatem. nec inmerito. illi enim tanto plus gratulantur, quanto plus incolumitatis indeptos esse se sentiunt, isti tanto plus confunduntur, quanto euidentius morbum sui erroris agnoscunt. quo fiat necesse est ut illi exultent et 10 isti luceant, quia illi quod aegrotarunt inputant ualitudini, isti quod errauerunt sibi, ac sic illi laeti sunt de remedio et isti anxii de reatu.

45 VIII. Vnde admoneo cum omnes tum praecipue eos, quos grauium delictorum terror exagitat et in quibus infeliciores 15 conscientia peccatorum poenaliu recordatione suspirat, primum ut, licet lapsi sint, non commorentur in lapsu nec in uolutabris suis sordentium suum more uersentur, qui cum aestuantes aluos caeno inmerserint, nequaquam sordidis uoluptatibus satisfaciunt, nisi tota penitus luto membra conuoluant. 20 non ergo horum naturalem sequantur inluuiem nec male blandis lapsibus adquiescant, aut in barathro libidinum commorantes in ipsis se sepeliant ruinis suis, sed ilico, ubi concidere, consurgant et eleuationem protinus meditentur in lapsu, ac, si fieri ullo modo pernicitate paenitudinis potest, tam uelox 25 sit remedium resurgentis, ut uix possit uestigium apparere 46 conlapsi. ergo in huiusmodi causis hoc primum medellae opus

1 lapsu *punct. p et s. scr. m. 2 b A* 7 enim illi *B* 8 incolumitatis *B* 9 confundantur *B* 11 ualitudini *ex ualit. corr. m. 2 A* 12 de *s. l. add. m. 2 B* 14 tum] dum *s. scr. m. 2 t B* 15 infeliciores *A* ('*ut saepe in uoc. felix et eius deriuatis*' *Halmius*) 18 suum *p: om. AB* ('*fort. in uolutabris suum sordentium more*' *Halmius; cfr. quae disputauimus Sitz.-Ber. p. 35*) 21 naturarum *B* 22 baratro *AB* 23 ilico *B* concidere *ex conced. corr. m. 2 AB* 25 penitudinis *AB* tam] tamen *B* 27 cum lapsu *A* conlapsi *ex cum lapsi corr. m. 2 B* medelle *alt. l eras. A* medellae *corr. ex medellae B*

est, ut morbos suos languentes horreant, curare plagas festinent saucii et ilico e corporibus sagittas rapiant uulnerati. optime enim malagma uel fibula calidis adhuc uulneribus inponitur, et citius sibi plagarum caro sociatur, quae non diu
 5 hiare permittitur. ulcus quippe in corpore, si computruerit, dilatatur, et si plagas cancruma sequitur, cancrum necesse est consequatur occasus. fugienda itaque primum haec pecca- 47 toribus mala sunt nec dandus diabolo locus, ut qui stantes inpulit in ruinam lapsos praecipitet in mortem. quodsi aut
 10 tanta uis morbi aut tanta aegrotorum fuerit incuria, ut ualitudinis labem usque ad dies ultimos trahat, quid dicam nescio quid promittam penitus ignoro. reuocare ab inquisitione ultimi remedii periclitantes durum et impium, spondere autem aliquid in tam sera curatione temerarium. sed melius tamen 48
 15 est absque dubio quamuis diuturna paralysi aridas manus aliquo tamen nisu ad caelum erigi quam letali penitus desperatione dissolui: melius est nihil inexpertum relinquere quam morientem nulla curare, maxime quia nescio an in extremis aliquid temptare medicina sit, certe nihil temptare perditio.
 20 et unum scio, quod quicumque in hanc miseriam longi languoris extrema perduxerit ineffabile dictu est quantum lamentationis erroribus suis debeat, qui numquam errata cognouit.

X. Et quid inter haec fiet? quando lugebit qui dies lugendi 49 perdidit? quando satisfaciet qui tempus satisfactionis amisit?
 25 ad ieiunia uidelicet longa confugiet. est quidem hoc aliquid, si eleemosynis misceatur, secundum illud: bonum est ieiunium cum eleemosyna. sed quomodo ei exomologesis diuturna opitulabitur in extremis sito? sed cilicio carnes conteret ac fauilla et cinere sordidabit, ut mollitiem uidelicet

26 Tob. 12, 8

2 illico *B* 6 dilatur *B* 7 est cum sequatur *B* 8 diabulo *A* 10 ualitudinis *ex ualit. corr. m. 2 A* 11 usqui *B*
 12 poenitus *B* 15 paralisi *B* 16 tandem *pro tamen ed. Baluzius* 24 satisfactionibus *B*
 disperatione *AB* 22 qui] quia *p fort. recte* 27 elemosyna
A elemosina B exomologessis *B*

praeteritae uoluptatis praesentium asperitatum dura compensent
 et reatum longarum deliciarum officio patrocinantis soluat
 iniuriae. sed quando haec tam grandia faciet, uicino iam
 50 exitu etiam a mediocrium actione disclusus? crucibus denique
 diuersarum aerumnarum reum in suo corpore hominem iudex 5
 fidei seueritas subiugabit, ut indulgentiam scilicet absolutionis
 aeternae praesentis poenae ambitione mereatur. sed fatisciente
 iam corpore ubi exercebit districtionis officium censor animus?
 uti enim seueritatis arbitrio iudex non potest, quando reus
 51 iam non sustinet indicari. unum ergo est, quod amissis omni- 10
 bus adiumentis atque subsidiis nutanti ac destituto opitulari
 queat, ut confugiat scilicet ad illud beatissimi Danielis sacrum
 ac salubre consilium: qui Babylonio regi mederi uolens ul-
 ceribus de offensione contractis malagma de miseratione con-
 posuit dicens: propter quod, rex, consilium meum 15
 placeat tibi, et peccata tua in misericordiis redime
 et iniustitias tuas in miserationes pauperum: for-
 tasse erit patiens dominus delictis tuis. ita ergo
 52 et iste faciat, ut ille dixit. utatur medicamento alii oblato
 ad sua uulnera, uereatur contumaciae inoboedientis exemplum, 20
 cogitet quid ipse sit passurus in morte, cum uideat quid rex
 Assyrius pertulerit in uita. euidens est de superbia ac
 rebellione documentum. consideret an ipse, si non audierit,
 mortuus euasurus sit, cum uideat quod rex ille, qui non
 audiuit, se ipsum uiuus amisit. offerat ergo uel moriens ad 25
 liberandam de perennibus poenis animam suam, quia aliud
 iam non potest, saltem substantiam suam, sed offerat tamen
 cum conpunctione cum lacrimis, offerat cum dolore cum luctu.
 53 aliter quippe oblata non prosunt, quia non pretio sed affectu

15 Dan. 4, 24

2 diliciarum <i>AB</i>	3 incuriae <i>ed. Baluzius</i>	5 index fidei
<i>Rittershusius</i>	7 mereantur <i>B</i>	8 districtionis <i>AB</i> : destructionis
<i>Halmius; at cf. de gub. VI 3 adnot. crit.</i>		11 destituto <i>AB</i>
20 inobydientis <i>A</i> inobedientis <i>B</i>	22 asyrius <i>B</i>	23 docim-
mentum <i>B et punct. i et s. scr. m. 2 u A</i>		27 saltem <i>ex saltim</i>
<i>corr. m. 2 A</i>	29 praetio <i>A</i>	

placent. nec enim animus dantis datis sed animo commendantur data, nec pecunia fidem insinuat sed pecuniam fides. ac per hoc qui prodesse sibi uult quae deo offert hoc modo offerat. neque enim homo deo praestat beneficium in his quae
 5 dederit, sed deus in his homini quae acceperit, quia etiam quod homo habet dei ac domini sui munus est. ac per hoc in his, quae offeruntur ab homine, homo non suum reddit, dominus suum recipit. itaque cum offert deo quispiam facultates suas, non offerat quasi praesumptione donantis sed quasi
 10 humilitate soluentis, nec absoluere se peccata sua credat sed adleuare, nec offerat cum redemptionis fiducia sed cum supplicationis officio, nec quasi totum debitum reddens sed quasi uel paruum de magno reddere cupiens, quia etiamsi tradat quod habet pro modo rerum, non reddit quod debet pro
 15 magnitudine peccatorum. et ideo, licet offerat, oret deum, ut sua placeat oblatio, plangens id ipsum quod tarde offert, plangens ac paenitens quod non prius: sic erit, ut iuxta prophetam propitietur forsitan deus delictis tuis.

XI. Sed dicit aliquis: totum ergo deo oblaturus est quod
 20 habet? non offerat totum quod habet, si non putat se debere totum quod habet. non quaero cuius sit quod offertur, a quo sit acceptum ante quod redditur: hoc dico solum, non offerat totum pro debito, si debere se totum non putat pro reatu. totum ergo, inquit quamuis peccator aliquis, oblaturus est?
 25 immo nihil, si non cum fide, immo nihil, si non cum ambitu, immo nihil, si non cum prece, immo nihil, si non hoc animo, ut hoc ipsum inter praecipua beneficia dei reputet, quod

1 aenim *A* 2 fides *cx* fidis *corr. m. 2 AB* 11 plicationis
B placationis (*cum b*) *ed. Baluzius* 16 id ipsum—offert plangens
om. A B(b); quod fugisse uidetur Halmium qui nihil in adn. crit. ad-
notarit 17 penitens *B* sicque (*iterum cum b*) *ed. Baluzius*
 erit *s. scr. m. 2* *ge ut sit egerit A* 18 tuis *s. scr. m. 2* eius *A* (*cf.*
infra §. 62): suis *B fort. recte uel scrib. eius; cfr. adn. crit. ad II 51*
 20 si non putat—habet *om. B* 21 nec quero *B* offertur uel a
 quo (*iterum cum b*) *ed. Baluzius* 22 reddit *ex* redditur *corr. rasura*
A 24 inquit quamuis aliquis peccator (*iterum cum b*) *ed. Ba-*
luzius 26 praeece *A* 27 precipua *A*

animum offerendi dedit, et plus sibi in his quae deo relinquit
 praestari aestimet, quam in illis quae prius habuit: quia hoc,
 quod habetur ab homine, temporarium est, quod autem deo
 56 relinquitur, sempiternum. totum, inquit aliquis, oblaturus
 est? at ego dico esse hoc totum parum. quid enim? iam 5
 scit aliquis an peccatorum mensuram oblata compensent? iam
 scit aliquis an tantum sit in officio placationis, quantum est
 in offensione discriminis? si nouit quisquam hominum pecca-
 torum quanti redimere delicta possit, utatur scientia ad
 redemptionem. si uero nescit, cur non tantum offerat quantum 10
 potest? ut, si compensare peccata non ualet pretii magnitudine,
 saltem mentis deuotione compenset. perfectum enim con-
 scientiae fructum exhibet qui intra conscientiam nil relinquit.
 57 dura nonnulli haec absque dubio et inmensurata causantur,
 maxime quia propheta is, de quo diximus, Babylonium regem 15
 hoc tantum admonuisse uideatur, ut multa donaret, non ut
 uniuersa distraheret. non profero interim testimonia euangelii
 nec confugio ad uocem loquentis dei: non dico aliud uetere
 aliud noua lege praeceptum. unde etiam apostolus ecce, in-
 quit, uetera transierunt, facta sunt omnia noua, 20
 omnia autem ex deo: quibus utique docet, non uetera
 secundum litteram sed noua secundum deum esse facienda.
 58 hoc solo interim contentus sum, quod propheta dixit. sermo
 enim ei cum rege erat et quidem cum rege non unius urbis,
 sed, ut tunc uidebatur, totius orbis, qui utique non poterat 25
 populos quos regebat per testamentum egenis tradere et natio-

19 II Cor. 5, 17

1 relinquit *m. 1 B* 2 praestari*. aestimet *sed ita ut a lit. in*
ras. non omnino euanuerit A praestaria aestimet *B* 4 inquit *ut*
paulo ante B 5 at *ex ad corr. m. 2 AB* 9 quanti *Halmius*
conferrī iubens §. 59: ipse sciat quanti debuerit redimere quae fecit:
quantum A quanto *ex quantum corr. m. 2 B* quanta *Rittershusius; fort.*
scrib. in quantum 10 sic (*punct. c*) compensare *B* 11 praetii
A 12 saltem *ex saltem corr. m. 2 A* 17 aeuangelii *punct.*
priore a A 18 aliut—aliut *A* 19 inquit *B* 21 autem *om.*
A et s. l. add. m. 2 enī (non autem ut ex adn. Halmii collegeris)
 25 & tunc *punct. & et s. scr. m. 2 ut A*

nes barbaras indigentibus quasi nummos dare aut in pauperum stipes diffusa longe ac late regna conuertere. et ideo propheta 'peccata' inquit 'tua in misericordiis redime', hoc est: aurum da indigentibus, quia non potes regnum dare: facultatem distribue, quia potestatem non uales prorogare: ac per hoc uidetur iussisse, ut totum daret, quem hoc solum non iussit distribuere, quod non poterat erogare.

XII. Exaggeramus forte rem uerbis et nimis alte attollimus: uideamus ergo id ipsum quale sit. peccata, inquit, tua in misericordiis redime. quid est aliqua redimere? opinor, pretium rerum quae redimuntur dare. non quaero quae illius regis peccata fuerint: ipse sciat quanti debuerit redimere quae fecit. te adloquor, cuius causa est, te appello, cuius discrimen agitur. hoc facito, quod propheta dixit: peccata tua in misericordiis redime. noli tantum deo relinquere quantum habes, si pro peccatis tuis necessarium non putas quantum habes. aestima diligentissime culpas quas admisisti, aestima peccatorum diuersitates: uide quid pro mendaciis debeas quid pro maledictis atque periuriis, quid pro neglegentiis cogitationum quid pro impuritate sermonum, quid pro omni denique malae uoluntatis affectu. adde postremo etiam, si aliqua de his intra conscientiam tuam sunt, de quibus apostolus dicit, adulteria fornicationes, impudicitiae ebrietates, inmunditia deo exosa auaritia idolatriae famula, et post haec aliqua forte crimina etiam de humani sanguinis effusione contracta. cumque omnium supputaueris numerum, expende pretia singulorum. et post haec non quaero, ut pro peccatis tuis totum deo tradas quod habes: hoc solum redde quod debes. addo autem post ista omnia, quod cum tractaueris delicta tua atque taxaueris, tanto plus pro malis tuis debebis,

23 Gal. 5

5 distribuae *B et punct.* a *A* prerogare *ex* prorogare *corr. m. 2*
A 8 exaggeramus *B* et *om. B* nimis alte *A (quod*
Halmium fugit): alte nimis *B* 11 praetium *A item §. 61* praetia
 13 apello *B* 17 aestima—admisisti *m. 2 in marg. B* 18 quid
ex quod corr. m. 2 A 21 male *A* 24 inmundicitia *B*
 27 praetia *A* 30 debis *B et corr. m. 2* debebis *A*

quanto peccata tua uilius aestimaris, quoniam qui se, inquit apostolus, existimat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit. ut non dicam tibi, quod regi illi uicturo adhuc et forte iuueni ut festinaret tamen peccata sua redimere praeceptum est: tu autem tanto plus pro te debes, quod haec 5
 62 uel moriens facis uel iam iamque moriturus. grandis enim munificentia ac deuotio futura est, quae possit id compensare, quod haec tum demum domino tuo reddis, quando habere ipse iam non potes, praesertim cum addatur ad ista omnia, quod propheta ipse, qui regem illum ad redemptionem crimi- 10
 num uocat, per haec ipsa, quae dicit debere fieri, non tam ei ueniae securitatem quam uiam inquirendae salutis ostendit. dicens enim 'peccata tua in misericordiis redime, et forsitan propitiabitur deus delictis tuis', hoc ipsum, quod dicit forsitan, spem indicat, non fiduciam 15
 63 pollicetur. ex quo intellegi potest quam difficile iam in supremis positi peccatores qualibet munificentia ad perfectam indulgentiam peruenire possint, quando propheta ipse, qui suadet propitiationem dei inquirendam, promittere tamen non ausus est promerendam. dat consilium de actu et tamen 20
 dubitat de effectu: hortatorem se agendi non inpetrandi auctorem facit. quare ita? quia omnes scilicet peccatores debent pro se uel in supremis cuncta temptare, etsi non possunt ulla praesumere. si enim regi propheta ille per solam bonorum operum largitatem absolutam indulgentiam non promittit, in- 25
 tellegere peccator non acta errorum paenitentia potest, quanta ei et quam larga in supremis munificentia opus est, qui uult obtinere a domino per seram deuotionem quod non potest usurpare per legem.

1 Gal. 6, 3 13 ? cf. p. 240, 51 et 241, 18

1 pecca-tua s. scr. ta m. 1 A quomodo? quoniam ed. Ba-
 luzius 2 aliquid ex aliquit corr. m. 2 A 5 debes. ex debis
 corr. m. 2 A 13 enim rasura mut. in ei A 14 forsitan AB
 15 forsitan B et rasura corr. in forsitan A 24 illa s. a scr. e m.
 2 A illa B 26 penitentia A 29 post legem add. finit liber
 primus. INCIPIT SECUNDUS AB

LIBER II.

I. Diximus de remediis peccatorum, immo potius de spebus 1
 remediorum atque solaciis, scilicet hoc primum inquirendae
 salutis esse suffragium, ut peccatorem paeniteat erroris, tum
 5 ut iuxta sermonem sacrum statim peccata sua misericordiis
 redimat, postremo, si id non fecerit, ne quid saltim moriens
 inexpertum relinquat, ut uel ultima sibi rerum suarum oblatione
 succurrat. sed respondeatur fortasse illud: si peccatores
 homines hac redimendorum criminum necessitate teneantur,
 10 sanctos absque dubio, qui sint expertes criminum, non teneri,
 ac per hoc non habere eos causam substantiae largiendae, qui
 non habeant quod redimere eos necesse sit largitate. audio:
 sed id quale sit iam uidebimus. interim, etiamsi praeterita 2
 mala non sint, quae sanctum hominem oporteat rebus cunctis
 15 redimere, sunt tamen perennia bona, quae magno debeat
 comparare. sed de hoc plenius postea. nunc autem hoc dico
 libere et constanter adfirmo, neminem esse omnino sanctorum,
 qui non in multis sit deo debitor, ac per hoc eum quaecum-
 que domino suo dederit non tam donare quam soluere. ac 3
 20 primum, ut de beneficiis generalibus dicam, id est, quod
 quisquis uel sanctorum es ille uel diuitum, primum beni-
 uolentia ac dono dei et natus et altus et educatus es, quod
 rebus ad uitam necessariis communitus, quod etiam non
 necessariis locupletatus, quod plus ad usum tibi dominus tuus
 25 tribuit quam modus usuum postulauit, quod extendit denique

4 peccatorum *B* peniteat *A* 6 saltem *ex -tim corr. m. 2*
A ut uel *Hartelius*: uel *AB Halmius* 14 sanctum *ex* secundum
corr. m. 2 B 21 uel diuitum] uel tibi uideris '*J. Meyerus conl.*
§. 6 init. recte ut uidetur' *Halmius* 22 alitus *ex* altus *corr. m. 2*
B edocatus *AB*

super spes tuas munera sua et, quod est maximum ac rarissi-
 4 mum, dona illius etiam tua uota uicerunt. addo autem post
 ista omnia, quod idem dominus, qui te primum munere suo
 genuit, postea etiam passione saluauit, quod propter te, o
 homo, terram ac lutum, immo exiguam terrae ac luti partem, 5
 rerum uniuersarum dominus terras adiit, ex carne pariter et
 in carne processit, humiliatus usque ad humani exordii pu-
 dorem et pannorum inluuiem et praesepii uilitatem, tolerans
 indignas se uitae istius passiones edendi bibendi, somni uigi-
 liarum aegras uicissitudines et caducae istius conuersationis 10
 contumeliosas necessitates, ipsam denique hominum circa se
 conuersantium faetidam commorationem, populos peccatorum
 sordentium luto oblitos, semper malae conscientiae admissis
 reos, turpium ex se actuum nidorem exalantes et ideo cae-
 lestium praeceptorum incapaces nec sustinentes sacri fulgoris 15
 iubar, quia caligantes peccatis oculos splendor diuini luminis
 5 obruebat. nec solum hoc, sed post haec omnia adde proteruas
 superbientis populi contradictiones adde conuicia adde male-
 dicta, inpiam insectationem testimonium falsum, iudicium
 cruentum inrisiones populi, sputa uerbera, acerbissimas quidem 20
 poenas sed indignitates poenis acerbiores, coronam spineam
 aceti poculum cibum fellis, damnatum ab hominibus dominum
 uniuersorum pendentem in patibulo humani generis salutem
 deum terrenae condicionis lege morientem.

6 II. Quae cum ita sint, quicumque ille aut sanctus es aut 25
 sanctum te esse credis, dic mihi, quaeso, numquid solui haec
 sola possunt, etiam si nulla alia debeantur? quicquidlibet
 enim homo pro deo perferat, solui omnino non potest quod
 deus pro homine perpessus est, quia etiamsi passio ipsa non

1 et s. l. add. m. 2 A, om. B; fort. Salu. scripsit: quodq.
 5 terra A post terram s. l. m. rec. add. suscepit B 8 prae-
 sepii alt. i ex parte eras. A praesepi ex praesepis corr. m. 2 B; cf.
 Roensch Itala u. Vulgata p. 260 tollerans B et eras. alt. 1 A
 9 seuitiae B 13 admissis Rittershusius: admissu AB Halmius ad-
 nisus suspicatur Hartelius; cf. Ind. III s. u. admissum 18 con-
 uitia B 21 acerbiores ex acerbioris corr. m. 2 B 23 salutem
 hum. gen. ed. Baluzius 24 terracne eras. a A conditionis B
 condicionis ex conditionis corr. rasura A

differat genere poenarum, multum tamen distet necesse est diuersitate patientium. sed forsitan dicis generale in his quae diximus omnium hominum esse debitum et in hoc uniuersorum hominum genus indiscrete obnoxium. uerum est. sed numquid 7
 5 aliquis ideo minus debet, si et alius idem debeat? aut si centum hominum cautiones de centenis sestertiis scriptae sint, num idcirco adleuatur unius debitum, si omnes sint eiusdem numeri debitores? unus quisque enim, inquit apostolus, suum onus portabit et unus quisque pro se rationem
 10 reddet. nequaquam ergo unius pondus pondere adleuatur alterius nec absoluitur reus societate multorum. neque ideo minus est cuiilibet taetra damnatio, si multos uideatur con-
 plices poenae habere damnatus. ita hoc, quod supra dixi, licet 8
 generale sit debitum, et speciale tamen esse non dubium est;
 15 licet sit commune omnium, est tamen peculiariter singulorum; ita ad omnes aequaliter peruenit, quod tamen de summa unicuique nil recedit. Christus enim sicut pro omnibus passus est sic pro singulis et cunctis se inpendit pariter et singulis et totum se dedit uniuersis et totum singulis; ac per hoc
 20 quidquid passione sua saluator praestitit, sicut totum ei debent uniuersi sic totum singuli, nisi quod prope hoc plus singuli quam uniuersi, quod tantum acceperunt singuli quantum uniuersi. ubi enim hoc unus accipit quod uniuersi, etsi par est mensura, maior inuidia est. quo fit ut, licet ipsum accipiat,
 25 plus debere uideatur, quia magis fit unus obnoxius, qui uidetur omnibus comparatus. haec ergo hactenus, quia debitores deo quidam sanctorum esse se non putant, cum debitum aestimare non possint.

III. Sed dicit fortasse aliquis, non quidem debitores non 9
 30 esse sanctos, sed multo tamen maiora hominum saecularium

8 Gal. 6, 4

2 patientium *p*: patientem *punct.* e *ult. syll.* et *s. scr. m.* 2 u *A*
 patientum *B* forsitan *ex -tam corr. rasura A* 6 sestertiis *A*
 10 alleuatur *corr. rasura A* ex adleuatur, quod paulo ante intactum
 relictum est 12 cui*libet *B* 14 et *om. B* 20 quicquid *B*
 ut fere semper 24 est inuidia (*cum b*) *ed. Baluzius*

esse debita, quorum sint plura peccata. quod tale est ac si quispiam dicat: ideo ego sum innocens, quia alius magis nocens est, ideo ego iustus, quia alter iniustus, ideo ego adprime bonus, quia alius singulariter malus. iam primum enim indecorum hoc sanctae menti est, ut bona sua crescere malis
 5 arbitretur alienis et meliorem se esse aestimet comparatione peiorum. infelicissimum enim consolationis genus est de miseris hominum peccatorum capere solacia, cum apostolus gaudere nos cum gaudentibus iubeat et deflere cum flentibus et non quae sua sunt singulos cogitare, sed ea quae aliorum.
 10 sed esto istiusmodi comparatio iusta atque honesta uideatur: numquid etiam fida existimari potest? quis enim de illo tanto ac tam terribili futuro dei iudicio satis certus est? aut quis dicere potest: ego minus debeo ille plus debet? quis postremo de se praesumere aut de alio desperare? omnes enim,
 15 inquit apostolus, stabimus ante tribunal Christi, et
 11 unus quisque suum onus portabit. nihil ergo, inquit aliquis, inter sanctos et peccatores est? multum plane et paene inmensurabile. sed quia scriptura dicit 'beatus homo, qui semper est pauidus', et numquam est de salute pro-
 20 pria mens segura sapientis, licet multum inter sanctos et peccatores sit, quaero tamen ab omnibus religionem professis. quis sibi iuxta suam conscientiam satis sanctus sit quis de illa futuri examinis tremenda seueritate non trepidus quis de
 12 perpetua incolumitate securus? quod si utique non est, sicuti
 25 neque esse debet, dicat mihi, obsecro, quilibet hominum, cur non totis substantiae suae uiribus id adnititur, ut uel mortis deuotione redimat quidquid uitae offensione contraxit? quam-

8 Rom. 12 Phil. 2 15 Rom. 14, 10 17 Gal. 6, 4
 19 Prou. 28, 14

4 alius *in ras.* *B* et *fuisse uidetur* alter (*ut est in b*) 6 estimet *B* existimet *Halmsius* 7 consolationis *A* et *m.* 1 *B*
 9 flere *ed. Baluzius (cum b)* 15 desperare *AB* 16 inquit *B*
 19 poene *B* 25 incolomitate *B* si *om.* *B* 27 id ad(nititur) *signis transpositionis m. 2 additis B* 28 quicquid *rasura ex quidquid A*

quam haec quae loquor scire omnes legentes uolo, non me de omnibus sanctis sed de his tantum loqui, qui licet religionem professi sint, tamen diuitias non relinquunt. de illis enim, 13 qui expediti omnibus sarcinis saluatoris uiam sequuntur et 5 dominum Iesum Christum non sanctitate tantum sed etiam paupertate mercantur, nihil est quod dici possit, nisi illud tantum, quod etiam propheta dixit: mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, deus. hos enim ego omnes non aliter quam imitatores Christi honoro non aliter quam 10 Christi imagines colo non aliter quam Christi membra suspicio, et ad hoc tantum illorum memini, ut eorum memoria dignus fiam.

III. Sed iniuriosa forsitan illa, quae supra diximus, religio- 14 sae professioni esse uideantur. quid enim, inquit aliquis, si 15 uidua sit diues et uiduitatem tamen in magna opum copia non relinquens? quid, si uirgo integritatem professa et inpolluti corporis sanctitate deuota? quid, si coniugium sine opere coniugali, negans se ipsum sibi et habens se quasi non habens? quid, si monachus ab incunabulis deo militans? quid, 20 si clericus sacri ministerii seruitutem fidei seruitute consummans? numquid etiam hi aeternae salutis fructu periclitantur, si aut uiuentes opes integras habeant aut morientes indigentibus non relinquunt? parua est ad promulgandam de 15 huiuscemodi quaestione sententiam sermo atque auctoritas mea. 25 uideamus ergo, quid de his omnibus sacrorum uoluminum linguae ac praeceptorum caelestium uoces sonent, et tum rectissime secundum datam a deo normam opinionis nostrae regulam dirigemus. ac primum non est, quod confugiendum sibi nunc quisquam putet ad ueterum exemplorum esse solacia, 30 ut dicat aliquos fortasse sanctos aut in lege aut ante legem diuites fuisse. abiit quippe illud tempus, mutata ratio est.

7 Psal. 138, 17

6 mercantur] imitantur <i>ed. Baluzius</i>	13 forsitam <i>B</i> forsitan
<i>ex</i> forsità <i>corr. m. 2 A</i>	23 parua sunt (<i>uel</i> parum est) <i>coni.</i>
<i>Rittershusius</i> uix par suspicatur <i>Hartelius</i>	26 tum <i>Halmius</i> : cum
<i>s. scr. m. 2 tē A</i> tunc <i>B</i>	29 solatia <i>B</i>

- 16 ante legem enim liberum omnibus erat uel habendae uel
 etiam consecrandae facultatis arbitrium, quia scilicet adhuc
 tunc uirga interdictorum caelestium non castigabatur. ubi
 enim, inquit apostolus, non est lex, nec praeuaricatio.
 lex ergo fecit aliquid non licere: nam concupiscentiam, 5
 inquit apostolus, nesciebam, nisi lex diceret: non con-
 17 cupisces. et ideo opes, quas ante legem deus non reprehenderat,
 homo libere possidebat. in lege quoque nihilominus
 prope idem iuris omnibus suppetebat, quia lex hominem,
 dummodo iuste, habere quod uellet penitus non uetabat. ita- 10
 que tunc omnes omnino sancti cunctis facultatibus suis iuxta
 praescriptos legis terminos utebantur, ambulantes, ut legimus,
 in omnibus mandatis et iustificationibus dei
 18 sine querela. sic utique illi ipsi ambulauerunt, de quibus
 ista memorantur, sicut prophetae Anna in ieiuniis atque 15
 orationibus uiuens, sicut Nathanael ille, quem legimus, ueri
 Israhelitae laude sublimis et ipso domino ac deo teste mirabilis,
 sicut Tobis, magnanimitate deuotionis praecepta legis
 excedens, sepulturis hominum mortuorum etiam cum mortis
 periculo seruiebat et indigentibus usque ad indigentiam suam 20
 consulens in tantum largitatis affectum uenerat, ut mercenario
 suo partem bonorum omnium deputeret, et hoc, quo
 magis possit mirum esse, iam diues et, quo mirabilius, diues
 ex paupere, quia maiorem ferme habendi excitant cupiditatem
 opes post indigentiam. 25
- 19 V. Tales ergo tunc sancti erant, secundum legem omnia
 habentes secundum legem omnia relinquentes. ac sic perfectus
 fuit omnis qui legi paruic, et tam deuotus qui sub lege
 tunc minus fecit, quam nunc in euangelio qui plus facit:
 tunc enim quasi euangelium lex fuit. quo fit, quod qui se 30

3 Rom. 4, 15

5 Rom. 7, 7

12 Luc. 1, 6

2 facultatis *ex* -tes *corr. m. 2 B* 4 inquit *B* 5 aliquit
A 10 paenitus *AB* 12 legibus *B(b)* 14 quaere*la (*sic*)
A sic] sic̃ *B* 16 natanahel *B* ueri *ex* uere *corr. m. 2*
B 21 mercenario *B* 26 legem] *in mg. adscr. m. rec. euan-*
 gelium *B* 27 sic] si *B* 30 qđ *corr. ex q A*

obtemperantem tunc legi praebuit quasi euangelia compleuit. non est ergo quod confugiendum sibi nunc quisquam ad legem putet; uetera enim, ut ait apostolus, transierunt, facta sunt omnia noua. plus tunc indulgentiae erat et plus 20
 5 licentiae. tunc esus carniū praedicabatur nunc abstinentia: tunc in omni uita ieiuniorum paucissimi dies nunc quasi unum ieiunium uita omnis: tunc laesis ultio suppetebat nunc patientia: tunc irascentibus lex ministra erat nunc aduersaria: tunc accusatori gladium porrigebat nunc caritatem: tunc
 10 etiam carnali inlecebrae lex indulgebat nunc euangelium nec aspectui: tunc corporeae uoluptates habebant quandam licentiam nunc iubentur etiam oculi custodire censuram: tunc ad multas uxores recipiendas unius mariti torum lex dilatabat nunc etiam ad unam excludendam casti affectus deuotione
 15 constringit. superest enim, inquit apostolus, ut et qui 21 habent uxores ita sint ac si non habeant, et qui flent tamquam non flentes, et qui gaudent tamquam non gaudentes, et qui emunt tamquam non possidentes, et qui utuntur hoc mundo tamquam
 20 non utantur; praeterit enim figura huius mundi. uidete quam breuiter missus a deo doctor cuncta moderatus sit et intra unam perfectionem uniuersa concluderit, non illicita solum interdicens sed etiam licita coartando, circumcidens scilicet et usum coniugiorum et infidelitatem fletuum
 25 et intemperantiam gaudiorum et habendi libidinem et emendi cupiditatem et ipsam denique mundi huius breuem atque umbratilem uoluptatem. et haec omnia cur? cur utique nisi, 22 ut ipse dixit, quia praeterit figura huius mundi? quam longe

3 II Cor. 5, 17

15 I Cor. 7, 29

1 euangelium *ed. Baluzius (cum b)* 4 indulgentiae *ex indigentiae corr. m. 2 B* 5 aesus *A* 7 subpetebat *B* 14 ad unam *add. s. l. m. 2 B* 22 intra unam *AB(b): intra quam cum edd. etiam Halmius nihil in apparatu crit. adnotans* 23 interdicens *cum Rittershusio Halmius: intercidendo AB quod fort. retinere debebam propter sequens circumcidens cf. Indicem III s. u. intercidere* 27 cur alterum *erasum sed ita ut adhuc legi possit A, om. B*

ergo sunt a mandato dei, quos cum ipsos iusserit deus ui-
 uentes opibus renuntiare, illi eas cupiunt etiam in cognatis
 suis mortui possidere: aut quam longe ab ea deuotione sunt,
 ut exheredent ipsos se propter deum qui exheredare nolunt
 saltim extraneos propter se? quibus libenter libere dicerem: 5
 quae insania est, o miserrimi! ut heredes alios quoscumque
 faciatis, uos ipsos uestro exheredatis; ut alios relinquatis uel
 breui diuites, uos ipsos aeterna mendicitate damnatis.

23 VI. Sed quaerit fortasse aliquis, quid sit istud, quod nunc
 plus exigit deus a Christianis per euangelium quam a Iudaeis 10
 ante per legem. certa istius rei ratio est: ideo enim maiora
 nunc domino nostro soluimus, quia maiora debemus. Iudaei
 quippe habebant quondam umbram rerum nos ueritatem:
 Iudaei fuerunt serui nos adoptiui: Iudaei acceperunt iugum
 nos libertatem, Iudaei maledicta nos gratiam, Iudaei litteram 15
 interficientem nos spiritum uiuificantem: Iudaeis seruus ma-
 gister missus est nobis filius: Iudaei per mare transierunt ad
 heremum nos per baptisma introimus in regnum: Iudaei
 manna manducauere nos Christum, Iudaei carnes auium nos
 dei corpus, Iudaei pruinam caeli nos deum caeli: qui cum, 20
 ut apostolus ait, in forma dei esset, humiliauit semet-
 ipsum usque ad mortem, mortem autem crucis, non
 contentus scilicet simplicem pro nobis subire mortem, nisi
 ipsam uoluntariae necis susceptionem summorum suppliciorum
 24 perpeffione cumulasset. pro hoc ergo solo quid soluere homo 25
 poterit, cui se per ultimam poenarum acerbiteratem Christus
 inpendit? aut quid pro se dignum domino repensabit qui ipsum
 a quo redemptus est deum debet? haec ergo causa est, qua

20 Phil. 2, 8

1 sunt ergo *ed. Baluzius* quos *suspectum habeo; fort. scrib.*
 qui *deleto seq. illi* 4 se ipsos (*cum b*) *ed. Baluzius* 5 libe*t**
 (n et er eras. *sed ita ut adhuc legi possint*) A dicerem p: dicere A
 diceremus B 6 alios s. o *scr. i m. 2 B (sic)* 8 aeterna mendaci-
 tate] *hoc loco egregie firmatur Hartelii coniectura ad p. 160, 5; cfr. ad*
p. 174, 12 10 a om. A 15 maledictam B 18 bapfisma A
 19 manna* (*eras. m*) A 24 nec *punct. et s. scr. m. 2* necis A

deuotiores esse nos dominus sibi uelit, quia tam magno deuotionem nostram pretio comparauit. et ideo beatissimus Paulus quis ergo, inquit, nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? non apostolus solam pecuniam nec solas deberi a nobis diuitias deo dicit, sed tribulationem angustiam famem gladium passionem effusionem sanguinis animae exalationem mortem denique omni poenarum genere conditam: unde intellegant omnes religiosi non satis se deo reddere, etiamsi uniuersas dederint facultates, quia licet sua cuncta dispensent, ipsos se tamen debent. et ideo, sicut supra dicere coeperamus, si uidua est quaequam, nequaquam sibi sufficere ad aeternam salutem nomen uiduitatis putet, sed uideat qualem esse in apostolo uiduam deus iubeat dicens: quae uere uidua est, desolata sperat in domino, instat orationibus nocte ac die; nam quae in deliciis agit, uiuens mortua est. uno eodemque praecepto duas apostolus formas uiduitatis expressit, unam uitae alteram mortis: in deliciis mortem posuit. ergo absque dubio diuitem esse non uult quam deliciosam esse non patitur, quia omnis fructus diuitiarum in usu est positus deliciarum; alioqui remoto usu deliciarum causae opum non relinquuntur.

VII. Cum itaque apostolus in deliciis uiduae mortem esse memorauerit, promptum est quod ad uitae aeternae fructum uult uniuersa distribui, qui non uult ad mortis usum aliqua reseruari. et ideo dicit: quae uere uidua est, desolata sperat in domino, docens scilicet parum esse, si non sit

3 Rom. 8, 35

15 I Tim. 5, 5

2 praetio *A* 3 inquit *B* 5 fames *ex famis corr. m. 2 A*
 6 apostulo *A* 17 deliciis *A* diliciis *B* 19 post mortis *rec.*
m. add. cū A deliciis *ex diliciis (ut paulo post deliciosam, deli-*
ciarum) corr. m. 2 A 21 omnes *B* 22 alioquin *ex alioqui*
corr. m. 2 A 37 deliciarum *AB contra statim deliciis ex diliciis*
iterum corr. m. 2 A 25 promptum *ex prumptum corr. m. 1 ut uid.*
A m. 2 B 27 reseruari *ex -re corr. m. 2 B*

uidua deliciosa non diues, nisi fuerit deo adhaerens nisi orationi dedita nisi a cunctis mundi inlecebris desolata et per
 27 haec omnia uere uidua. quod si ita est, quaecumque se uitae cupit esse non mortis nequaquam sufficere sibi aestimet, si et delicias sibi ob deum et diuitias abnegarit, nisi et oratione 5 et labore id promeruerit, ut uidua dei esse uideatur: quia non est dubium, quod quemadmodum quis in hoc saeculo Christo adhaeserit, ita in Christi corpore permanebit, secundum illud: adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. quo declaratur, quod eam tantum animam, 10 quae deo adhaeserit in hoc saeculo, dextera dei suscipiet in
 28 futuro. haec ergo uiduitatis est regula. nam de coniugibus continentiam professis et spiritu dei plenis dubitare quis debeat, quin sua heredibus mundanis seruire nolint qui se ipsos mundo eliminauerint? quomodo enim ad se pertinentia 15 aliis addicant qui ipsos se sibi denegant? tam noua enim uirtute praediti concessasque et, quod maius est, expertas corporum uoluptates admirabilis continentiae austeritate calcantes quemadmodum aliquid rerum suarum non deo uoueant, qui ipsum intra se deum esse fecerunt? ut meo quidem iu- 20 dicio etiam de tali coniugio rectissime dici possit: laetare sterilis quod non paris, erumpe et exclama quod non parturis, quia multi filii desertae magis quam
 29 eius quae habet uirum. et sterile namque est quod non parit et desertum quod ab omnibus se mundi inlecebris 25 separauit et sine uiro quod sine uiri usu ita uirum habet, ut non habere uideatur. hos ergo coniuges tales quis dubitet et dum uiuunt, sicut in se ita etiam in suis substantiis deo uiuere, et cum e uita exeunt, cum sua ad deum, cui uixerint,

9 Isa. 54, 1

21 Matth. 25

1 deliciosa *et statim* delicias *iterum ex dil. corr. m. 2 A* 6 pro-
 meruerit *ex -ruit corr. m. 2 B* 7 quo* (declar.) *A eras. d lit.* quod
B 17 praedicti *B* 18 continentiae *p (et Baluzius): consci-*
 entiae *AB* 22 sterile *A et m. 2 B* sterilis *B m. 1* 28 sicut
 se *s. scr. m. 2 (uel. 1) in A* 29 cum uixerint e uita *sed uixerint*
ex parte eras. et punct. A

facultate migrare? aliter enim quilibet horum, si res suas saeculo deditis atque ipsi saeculo derelinquit, frustra sibi nomen religionis inscripsit: ei uidetur semper uixisse, cui moritur. de coniugibus itaque ista sufficiunt.

5 VIII. Transeamus ad sacras uirgines, quibus legem deo-30
tionis saluator ipse praescripsit, exemplo scilicet decem uir-
ginum, ex quibus fatuarum numerum puellarum ideo tantum-
modo dicit poenis perennibus dandum, quia sit ei opus miseri-
cordiae defuturum. quo dicto eidentissime docuit quanti
10 pretii iudicavit largam misericordiam, sine qua dixit nec inte-
gritatem quidem ipsam uirgini profuturam. sed blandiuntur 31
sibi fortasse quaedam et sufficere sibi aestimant, si, cum multa
in facultatibus habeant, saltem exigua largiantur. nec ego
abnuo, ut, si ita ratio est, ita esse credatur. parum detur,
15 si parum dedisse sufficere: sed ego sufficere parum nescio,
immo parum non sufficere certo scio. si aliud ipsae sciunt,
apud se ipsas sciunt: ego unum scio, quod deus dicit extinctas
fatuarum uirginum lampadas, operum bonorum oleum non
habentes. sed tu, quaecumque es, habere te oleum abunde 32
20 putas? et illae profecto, de quibus dixi, stultae uirgines sic
putabant: nisi enim habere se credidissent, prouiderant ut
haberent. nam cum postea, ut ait dominus, mutuari uelint
et omni studio atque ambitione perquirant, absque dubio etiam
ante quaesissent, nisi eas habendi fiducia decepisset. et tu
25 itaque, quaecumque uirgo es, uide ne sic non habeas, licet
habere te credas: eiusdem enim nominis cuius illae, eiusdem
professionis es. tu uirgo es et illae uirgines erant: tu prae-33
sumis te esse sapientem et illae se fatuas non putabant: tu
lumen habere lampadam tuam iudicas et illae profecto lumen
30 praesumptione futuri luminis perdiderunt. nam et ideo scri-
buntur aptasse lampadas suas, quia inluminandas esse crede-

5 Matth. 25

3 post inscripsit *add. m. 2 q* (= quia) *A*; *fort. scrib.* ei enim
eique *ed. Baluzius* 8 sit] scit *ed. Baluzius* 18 lampades *ex*
lampadas *corr. m. 2 A* 24 decipiss& *A* 29 lampadem *ex lam-*
padam *corr. m. 2 A* 31 lampades *B*

bant. et quid plura? etiam emicuisse in eis quiddam luminis
 34 puto. cum enim ipsae, ut legimus, extinguendas fore lam-
 padas suas reformidarint, habebant profecto aliquid quod
 uerebantur extingui. nec falsa opinio metuentium fuit: ex-
 tinctae siquidem et obcaecatae sunt. nihil enim profuit illi 5
 integritati quod in ea lumen uirginitatis apparuit, quia sub-
 stantia olei non suppeditante defecit. ex quo intellegimus id,
 quod parum est, quasi nihil esse: quia non satis prodest ilico
 extinguendum lumen accendi nec iuuat aliquid inlucescere,
 quod in ipso ortu habeat occasum, et ad hoc tantummodo 10
 initium habere uiuentis, ut possit initium habere morientis.
 35 plena itaque lucerna opus est, ut lumen possit esse diuturnum.
 nam si in lychnis ipsis, quibus ad breue tempus utuntur
 homines, languescit lumen ac deficit, nisi oleum large fuerit
 infusum, quanta tibi, quaecumque illa es, quanta tibi olei 15
 abundantia opus est, ut lucerna tua luceat in aeternum?
 nemini itaque ad uitam perennem sat est, si putet se habere
 quod non habet; stultae enim praesumptiones perditionis
 causae sunt non salutis: nam qui se, inquit apostolus,
 existimat esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum 20
 36 seducit. nisi forte tibi, quaecumque illa es, reuelatus a deo
 modus sit largitatis et praescriptos a spiritu sancto donandi
 terminos habeas, quos excedi piaculum putes, ac transgressionis
 quodammodo genus indices, si religiosior fueris quam a deo
 esse iubearis. si ita est, non prohibeo quin utaris scientia a 25
 diuinitate concessa. quodsi tam falsum est hoc quam friuulum,
 quae insania est, ut non quanta potes omnino facias per cau-
 tam et timidam prouisionem, cum ignores penitus quid tibi
 conpetat ad salutem?

19 Gal. 6, 3

5 illi *ex ille corr. m. 2 B* 6 substantię *B* 7 subpeditante
B (in A m. 2 suppedit. ante defecit mutauit in suffecit sed ante de-
fecit) 8 illico *A* 9 inlucessere *B* 10 occa*sum *A*
 11 possint *AB* 13 lyghnis *AB* 14 defecit *AB* 17 se *ex*
esse corr. m. 2 B 24 iudices *bp: iudices ex iudicis corr. m. 2 B*
iudicas ex iudicis corr. m. 2 A 26 friuolum *ex friuulum corr.*
m. 2 AB

VIII. Superest de ministris et sacerdotibus quiddam dicere, 37
 licet superflue forte aliqua dicantur. quidquid enim de aliis
 omnibus dictum est, magis absque dubio ad eos pertinet, qui
 exemplo esse omnibus debent et quos utique tanto antistare
 5 ceteris oportet deuotione quanto antistant omnibus dignitate.
 quid est enim aliud principatus sine meritorum sublimitate
 nisi honoris titulus sine nomine, aut quid est dignitas in in-
 digno nisi ornamentum in luto? et ideo cunctos, qui sacri
 altaris suggestu eminent, tantum excellere oportet merito
 10 quantum gradu. si enim uiris in plebe positus et mulierculis 38
 ipso sexu infirmioribus talem ac tam perfectam deus uiuendi
 regulam dedit, quanto utique esse illos perfectiores iubet, a
 quibus omnes docendi sunt, ut possint esse perfecti, et quos
 tam magni esse exempli in omnibus deus uoluit, ut eos ad
 15 singularem uiuendi normam non nouae tantum sed etiam
 antiquae legis seueritate constringeret? nam licet decretum
 uetus largam cunctis ampliandarum opum dederit facultatem,
 omnes tamen leuitas et sacerdotes intra certum habendi
 limitem coartauit, quos scilicet neque segetem neque uineam
 20 neque ullum omnino fundum habere permisit. ex quo iu- 39
 tellegi potest, an ea nunc deus noster uelit in euangelio ui-
 uentes clericos suos mundanis post se heredibus derelinquere,
 quae adhuc in lege positos ne ipsos quidem uoluit possidere.
 unde est quod eis saluator ipse in euangelio non ut ceteris
 25 uoluntarium sed imperatiuum officium perfectionis indicit.
 quid enim eum laico illi adulescenti dixisse legimus? si uis
 esse perfectus, uende quae habes et da pauperibus:
 quid autem ministris suis? nolite, inquit, possidere au-
 rum neque argentum neque pecuniam in zonis ue-

26 Matth. 19, 21

28 Matth. 10, 9

4 ante stare *AB sed statim antistant A antestant ex antistant*
corr. m. 2 B 5 post dignitate *add. p et edd. ante Halmium: nihil*
 est enim turpius quam excellentem esse quemlibet culmine et despica-
 bilem uilitate 7 nomine *scripsi cum Hartelio: homine AB Hal-*
miius 11 ipso sexu] ipsa faece (*cum b*) *ed. Baluzius* 21 noster
p: non A non expunctum B (omnino deest in b) 26 adulescenti
A 27 habes *ex habis corr. m. 2 A* 28 inquit *B*

stris: non peram in uia neque duas tunicas neque
 40 calciamenta neque uirgam. uidete quanta sit in utroque
 hoc dei sermone diuersitas. laico dixit si uis, uende quae
 possides, ministro autem nolo possideas. sed et hoc
 parum existimauit, ut possessionem ei substantiae amplioris 5
 auferret, nisi etiam peram ipsam acturo iter longum apostolo
 sustulisset et unius eum tunicae singularitate multasset. et
 quid postea? nec hoc satis est. nudis quoque insuper seruos
 suos lustrare pedibus orbem terrarum iubet et calciamenta
 41 plantis gelu rigentibus tulit. quid dici amplius potest? pedum 10
 de apostoli manu rapuit et peragrantibus uniuersum mundum
 ministris suis usum unius uirgulae non reliquit. et post haec
 parum est successoribus eorum, id est leuitis ac sacerdotibus,
 tanta diuinarum rerum administratione fungentibus, si ipsi
 tantum diuites fuerint, nisi etiam heredes diuites derelinquant. 15
 erubescamus, quaeso, hac infidelitate. sufficiat nobis quod
 uidemur usque ad uitae terminos deum spernere: cur id agi-
 mus, ut contemptum ipsius etiam post mortem extendamus?
 42 diximus de personis atque officiis singulorum et haec omnia
 ideo, quia, ut supra diximus, quidam religionem professi aut 20
 non debere se sicut ceteros mundiales substantiam suam
 domino aut certe minus debere arbitrarentur, cum utique hoc
 magis debeant, quia seruus, qui scit uoluntatem domini sui
 et non facit eam, uapulet multis, qui autem nescit, uapulet
 43 paucis. religio autem scientia est dei, ac per hoc omnis reli- 25
 giosus hoc ipso, quod religionem sequitur, dei se uoluntatem
 nosse testatur. professio itaque religionis non aufert debitum

23 Luc. 12, 47

1 tunicas habeatis *ed. Baluzius* 5 ut] et *B* si *ed. Baluzius*
 7 multa *in fin. lin. add. m. 2* sset *quae eadem litt. initio seq. lin.*
erasae sunt A multa*et *B* (multo fiet *b*) 10 gelu**gentibus *add. in*
ras. al. m. 2 A pec*** *eras. lum sed ita ut non prorsus euanuerit*
et s. scr. m. 2 cuniā A pedum *punct. et in mg. add. m. rec.* peram
B peram *ed. Baluzius* (pedum *b*) 12 relinquit *punct. n B*
 15 relinquant *ed. Baluzius* 16 hanc infidelitatem *B* 20 reli-
 gionis professe *B* 22 arbitrantur *ed. Baluzius* (certe *in ed.*
quarta) 25 omnis *ex omnes corr. m. 2 B* 26 se *om. B*

sed auget, quia adsumptio religiosi nominis sponsio est deuotionis, ac per hoc tanto plus quispiam debet opere quanto plus promiserit professione, secundum illud: melius est non uouere quam post uotum promissa non reddere.

5 X. Sed forsitan dicit aliquis: si haec ita sunt, tutior ergo 44
est inreligiositas quam religio. minime. religiosus enim per
hoc est debitor, quod profitetur religiosum, inreligiosus autem
per id, quod neglexerit religionem; ac per hoc ambo habent
pro diuersitate condicionis debitum suum. religiosus debet
10 quidquid se professus est agnouisse, inreligiosus uero etiam
quod non dignatur agnoscere, secundum illud, quod specialiter
sermo diuinus de eo dicit: noluit intellegere ut bene
ageret. sed tamen quia onerasse religiosos hac re uidemur, 45
quia professionem nominis sponsionem esse diximus religionis,
15 remoueamus hanc sarcinam, putemus non ita esse quae dixi.
consideremus non quid professione sed quid ratione, non quid
uoto sed quid salubritate ipsa facere debeamus. dicite mihi, 46
quaeso, omnes religiosi, numquid est ullus hominum, qui non
omnia quae facit uel salutis suae uel certe utilitatis gratia
20 faciat? nemo, opinor; omnes enim ad affectum atque appeti-
tium utilitatis suae naturae ipsius magisterio atque impulsione
ducuntur. ideoque et qui militant id sibi pulchrum, et qui
negotiantur id sibi utile, et qui agricolantur id sibi fructuosum
esse existimant. et quid plura? fures quoque ipsi et latrones
25 et uenefici et sicarii et omne inprobae conuersationis genus
id sibi quod agit congruum putat, non quod ulli praua con-
ueniant, sed quod ille, qui prauis utitur, hoc sibi credat con-
gruum esse quod prauum. ergo et nos non alia, opinor, causa 47
religionis philosophiam adpetiuimus quam quod nobis id con-
30 ueniens arbitrati sumus, cogitantes scilicet et praesentium

3 Eccles. 5, 4

12 Psal. 35, 4

1 religiosi *ex religionis corr. m. 2 B* 5 forsitam *A* 6 in-
religiositas *s. n scr. r B* 7 autem] enim *B* 16 professionem
sed m ex parte eras. A 23 agricolantur *ex agriculantur corr. m. 2*
A 29 philosophiam (*sic*) *AB*

rerum breuitatem et futurarum aeternitatem, quam paruum
 istud quam grande illud; cogitantes quoque futurum iudicem
 et tremendi iudicii graues exitus, ardentem in medio popu-
 lorum circumstantium uallem perennium lacrimarum, quam
 non solum introiri atque tolerari inaestimabile ac summum 5
 malum, sed etiam uideri ac timeri pars mali summi sit;
 48 cogitantes quoque, inter haec horrenda et poenalissima prae-
 clara illa ac beatissima, nouos scilicet caelos et terram nouam,
 uultum rerum omnium pulchriorem, aeternum iustitiae habi-
 taculum, recens aedificium creaturarum, aureas super rudes 10
 caelos sanctorum omnium domus, aulas gemmis intermicanti-
 bus expolitas et immortalium metallorum fulgore pretiosas,
 lucem illic septuplo inlustriorem puniceo semper splendore
 radiantem, beatitudinem ineffabilibus bonis diuitem, laetam
 cum incolis suis perennitatem, patriarcharum consortium, 15
 prophetarum societatem, apostolorum germanitatem, martyrum
 dignitatem et in omnibus sanctis angelorum similitudinem,
 opum caelestium copiam, deliciarum immortalium affluentiam,
 49 communem cum deo uitam. haec itaque cogitantes haec con-
 templantes ad cultum religionis sacrae officiumque confugimus 20
 eumque nobis ad obtinenda haec bona suffragatorem quodam-
 modo et aduocatum efficacissimae intercessionis adsumpsimus
 atque in eius nos protectionem ac patrocinium ambitiosa
 humilitate contulimus.

50 XI. Vnde cum haec tanta et cogitauerimus pariter et 25
 petierimus, uideamus nunc et expendamus diligentissime, si
 est uel in actibus nostris uel in substantiis, unde haec tanta
 a deo emere possimus. quod si non est, cur, rogo, non unus
 quisque nostrum totum pro se offerat quod habet, quia non
 potest totum offerre quod debet? maxime cum saluator ipse 30

1 parum *add. m. 2* um *A* parum *B* 5 introire—tolerare—ui-
 dere—timere *m. 1 b* 7 poen. alia haec praeclara ac *ed. Baluzius*
 10 rudes] *fort. profundos; at cf. Ind. III* 13 illustriorem *ex inlustr.*
corr. m. 2 B 18 affluentiam *AB (et sic fere ubique cfr. III 45. 50)*
 20 religionis *A (non ut apud Halmium adnotatur regionis)* 26 ex-
 pendamus *s. expen scr. m. 2* aten *B* diligentissimae *A* 27 haec
 tanta *A*, ac (*s. scr. talia m. 2*) tanta *B* talia ac tanta *ed. Baluzius*

ac deus noster nihil tutius ac salubrius omni homini esse dixerit quam rem suam atque substantiam in usu misericordiae conlocare idque praecipue et in uetere et in noua lege mandauerit dicens, quod qui diuidant propria ditiores fiant, et quod misericordia a morte liberet. et alibi de sancto uiro: 51 dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in aeternum. in euangelio quoque: nolite, inquit, thesaurizare uobis thesauros in terra. et iterum: non potestis deo seruire et mammonae. et iterum: uae 10 uobis, diuites, qui habetis consolationes uestras. auaris quoque et inhumanitatis crimine reis: ite, inquit, in ignem aeternum, quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. quorum quae poena semper futura sit, 52 facile intellegitur, quibus sors cum diabolo deputatur. per 15 quae tamen tormenta maxima non atrocissima illa in eis fornicationum aut homicidiorum aut sacrilegiorum crimina puniuntur, sed sola tantummodo auaritia et abdicatrix misericordiae inhumanitas. unde intellegere nos conuenit, quid 53 passuri sint quos praeter alia peccata etiam auaritia reos 20 fecerit, cum summo supplicio adficiendi sint quos expertes omnium peccatorum solum auaritiae crimen morte damnarit. quae utique si futura omnia credimus, absque dubio euitare debemus. si autem non deuitamus, profecto non credimus. si autem non credimus, Christiani nequaquam sumus; neque 25 enim possumus quemquam dicere Christianum, qui non putat Christo esse credendum.

XII. Sed esto illas quas supra diximus poenas non timeamus rei: numquid etiam praemium sperare possumus non merentes? et ideo si opes non damus ob peccatorum re-

6 Psal. 111, 9 7 Matth. 6, 19 9 Matth. 6, 24. Luc. 16,
13 Luc. 6, 24 11 Matth. 25, 41

1 noster *b*: non *AB* *cf. supra ad §. 39* totius *B* 4 di-
ciores (*sic*) *A* 7 aeangelio *A* inquit (*ut etiam statim*) *B*
9 mammonae *AB* 12 preparauit *B* diabolo *ex* diabulo *corr.*
m. 2 *A* diabulo *B* (*item statim*) 13 eius *B*: suis *A*, qui et ipse
infra III §. 20 et 29 habet eius; *cf. ad I 54*

demptionem, demus saltem ad emendam beatitudinem, si non
damus ne damnemur, demus saltem ut muneremur, quia eti-
amsi praeterita mala non sint quae oporteat sanctos redimere,
sunt tamen perennia bona, quae magno debeant comparare,
etiamsi poena non sit quae timeatur, est tamen regnum quod 5
ambiat, ac per hoc, etiamsi non habent sancti quae redimant,
habent tamen quae emant. nisi forte aliquis damnum in
emptione uereatur, uidelicet ne plus commodet quam recipiat,
ne grandia faeneranti parua reddantur, ne largitionem redhi-
bitio non repenset, et data semel pretii magnitudine pecunia 10
periclitetur emptoris, ac si magnum quid domino commendarit
in terra, non habeat Christus forsitan unde ei soluat in caelo.
55 plane, si ista dubitatio est, fieri nihil suadeo, quia nec pro-
sunt omnino ulla dubitanti. cassa quippe est operatio, si fides
certa non fuerit, frustra faenerat qui de receptione desperat. 15
Christus enim, ut credimus, factorum omnium retributor est.
si ergo aut inopem eum, qui retribuere non possit, aut in-
fidelem putas esse, qui nolit, quomodo ab eo retributionem
sperare poteris, quem et impossibilitatis et infidelitatis ipse
56 damnaueris? quod si non ita est nec ambigis facturum esse 20
quae dixit, quae insipientia aut qui error est, ut non ei tan-
tum des quantum potes, cum utique non dubites multo te
plus recepturum esse quam dederis? quae denique miseria, ut
malis nihil ex his recipere quae relinquis, cum totum possis
penitus possidere quod credis? sed, miserum me! puto non 25
creditur deo. et quod dico puto, utinam ambigue putarem
et non euidenter agnoscerem. laborarem fortasse intra me
uincere opiniones meas et cogere sensum dubia non credere,
57 ut mentem melioribus applicarem. sed quid agimus? non
dubiis rebus uincimur et euidentibus coartamur. quis enim 30
domino mente credit et facultate non credit? quis deo animam

1 et 2 saltem *ex saltem corr. m. 2 A* 9 faeneranti *AB (et sic*
fere ubique in hoc uerbo et deriuatis) redibitio *AB* commo-
darit *p; cf. p. 269, 21* 14 fides *ex fidis corr. m. 2 AB* 15 et
frustra *B (et om. A, quod Halmium fugit)* desperat *AB* 20 eum
facturum *ed. Baluzius* 24 his] eis *ed. Baluzius* 31 dño *s. l.*
m. 1 add. A

suam mancipat et pecuniam negat? quis promissis caelestibus fidem commodat et non agit ut esse possit particeps promissionum? et ideo cum uideamus homines haec non agere, cogimur non credentes palam et euidenter agnoscere. non
 5 licet ut eos nos deo fidem putemus adhibere, cum illi se rebus clament negare. in quo necesse est infidelitatem paene 58 omnium hominum plangi atque lugeri. o miseria, o peruersitas! homini ab homine creditur et non creditur deo: humanis promissionibus spes commodatur deo negatur. omnia
 10 denique in rebus humanis spes futurorum agunt: uita quoque ipsa haec temporaria nonnisi spe alitur ac sustinetur. ideo 59 enim terris frumenta credimus, ut cum usuris credita recipiamus: ideo in uineis labor maximus ponitur, quia homines spes uindemiae consolatur: ideo negotiatores thesauros suos
 15 emptionibus uacuant, dum uenditionibus sperant esse cumulandos: ideo nauigantes uitam uentis ac tempestatibus credunt, ut spebus uotisque potiantur. et quid plura? pax quoque inter feras ac barbaras gentes spe innititur et fide adstipulante firmatur. latrones quoque ipsi et sanguinarij fidem sibi inuicem
 20 non negant et quae promiserint mutuo seruaturos esse confidunt. totum denique, ut dixi, inter homines spebus agitur. solus deus est de quo desperatur: cumque elementa ipsa et naturam mundi dominus noster fidelem fecerit, illi tantum prope ab omnibus non creditur, qui solus fecit ut rebus omni-
 25 bus crederetur.

XIII. Sed dici forte hoc loco possit, quod rebus suis utantur 60 homines non esse infidelitatis interdum sed necessitatis, neque deo non credere religiosos sed uitae atque usui necessaria reseruare; multos enim sanctorum hominum a summa dispen-
 30 sandarum opum perfectione aut sexu nonnumquam aut aetate aut ipsa infirmioris corpusculi inbecillitate prohiberi. esto hoc 61

2 agit] ait *s. scr. m. 2* q̄r' B 5 illi se rebus] illis heredibus B
 12 credim; et recipiam; *adscr. in fin. 9* (= us) *m. rec. A et saepius; cfr. ad III 17* 13 uineo *s. o. scr. m. 2* is A 15 sperantes se, cumulandos (*sic*) *m. 1 AB(b)* 22 cumque natura ipsa et elementa B(b) 24 non creditur—omnibus *om. B*

ferri possit, sed tamen, etiamsi fertur, ita ferendum est, ut pro qualitate necessitatum atque causarum sufficientia retineantur inmoderata resecantur. habentes enim, inquit apostolus, uictum et uestitum his contenti simus. nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem 5 et laqueum diaboli. ergo, ut uidemus, in rebus tantum necessariis salus est in superfluis laqueus, in mediocritate dei gratia in diuitiis diaboli catena. denique quid statim apostolus subdit? quae demergunt, inquit, hominem in 62 interitum et perditionem. ergo, si diuitiae interitum 10 in se habent, euitemus opulentiam, ne in interitum conruamus. ampla ac locuples facultas perditionem inferre dicitur: refugienda est ampla possessio, ne consequatur profunda perditio. ac per hoc siue sexus siue aetas siue infirmitas necessaria requirant, sufficientibus debent esse contenta ita ut 15 quidquid temporarium excedit usum religiosum absumat officium. ceterum si tu, quicumque aut quaecumque illa es 63 sanctae professionis, si tu aut conseruandis opibus aut cumulandis facultatibus inhies, superflue de infirmitate causaris. numquid enim infirmior sexus ducere aliter uitam non potest, 20 nisi animi sui curas multa ingentis patrimonii administratione distenderit? numquid puella sacra aut uidua castitate deuota seruare inlaesam sanctae professionis perseuerantiam non ualent, nisi argenti et auri ponderibus incubarint ac tantas intra conscientiam opes possidere se nouerint, quantas usus possi- 25 dentium non requirit? aut, quia huic et sexui pariter et pudori quies maxime necessaria est, numquid impossibile sibi quaequam forte aestimat inter pauca famulantium ministeria inuiolatam quietem posse seruare, nisi aures eius familiae ingentis strepitus uerberarit et turbarum circumsonantium 30 tumultuosus clamor obtuderit? quae utique sanctae animae

3 I Tim. 6, 8

9 ibid. u. 9

1 feratur <i>ed. Baluzius</i>	5 temptationes <i>B</i>	11 corruamus
<i>B</i>	18 si tu <i>om. Baluzius</i>	19 superfluae de infirmitate <i>A</i>
superfluendae infirmitatis <i>m. 1 B</i>	21 multas <i>B</i>	23 illaesam <i>ex</i>
<i>inl. corr. m. 2 B</i>	24 argenti <i>A</i>	incubauerint <i>B</i>

et quietem ueram desideranti non pati tantum nimis magna
 inquietudo, sed etiam uidere quodammodo pars est inquie-
 tudinis, quasque etiamsi subdere aliquis disciplinae ac silentio
 uelit, comprimere tamen earum inquietudinem cum sua quiete
 5 non possit: adeo etiam ipsa emendatio alienae inquietudinis
 perturbatio est nostrae quietis. haec autem, quae de hoc sexu 65
 locuti sumus, ad omnes pertinent omnique pariter aetati sexui
 infirmitatique conueniunt. non est itaque quod competere
 quisquam aut non obesse diuitias religioni putet: impedimenta
 10 haec sunt non adiumenta, onera non subsidia. possessione
 enim et usu opum non suffulcitur religio sed euertitur se-
 cundum illud, quod dominus ipse dicit: sollicitudo sae-
 culi istius et fallacia diuitiarum suffocant dei
 uerbum et sine fructu efficitur. proprie utique ac
 15 satis pulchre fallaces dixit esse diuitias: bona enim et pu-
 tantur et appellantur ac per hoc fallunt homines nomine prae-
 sentium bonorum, cum sint causae malorum aeternorum.

XVIII. Sed licet haec ita sint, ut deus ipse praedixit, ad-66
 quiescamus tamen miseriis quorundam atque languoribus, qui
 20 putant se sine magnis omnino opibus uitam agere non posse.
 esto tu, quicumque aut quaecumque illa es sancti nominis ac
 professionis, esto diuitias esto copias tuas usque ad finem
 uitae istius habeas, dummodo saltem in fine tibi conferas:
 esto rebus ac facultatibus tuis in uita hac uti uelîs, dummodo
 25 tui uel moriens non obliuiscaris et ad eius cultum atque
 honorem referendam tibi substantiam tuam memineris, cuius
 te munere accepisse cognoscis. humanum est quod ab omni-67
 bus uobis, o diuites mundi huius, petitur ac deliciosum. si
 inpetrari ab unoquoque uestrum non potest, ut esse in hoc

12 Matth. 13, 22

3 subdere] sedare *ex sedere corr. m. 2 B* 7 aetati *ex aetate*
corr. m. 2 B item statim impedimenta *ex inp.* 11 religioset* euer-
 titur (*sic*) eras. d. m. 1 A religiose deuertitur B religio sed subuer-
 titur (*cum b*) ed. Baluzius 13 fallatia d. s. dñm (*sic*) B
 23 saltem *ex saltem corr. m. 2 A (item paulo post)* conferas] con-
 sulas *suspicitur Hartelius conl. p. 266, 28* 28 deliciosam *ex dil.*
corr. m. 2 B

saeculo pauper uelit, praestet sibi saltem ne in aeternitate mendicet. qui praesentem inopiam tantum fugitis cur in perpetuum non reformidatis? in breuibus meticulosi longa et interminabilia uitate. quid tantopere in uita ista paupertatem horretis, quid expauescitis? minus multo est quod hic timetis. 5
 68 si tenuitatem temporariam grauem ducitis, qualis, quaeso, illa erit quae numquam desinet? quasi uestri apud uos animi rem agimus uestrique uoti. si usu uestrarum rerum penitus carere non uultis, id agite ne aliquando careatis. deliciosam a uobis rem et uoluptariam poscimus. qui sine diuitiis omnino esse non adquiescitis, id agite ut diuites semper esse possitis secundum illud: si ergo delectamini sedibus et stemmatibus, reges populi, diligite sapientiam, 69 ut in perpetuo regnetis. alioqui qui error aut quae insania est quemquam hominum esse posse, qui acta in amplis opibus, quod solum sufficit ad reatum, usque ad diem ultimum uita ne in supremo quidem exitu large ac salubriter sui memor sit, nec in ipsa iam de suo sibimet aegra extremitate succurrat (praesertim cum in diuitiis per se dominum accusantibus secundum illud 'uae uobis diuites', etiam alia 20 ipsi domino peccatorum genera non desint, quae in ipso diuitiarum sinu atque matrice quasi in naturali quodam fomite pullularint), et non uel in ultimis suis id agat id elaboret id omni rerum suarum ambitu promereatur, ne reus exeat ne reus uadat ne cruciandum postea corpus crucianda etiam 25
 70 ad praesens anima derelinquat? quis ergo est aut tam infidelis aut tam insanus, qui haec non cogitet haec non timeat, qui de substantia sua aliis magis quam sibi consulat, et

12 Sap. 6, 22

6 tenuitatem ex tenuitates corr. m. 2 B 7 illa erit A (quod fugit Halmium): erit illa B 8 penitus B post penitus eras.
 n̄ in A et punct. non in B 14 perpetuo ex perpetuum corr. m. 2 B alioqui add. in fin. n̄ m. 2 AB 16 quod ex quo corr. m. 2 B item statim sufficit ex suffecit 17 ne A ne s. scr. c m. 2 B nec ed. Baluzius 18 aegro Rittershusius 19 accussantibus B
 23 pro et p habet: uel quae insania est, ut 25 crucianda — anima A et m. 1 B (et b): (corpus) cruciandam — animam m. 2 B Halmius

cuncta penitus spe uitae huius cunctis subsidiis destitutus, unam tantummodo tabulam, cui inhaerere adhuc quasi in medio mari naufragus possit, amittat nec amittat tantummodo, sed abiciat atque a se penitus expellat, omnibus modis
 5 id elaborans, ne quid sibi omnino reliquum esse faciat, quo periturus euadat?

XV. Quae cum ita sint, dicite mihi, quaeso, omnes Christum 71
 amantes, si esse ulli omnino homines tam saeui ac tam cru-
 deles aduersum inimicos suos possunt quam sunt isti ad-
 10 uersum se? nulli quippe sunt tam feri tam inhumani, qui non uel desperatos iam atque morientes aduersarios suos perse-
 sequi desinant: isti se ipsos etiam in morte positi perse-
 quuntur. annon est hoc persecutio aut esse alia maior potest, 72
 exheredari hominem a se ipso, extorrem bonorum omnium
 15 fieri et quasi in exilium a se ipso agi? atque hoc non com-
 muni more aut usitato sed nouo et crudelissimo, scilicet ubi
 in exilium anima ipsa mittitur ubi e facultatibus suis spiritus
 abdicatur. o quanto leuiores sunt extranei et carnales inimici!
 illi enim corporum tantum hostes sunt, uos et animarum.
 20 leue est itaque in comparatione facinorum uestrorum illorum 73
 odium. facile est enim quidquid in praesenti saeculo nocet:
 illud graue illud perniciosum est, quod in aeternitate iugula-
 bit. et ideo saluator ipse: nolite, inquit, eos timere, qui
 possunt corpus occidere, animam autem non pos-
 25 sunt. facile est ergo odium, quod corpus laedit non laedit
 animam, quia laeso corpore anima extra damnum est et pas-
 sionibus carnum beatitudo spirituum non interpolatur. illud

23 Matth. 10, 28

1 distitutus *A et m.* 1 *B* 3 naufragus possita mittat *eras.* s et
 a *litt. uocis* possita et *add.* a ante mittat *A* 7 quae cum *ex* quae-
 cumq: *corr. m.* 2 *A* 14 exheredare *B* 16 *post* crudelissimo
add. p. et edd. ante Halmium: omnes enim exules, etsi corporibus able-
 gantur, animis non eliminantur: et si carne captiui sunt, cordibus tamen
 si nolunt liberi perseuerant. Hoc autem unde nunc loquimur, nouum
 exilii genus atque tormentum est. *Ceterum de additamentis in p obuiis*
cfr. Sitz.-Ber. p. 33 ubi *ras. mut. in* ibi *A* 23 inquit *B*
 25 *ledit non ledit A* 27 *spñ s. scr. u B*

itaque, illud inexpiabile malum est, illud aestimari omnino non potest, quod totum omnino hominem sine fine damnabit. et ideo leuiore uobis inimici uestri sunt quam uos ipsi. omnis siquidem inimicitia morte dissoluitur: uos contra uos ita agitis, ut inimicitias uestras nec post mortem euadatis. 5

5 *post euadatis habent AB: EXPLICIT LIBER SECUNDUS INCIPIT LIBER TERTIUS (III B)*

LIBER III.

I. Duobus superioribus libris cum duabus filiorum tuorum 1
partibus, id est, una mundi amatrice alia religionis imaginem
praeferente, o domina mi ecclesia dei, quasi separatim locuti
5 sumus. in hoc autem, si deus adnuit, ad utramque, prout
causa ac ratio postulauerint, loqui cupimus, nunc diuisim
alterutram nunc ambas pariter adloquentes. superest ut ab
utraque earum agnoscente in lectionis serie partes suas quid-
quid pro affectu dei a nobis dicitur cum affectu dei recipiatur.
10 igitur quia in cunctis, quae iam locuti sumus, speciale 2
Christianorum omnium bonum misericordiam ac largitatem
esse memorauimus, praecipuaque in eis et merita sanctorum
et peccatorum remedia contineri idoneis, ut reor, ac multis
testibus adprobauimus, non opinor a quoquam plura expectari,
15 maxime cum, si quis cupidus est plurium, ipsos adire debeat
libros dei, qui ita multis ac magnis testibus pleni sunt, ut
uniuersarum caelestium litterarum paene unum sit testimonium.
superest aduersum eas responsionum infidelium causas, quae 3
a quibusdam mortiferae excusationis gratia opponi solent
20 quippiam dicere. loquens saluator in euangelio propterea
commodari hominibus opes a domino ac pecuniam dicit, ut
cum usuris multiplicibus commodata reddantur, dicens auar-
rissimo debitori: serue male ac piger, sciebas quod
ego meto, ubi non semino, et congrego, ubi non

23 Matth. 25, 26

4 ecclesia *A* 5 annuet *Rittershusius* annuerit *ed. Baluzius*
11 bonorum *B* 16 qui-tā *ex* qui ita *corr. m. 2 A* qui ita *B*:
qui tam *cum edd. Halmius*) 18 causasq; *in fin. lin. eras. q;* et
initio seq. lin. add. m. 2 quę *A* (*ergo quae non om., ut Halmius adn.*),
causam quae *B* 22 auarissimo illi ac nequissimo *p*

sparsi. oportuit ergo te pecuniam meam dare nummulariis, et ego ueniens cum usuris recepissem quod meum est. tollite itaque ab eo talentum et date ei qui habet decem talenta. ac paulo post: et seruum nequam proicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. quod tamenetsi etiam ad aliud referri potest, tamen loco quoque et causae huic non insalubriter coaptatur. cum enim nummularii saluatoris pauperes et egeni recte intellegantur, quia pecunia, quae talibus dispensatur, augetur, cum usuris absque dubio a deo redditur quidquid egentibus erogatur. unde et alibi apertius ipse dominus distribuere diuites opes mundi et facere sibi sacculos, qui non ueterescant, iubet. sed et in uase electionis suae idcirco locupletibus diuitias a domino dari indicat, ut bono opere ditescant. et ideo etiam ego minimus et indignissimus famulorum dei primum ac saluberrimum religionis officium esse dico, ut Christianus diues, dum in hac uita est, diuitias mundi huius pro dei nomine atque honore consumat; secundum autem, ut si id uel metu uel infirmitate uel necessitate aliqua praepeditus forte non fecerit, saltem moriens uniuersa dispenset.

6 II. Sed dicit fortasse: filios habeo. iam de hoc quidem principalis libelli pagina et conuenientia, ut arbitror, et non pauca memorauit, satisque ad hanc rem domini sermo sufficit dicens: qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus: sed et propheticum illud, quod ait, neque patres pro filiis neque filios pro parentibus iudicandos, sed unum quemque hominum aut sua iustificatione saluandum aut sua iniquitate periturum: ac per hoc, quaslibet diuitias homo filiis suis congerat, nequaquam hoc ei proderit in iudicio,

5 Matth. 25, 30 11 Luc. 12 13 I Tim. 6 25 Matth.
10, 37 26 Ezech. 18

2 nūmulariis *AB sed A s. o scr. u m. 2 (paulo post nūmularii)*
recipissem *AB* 7 tametsi *B* 10 dispensatur *ex -tor corr. m. 2*
B 11 a *addidi cum Hartelio (cf. u. 14)* 13 ueterascant *ex*
ueteresc. *corr. m. 2 B* 20 saltē *ex -tī corr. m. 2 A*

quod diuitem reliquit heredem. sed esto ignosci parentibus 7
 possit, si ex parte aliqua hereditarias facultates filiis dere-
 linquant, si tamen id ipsum bonis si tamen sanctis: esto quo-
 que ignosci possit, si etiam malis quiddam atque uitiosis.
 5 habere aliquam excusationis speciem uidentur dicentes: pietas
 uicit uis sanguinis compulit natura ipsa quasi amoris manu in
 ius suum traxit. sciuimus quid iustitia dei posceret quid sacra
 ueritas postularet, sed subacti, fatemur, sumus iugo incarnatae
 necessitudinis et dedimus captiuas manus uinculis caritatis;
 10 cessit sanguini fides et uicerunt deuotionem religionis iura
 pietatis. dici aliquid potest, tametsi salubriter dici non potest: 8
 est umbra excusatiunculae non excusans, dans reo depre-
 catiunculae speciem non reatus securitatem. nequaquam enim
 id ulli spondeo, quod possit cuiuslibet rei firmum habere sub-
 15 sidium qui aliquid plus amauerit quam deum, secundum illud,
 quod scriptum est, in hoc futurum esse iudicium, quod uenerit
 lux in hunc mundum et dilexerint homines magis tenebras
 quam lucem. nemini enim dubium est totum id tenebras
 futurum homini, quidquid diuinae praetulerit caritati. haec
 20 ergo ita sunt. sed esto, ut dixi, indulgeri parentibus possit 9
 naturae insalubriter indulgentibus. quid quod nonnulli, filios
 non habentes, a respectu se tamen salutis suae et remedio
 peccatorum penitus auertunt, ac licet semine sanguinis sui
 careant, quaerunt tamen quoscumque alios, quibus substantiam
 25 propriae facultatis addicant, id est, quibus umbratile aliquod
 propinquitatis nomen inscribant, quos sibi quasi adoptiuos
 imaginarii parentes filios faciant, ut in locum eorum quae non
 sunt pignorum perfidia generante succedant. ac sic miserrimi 10
 quique et inpiissimi, cum uinculis filiorum non constringantur,
 30 ipsi tamen sibi uincula parant, quibus infelicia animarum
 suarum colla constringant: cum uis domesticorum discriminum

16 Ioh. 3, 19

1 reliquit *B* 10 fides *ex* *fidis* *corr. m.* 2 *A* et *B* (*sic*)
 15 qui] *si ed. Baluzius* 16 iudicium esse *B* 17 hominis *A*
 26 quo *suspiciatur Hartelius* 27 ut] *Hartelius: et AB Halmius;*
ipse suspicatus eram qui 30 infelicia et statim infelicissime (*sic*)
 et infelicitate *A*

nulla sit, foris discrimen arcessunt, et licet causae desint
 periculorum, ruunt tamen quasi in interitum uoluntarium:
 quorum errores infelicissimi quo affectu animi accipiendi sint
 prope incertum apud quosdam uideri potest, irascendumne his
 11 an dolendum sit. error enim dolore dignus est impietas exe- 5
 cratione: ad fletum trahimur infelicitate ad iracundiam in-
 fidelitate. in una re est quo pro hominum insipientia lugeamus
 in alia quo pro dei amore moueamur, ullum omnino hominum
 inueniri aut esse posse, qui decurso infelicis uitae istius breui
 spatio, in ipsa extremitate iam pendens, iturus ilico ad tribunal 10
 dei, quicquam aliud cogitet praeter finem suum, quicquam
 aliud praeter exitum suum, quicquam aliud praeter periculum
 suum, et neglecta spe sua atque anima, cui opitulari aliqua-
 tenus uel in ultimis suis omni studio omni nisu omni re ac
 substantia sua debeat, hoc solum cogitet hoc solum animo suo 15
 uoluat, quam laute heres suus res suas comedat!

12 III. Miserrime omnium, quid sollicitus es quid aestuas quid
 auctorem te ipse rerum periturarum facis? an times forte ne
 desint qui te mortuo quod reliqueris uorent? nolo metuas
 nolo uerearis. utinam tam facile tu saluus esses quam tua 20
 omnia deperibunt! o infidelitas o peruersitas! etiam uulgo
 dictum est, omnes sibi melius uelle quam alteri. nouum hoc
 monstri genus est cuilibet quemquam uelle consulere tantum
 13 ne sibi. ecce iturus es, infelicissime omnium, ad examen
 sacrum ad tremendum illud intolerandumque iudicium, ubi 25
 peregrinanti animae atque anxiae nullum potest omnino esse
 solacium nisi sola tantummodo bona conscientia nisi sola
 tantum innocens uita aut, quod proximum est bonae uitae,
 misericordia, ubi reo homini nullum est adiutorium nisi sola

21 Terent. Andr. II, 5, 16

3 sunt *B* his] iis *ed. Baluzius* 7 quo *A*: quod *ex* quo
corr. m. 2 B 8 in alia quo *A*: in aliquo *B* in alia quod *ed.*
Baluzius 17 *estuas *eras. a lit. A* 18 rerum periturarum
 ipse te *ed. Baluzius (ed. 4)* times *ex* timis *corr. m. 2 AB*
 19 dereliqueris *B* 25 intollerandumq. *eras. alt. l A* 26 pere-
 grinanti *A*

mens larga nisi paenitentia fructuosa et eleemosynae copiosae
quasi manus ualidae, ubi denique pro diuersitate meritorum
aut summum bonum inuenies aut summum malum, aut in-
mortale praemium aut sine fine tormentum. et tu de locuple- 14
5 tandis quibuscumque heredibus tuis cogitas, de opibus agna-
torum cognatorumque suspiras, quem potissimum ditio-
patrimonio tuo facias, cui supellectilis uariae ornamenta tran-
scribas, cuius apothecas copiis tuis repleas, cui maiorem ser-
uorum numerum derelinquas. infelicissime omnium, cogitas
10 quam bene alii post te uiuant, non cogitas quam male ipse
moriaris. dic mihi, quaeso, o miser o infidelis! cum multis 15
patrimonium tuum diuidas, cum multos facultatibus tuis dites,
numquid de solo te es tam male meritis, ut tibi nec inter
extraneos locum facias heredis? ecce expectat te iam egressurum
15 de uita ista officium tribunalis sacri, expectant tortores angeli
et immortalium tormentorum terribiles ministri, et tu futuras
post te heredum mundialium uoluptates animo uolutas, tu
delicias aliorum mente pertractas: quam bene scilicet post te
heres tuus de tuo prandeat, quibus copiis uentrem expleat,
20 quomodo usque ad nauseam redundantem uiscera exsaturata
distendat. infelicissime omnium, quid tibi est cum his neniis 16
quid tibi cum his deliramentis, quid cum stultitia huius er-
roris quid cum perditione istius uanitatis? numquid succur-
rere hoc tibi inter supplicia summa poterit, si is, qui res tuas
25 prodige comedit, lautus et pransus bene eructarit?

III. Sed de his, unde nunc loquimur, si res ac ratio postu- 17
lauerint, etiam post haec aliqua subdemus. interim hoc

1 eleemosynae *A* elem. *B* 6 cognatorum. Que (*s. scr. m. 2* id)
susp. *B* 7 post facias in *A* eras. ditio-*iteratum* transscribas
hic *A* 11 infidelis ex infidelitatis corr. *m. 2* *B* item statim multos ex
multis (*post cum*) 13 num *s. scr. m. 2* quid *A* 15 post sacri
s. l. m. 2 et *B* 16 terribilis *A* et corr. in -les *B* 18 delicias
ex dil. corr. *m. 2* *A* 21 infelicissime *A* neniis *AB*: naeniis
c. edd. Halmius 22 deliramentis ex dilir. corr. *m. 2* *A*, ex deler.
B 25 post eructarit *add. p* et *edd. ante Halm.*: aut etiam ut tibi,
qui deuoranda tua omnia tradidisti, redundantem cruditate plus praestet,
si bene uomuerit? *cfr. Sitz.-Ber., p. 33* 27 subdem; *sic m. 2* *A*

specialiter dico et peculiari admonitione commoneo, ne ullum omnino aliquis quamuis carissimum pignus animae suae praeferat. neque enim iniquum est, ut quilibet Christianorum etiam legitimis heredibus in hoc saeculo minus congerat, dummodo sibimet in aeternitate succurrat multis modis, quia 5 et facilius est hic deesse filiis quippiam quam parentibus in futuro, et multo leuior praesens tenuitas quam aeterna paupertas, maxime quia, cum illic non paupertas tantum sed etiam mors ac poena timeantur, facilius est utique hic heredibus deesse quiddam de patrimonio quam illic testatoribus de salute, 10 idque et ipsi, quibus hereditas derelinquitur, si modo pietatis aliquid in se habent, specialiter uelle debeant, ne illi pereant qui relinquunt. quod utique si nolunt, multo minus digni sunt quibus aliquid relinquatur, quia non iniuste testator sapiens 18 non relinquit quod heres impius non meretur. itaque optimum 15 est, ut unusquisque sibi consulat et animae ac saluti suae omnia derelinquat, sint quamuis interdum non filii tantum, quibus uidetur naturaliter plus deberi, sed etiam pignora alia eius uel meriti uel condicionis, ut eis ad impertiendum quiddam ac largiendum iustitia ipsa ac dei cultus patrocinetur, et 20 quibus non solum pie aliquid relinquatur sed etiam inreligiose 19 non relinquatur: scilicet si aut parentes sint calamitosi aut germani fideles aut sanctae coniuges aut, ut longius denique munus pietatis extendam, si aut propinqui inopes aut adfines egestuosi aut denique cuiuslibet necessitudinis indigentes, uel 25 certe, quod super omnia est, deo dediti. hoc enim est praecipuum ac supereminens, si id ipsum, quod agit aliquis pietatis officio, religionis faciat affectu. beatus enim ille, qui 20 suos ipsos diuini amoris spiritu amat, cuius caritas Christi cultus est, qui in naturae uinculo deum cogitat naturarum 30

9 utique est *signis transpositionis additis B* 10 quidam *B*
 12 debeat *s. scr. m. 2 n A* 13 relinquit *s. scr. d m. 2 B*
 15 heres *ex heris corr. m. 2 AB* 16 salutis *AB* 19 conditionis
(sic) A uti *B* 23 aut *sce coniuges add. m. 2 A* 25 ege-
stuose B 28 quis hos *ex quis uos corr. m. 2 B* 30 est cultus
signis transpositionis additis m. 1 A ante deum *add. p: deum*
 diligit

patrem, et amoris munera in sacrificia conuertens tantum sibi
 immortalis lucri et beatorum fructuum parat, ut dum id quod
 pignoribus suis praestans domino suo faenerat, hoc ipso, quod
 suis liberalitatem tribuit temporariam, sibi mercedem pariat
 5 sempiternam. at uero nunc diuersissime et impiissime nullis 21
 omnino a suis minus relinquitur, quam quibus ob dei reue-
 rentiam plus debetur, nullos pietas minus respicit, quam quos
 praecipue religio commendat. denique si qui a parentibus filii
 offeruntur deo, omnibus filiis postponuntur oblati: indigni
 10 iudicantur hereditate, quia digni fuerint consecratione, ac per
 hoc una tantum re parentibus uiles fiunt, quia coeperint deo
 esse pretiosi. ex quo intellegi potest, quod nullus paene apud
 homines uilior est quam deus, cuius utique fit despectione,
 ut eos praecipue parentes filios spernant, qui ad deum coe-
 15 perint pertinere.

V. Sed praeclaram uidelicet qui haec faciunt rationem 22
 consilii sui reddunt dicentes: quid opus est ut filiis iam reli-
 giosis aequa hereditatis portio relinquatur? nihil ergo iustius
 nihil dignius quam ut, quia coeperunt religiosi esse, mendicent,
 20 non quidem quod eos haec res mendicitate oppressura sit,
 quod a terrenis facultatibus abdicantur, caelum spe possidentes
 cito etiam re possessuros, regente illos deo suo ac protegente,
 qui eos cum immortalis spe aeternorum etiam sufficientia
 temporalium muneratur; sed tamen, quantum ad inhumani-
 25 tatem parentum pertinet, egent, a quibus sic relictis sunt ut
 egerent: certe etiam si qui non penitus domu eliminantur et
 quibus non omnino extorribus quasi aqua et igni interdicitur,
 tanto inferiores fratribus relinquuntur, ut etiamsi paupertate
 non egeant, comparatione tamen egere uideantur. dicitis, quid 23

3 fenerat *B* 5 ad *s. scr. m. 2 t AB* 13 despectione *A*
 desp. ex disp. corr. *m. 2 B* 14 qui ad deum ex quia deum corr.
m. 2 A 18 post aequa add. *p*: cum fratribus suis 22 etiam
s. l. m. 2 add. A 24 muneratur ex munuratur corr. *m. 2 A*
 26 domo ex domu corr. *m. 2 AB* et omittere malit *Hartelius*
 27 ignis ex igni corr. *m. 2 AB* post interdicitur add. *p* et add. ante
Halmium: cum ut tenues aut certe usufructuarii relinquuntur, tamen

opus sit religiosis iusta patrimonii portione? respondeo: ut religionis fungantur officio, ut religiosorum rebus religio ditetur, ut donent ut largiantur ut illis habentibus cuncti habeant non habentes, immo, si tanta est eorum fides atque perfectio, ut habeant cito non habituri, beatius utique, postquam habue- 5
 24 rint, non habentes. cur eis, quaeso, o inhumanissimi parentes, necessitatem indignissimae paupertatis inponitis? permittite hoc religioni ipsi, cui filios tradidistis: rectius pauperes a se fiunt. si tantum eos inopes esse cupitis, concedite id ipsorum deuotioni. liceat eis, quaesumus, ut uelint pauperes fieri: 10
 eligere inopiam debent non sustinere. postremo, etiamsi sustineant, deuotione eam tolerant non damnatione patiantur.
 25 cur eos uelut a natura expellitis et quasi a iure sanguinis abdicatis? et ego esse eos pauperes uolo, sed ut habeat tamen praemium suum ipsa paupertas, ac praeclara demutatione eli- 15
 gant inopiam ex copia, ut ex inopiae electione copiam consequantur. quamquam quid ego uos per ipsum sanctissimae rationis officium trahere ad humanitatem pietatemque contendo, cum id maxime obsistat et haec res parentes inpios faciat,
 26 quae pios facere deberet? nam cum uos ideo plus relinquere 20
 ex patrimonio uestro religiosis filiis deberetis, ut aliquid ad deum ex facultatibus uestris saltim per filios perueniret, ideo filiis non relinquitis, ne illi deo habeant quod relinquunt. praeclara uidelicet ratione atque cautela contenti estis uos filios non agnoscere, ne illi se filios dei esse cognoscant, 25
 magnificam repensantes beneficiis sacris uicissitudinem, dum id studiosissime procuratis, ne uel per uestros aliquid honor dei habere possit, cum omnia uos per dei munus habeatis.

1 sit] est *ed. Baluzius* iusti patrimonii portione] aequam accipere cum fratribus patrimonii portionem *p et edd. ante Halm.* 2 dicitur *A* 4 fides *ex fidis corr. m. 2 A* 5 beatius *ex beatus corr. m. 2 B* 9 concedite *punct. ci A* 10 uellint *punct. alt. l B* 12 tolerant *s. a scr. e m. 2 B* 13 uelut *ex uelud corr. m. 2 A* 19 maximae *punct. a B* 22 saltem *ex saltim corr. m. 2 A* 23 deo *post illi erasum et post habeant s. l. add. m. 2 A et sic ed. Baluzius (simul cum b)* 24 cautella *alt. l eras. A*

cur, rogo, tam infideliter cur tam impie? non exigimus ut 27
 uestra domino largiamini: aliquid deo de suo reddite. cur tam
 auare cur tam impie agitis? non est uestrum quod denegatis.
 iniquum igitur arbitramini, ut saecularibus filiis religiosos
 5 substantia pares esse faciatis? id ergo agitis, ut paeniteat eos
 coeptae religionis, quos religio apud uos fecerit uiles. pius
 itaque ac bonus dominus, qui seruet in eis propositum ac
 professionem suam: ceterum, quantum in uobis est, id agitis,
 ut saeculi eos cultores esse faciatis, quibus saeculares filios
 10 antefertis. quid est enim aliud quam religionem interdicere
 ob religionem despectui habere?

VI. Sed iniusti fortasse uideamur cunctos parentes in hoc 28
 negotio aequaliter accusando, cum scilicet non omnes pari
 agant iniquitate cum filiis. sunt enim, inquit aliquis, sunt ex
 15 parentibus multi, qui aequales filiis suis faciant portiones, nisi
 quod una tantum eos condicione discernunt, quod in iis ipsis
 partibus, quae religiosis uidentur adscribi, usum iubent ad
 eos proprietatem ad alios pertinere. at uero hoc multo est 29
 peius et infidelius. tolerabilioris quippe impietatis uidetur esse
 20 cum proprietate aliquem filiis suis minus relinquere quam
 proprietatem his rerum penitus auferre. potest enim aliqua-
 tenus ferri ista condicio, si aut amicis aut adfinibus aut pro-
 pinquis hac lege aliquid relinquatur: filiis uero qui proprietatem
 rerum non tribuit nil relinquit. sed inuenit iniquissima in-
 25 fidelitas parentum, quomodo a patrimonio suo deum penitus
 excluderet, proprietatem rerum religiosis filiis auferendo. usum
 enim his dedit, ut esset quo ipsi uiuerent, proprietatem his
 tulit, ut quod deo relinquerent non haberent. o nouum 30

- | | |
|--|--|
| 1 impie agitis <i>ed. Baluzius (cum b)</i> | 3 agitis et hic fort. de- |
| <i>lendum, ut paulo ante deest</i> | 6 coeptae <i>ex coepta corr. m. 2 AB</i> |
| 8 caeterum <i>A</i> | 11 despectui <i>AB</i> |
| <i>AB</i> | 14 inquit <i>B</i> |
| 15 qui <i>ex quia corr. m. 2 B</i> | 16 quid (<i>ante in</i>) <i>s. scr. o</i> |
| <i>A</i> in iis] inis <i>A</i> | 18 ad uero <i>AB</i> |
| <i>corr. m. 2 B</i> | 19 tolerabilioris <i>ex -res</i> |
| 21 his] iis <i>ed. Baluzius</i> | paenitus <i>A item paulo</i> |
| <i>post</i> | 22 amicis <i>ex -cus corr. m. 2 B</i> |
| <i>corr. m. 2 A</i> | 23 aliquid <i>ex -quit corr. m. 2 A item infra §. 30</i> |
| <i>cf. 32</i> | 24 relinquit <i>B</i> |

inreligiosae mentis ingenium! inuenit quo uideretur filiis suis maiore erga deum sua impietate consulere. fecit enim ut sancta soboles usum rerum habens ius rerum non habens quasi locuples quidem uiueret, sed quasi mendica moreretur, ac sic testator infidelissimus plena de hoc mundo posset securitate discedere, cum sciret de suo ad deum penitus peruenire nil posse. quamuis in hoc ipso, quod supra dixi, per usum rerum aliquam filios religiosos opum imaginem possidere, ne hoc sit quidem, quia etsi usus uidetur aliquid habere, conscientia tamen non habet; nemo enim potest se uel breui diuitem credere, qui scit se proprium nil habere.

- 31 VII. Quid agis, miserrima infidelitas et paganicae, ut ita dixerim, inreligiositatis error? itane tantum odisti deum, ut possis etiam filios tuos ob hoc tantum, quia ad deum pertinent, non amare? meliore enim condicione quidam relinquunt libertos suos quam tu relinquis filios tuos. in usu siquidem cotidiano est ut serui, etsi non optimae certe non improbae seruitutis, Romana a dominis libertate donentur, in qua scilicet et proprietatem peculii capiunt et ius testamentarium consequuntur, ita ut et uiuentes cui uolunt res suas tradant et morientes donatione transcribant: nec solum hoc, sed et illa, quae in seruitute positi conquisierant, ex dominorum domo tollere non uetantur. tantum eis interdum gratia patronae liberalitatis inpertit, ut etiam iuri suo detrahat quod libertorum dominio largiatur. quanto, o quisquis ille es infidelissime pater, quanto domini illi melius cum libertis agunt quam tu cum liberis! illi quae donant perpetuo iure donant tu temporario: illi testa-

1 inreligiosae s. n. *scr. r. m. 2 B* uidetur *B* uideretur filiis suis *A* (*quod fugit Halmium*), filiis suis uid. *B* 3 soboles *ex sub. corr. m. 2 A* soboles *B* 4 quasi (*post sed*) s. l. *add. m. 1 uel 2 A* 5 posset *scripsi*: possit *AB Halmius* 9 conscientia *ex conscia corr. m. 2 A* 13 irrelig. *ex inrelig. corr. m. 2 B* 15 condicione *ex condicione rasura corr. A* 16 siquidem] quidem *B* 17 obtimae *B* optime *ex optime (ut statim improbe ex improbe) rasura corr. A* 21 transscribant *B* 25 infidelissimae *A* 26 tu con liberis *B* 27 illique s. *scr. m. 2* quod *B* temporario *ex -ria corr. m. 2 B* testamenti *ex -to et statim libertis ex libertatis corr. m. 2 B*

menti faciendi arbitrium dant libertis tu tollis liberis: illi
 postremo seruos suos dant libertati tu quasi addicis filios
 seruituti. nam quid est aliud quam seruituti addicere quos
 non uis aliquid quasi ingenuos possidere? more ergo illorum 33
 5 uteris, qui seruos suos non bene de se meritos, quia ciuitate
 Romana indignos iudicant, iugo Latinae libertatis addicunt:
 quos scilicet iubent quidem sub libertorum titulo agere ui-
 uentes, sed nolunt quidquam habere morientes. negato enim
 his ultimae uoluntatis arbitrio, etiam quae superstites habent
 10 morientes donare non possunt. ita ergo et tu religiosos filios 34
 tuos quasi Latinos iubes esse libertos, ut uiuant scilicet quasi
 ingenui et moriantur ut serui, et iuri fratrum suorum quasi
 per uinculum Latinae libertatis adstricti, etiamsi uidentur
 arbitrii sui esse, dum uiuunt, quasi sub illorum tamen positi
 15 potestate moriantur. quid tantum, quaeso, sceleris in titulo
 esse religionis putas, ut ideo eos, qui religiosi sunt, filios tuos
 esse non credas, quia filii dei esse coeperunt? in quo tibi
 bonae uoluntatis quasi piaculo rei facti sunt, ut idcirco eos
 putes habendos esse peiores, quia optant esse meliores?

20 VIII. Sed dicitis non eo a uobis animo hoc agi. quod unum 35
 est, ac si quispiam dicat malas res bono animo a se fieri et
 impietatis facinus pia mente committi. quid prodest, o in-
 humanissimi parentes, quod filios religiosos bono a uobis
 dehonoriari animo adseueratis? res ipsa hoc respuit res refellit.
 25 parum est quod nudis adsertionibus dicitis, ipsi actibus uestris
 contra uos testes estis. indignum ergo arbitramini, ut sancta
 ac placita deo pignora filiis mundo seruientibus conparentur?
 uerum est et bene arbitrabamini, si tamen arbitrio isto iuste
 et in diuersum uteremini, id est, ut comparandos bonis filiis
 30 malos et peccatores sanctis non putaretis, et qui apud deum
 uita ac meritis antecellerent, idem apud uos gratia atque

2 tuos B 8 quicquam (sic) A 13 adstrictae s. e. scr. i m. 2
 B 19 putes ex putis corr. m. 2 AB 24 asseueratis et paulo
 post assertionibus ex adsertionibus corr. m. 2 B 26 testes ex testis
 corr. m. 2 AB sancta—bene bis scripta sunt in A sed semel de-
 leta m. 1 et 2 28 arbitramini ex arbitrabamini corr. m. 2 B
 31 idem quater deinceps AB iidem ed. Baluzius

- 36 honore superarent. quid enim rectius quid magis iustum, quam ut qui meliores sunt idem etiam honoratiores essent, qui uincunt iudicio idem uincerent praemio, qui antistant in euangelio sacro idem quoque in testamento humano antistarent, et hac saltim re concordaret cum uoluntate Christi parentum 5 pietas ac uoluntas, ut quos deus praeposuisset electione eosdem etiam parentes anteponerent dignitate. sed non solum hoc non agitur, sed in diuersum omnia aguntur. praeponuntur enim puris commaculati praeponuntur fidelibus inpii, praeponuntur lumini tenebrae praeponitur terra caelo, praeponitur 10 mundus deo. et euasuros se huiusmodi parentes uel in hoc solo iudicium dei aestimant, qui cultum dei et dignitatem iudicii sui indignitate conculcant?
- 37 VIII. Sed uidelicet non contemptu dei dicunt parentes haec a se fieri sed causa atque ratione. quibus enim, in- 15 quiunt, relictam substantiam relicturi sunt filios non habentes? dicam quibus, nec nominabo eos, quos supra dixi, pauperes dei, non alienos aut longe positos, ne durum aut inhumanum forte uideatur. illos dico caros et indiuiduos et quos recte etiam uos, qui multas suboles habetis, filiis antefertis: ipsos 20 se inquam homines, o infidelissimi parentes, ipsos se inquam dicimus. numquid potest cuilibet quidquam se ipso propius numquid carius inueniri? suam unicuique uestrum animam
- 38 suam salutem suam spem commendamus. et pios uos esse dicitis, qui filios diligatis? nihil plane durius uobis nihil in- 25 humanius, nihil tam ferum, nihil tam inpium dici potest, a quibus inpetrari omnino non potest ut uos ipsos ametis.

3 antestant ex antistant corr. m. 2 B et statim antestarent
 5 saltem ex saltim corr. m. 2 A 9 fidedelibus punct. alt. de A
 10 post tenebrae add. p: praeponitur uita morti 12 existimant
 Rittershusius 20 soboles B ipsos — parentes aberratione ocu-
 lorum om. A; ceterum haec uerba et seqq. ipsos s. i. dicimus sana non
 sunt; fort. scrib.: ipsis relinquunt homines, o. i. p., ipsis inquam [dici-
 mus]; Hartelius suspicatur: ipsos esse inquam homines, o. i. p., ipsos
 [se inquam] dicimus 21 ipsos se s. ipsos scr. m. 2 b s. se scr. a, quo
 significetur transponenda esse uerba A 22 quicquam (sic) A
 proprius AB 25 nil quater deinceps B 26 inpium ex inpium
 corr. rasura A

pellem, inquit diabolus in scripturis sacris, pellem pro pelle et cuncta quae habet homo dabit pro anima sua. dilectissimam esse animam suam homini etiam diabolus non negavit, et qui auertere omnino cunctos ab affectu animarum suarum nititur, idem tamen carissimas esse debere cunctis animas confitetur. quis ergo furor est uiles a uobis 39 animas uestras haberi, quas etiam diabolus putat esse pretiosas? quis furor est uiles a uobis haberi, quas etiam ille caras uobis debere esse dicit, qui uiles facere conatur? ac per hoc 10 quicumque animas suas neglegunt, etiam infra iudicium diaboli se amant. quae cum ita sint, uidete uos, qui putatis religiosos homines non habere quibus relinquunt substantiam suam, uidete uel iuxta diaboli opinionem, uidete si non habent, qui se ipsos habent.

15 X. Sufficere quidem ad hanc negotii portionem, de qua 40 nunc agitur, haec quae iam diximus satis arbitror: sed ostendi id uobis forsitan non solis uirtutibus rerum sed etiam auctoritatibus exemplorum desideretis. possim quidem dicere maiora exemplis omnibus dei esse mandata nec interesse ad augendam 20 diuinorum uerborum auctoritatem, impleant ea homines an non impleant, quia uirtutem eorum ex domini certum est constare persona non ex seruorum oboedientia, nec addi eis nec dece-

1 Iob. 2, 4

1 inquit *B* diabolus *A* item 33, contra 36 diaboli et 37 diaboli
s. scr. m. 2 u 2 cunctaq; *A* cunctaque *B* 3 dilectissimam
A 4 negabit *B* 6 a uobis uiles *B* 12 religiosos *ex -sas*
corr. m. 2 B 16 post arbitror *p et edd. ante Halmium*: id est,
 quod praeponere uitam spem salutemque uestram cunctis omnino rebus
 atque affectibus debeatis 17 forsitan *A* 18 desideretis *AB(b)*
 desideratis *cum edd. Halmius, quem codicum scriptura fugit* 19 post
 mandata *p et edd. ante Halm.*: clamantia quotidie in hoc mundo: nolite
 thesaurizare uobis thesauros in terra, thesaurizate autem uobis thesauros in
 caelo. et alibi: quaecumque homo seminauerit, haec et metet. quae
 utique tam ad mundi homines quam ad dei, tam ad eos qui filios habent,
 quam ad eos qui non habent, aequae pertinet (*sic p, rell.* pertinent) quia
 cum uitam aeternam cuncti desiderent possidere, non est dubium, quod
 ubi par uniuersorum uotum est ad habendum, parem esse curam ad
 promerendum 21 domini] dei *B*

dere aliquid per nos potest, quorum honor per auctorem deum
 41 semper aequalis est. sed tamen si adiuuari se etiam exemplis
 hominum humana optat infirmitas, scilicet quo facilius etiam
 ipsa nunc faciat quae alios fecisse ante cognoscat, ostendimus
 primo libro haec, quae etiam nunc ab aliquantis Christi imita- 5
 toribus fiunt, non mediocriter sed abundanter, nec a paucissi-
 mis sed a populis, nec ab antiquissimis sed paene a recen-
 tissimis nuper esse completa. quid enim noui et adhuc prope
 in oculis constituti apostolorum actus loquuntur? omnes in-
 quam qui credebant, habebant in unum omnia com- 10
 munia. et iterum: gratia quoque magna erat in illis
 omnibus; nec enim quisquam egenserat inter illos.
 quicumque enim possessores praediorum ac do-
 morum erant, uendentes adferebant pretia uendi-
 torum et ponebant ante pedes apostolorum. alibi 15
 quoque: et nemo ex eo quod possidebat suum pro-
 42 prium esse dicebat. atque hoc non paruus credentium
 numerus, ne quem forsitan minus scriptorum auctoritas moueat,
 dum putant exempla esse paucorum. quae fuerit quippe tunc
 multitudo ecclesiae principalis uel ex hoc solo agnosci potest, 20
 quod in principiis statim ipsis octo hominum milia biduo
 ecclesiae accessisse referuntur, pateatque aestimationi, quae
 ceteris diebus uniuersi generis multitudo concreuerit, ubi duo
 tantummodo dies praeter disparem aetatem pariter ac sexum
 43 tantam uirorum copiam procrearunt. unde cum et tam in- 25
 numerabilis iam tunc et tam perfecta plebs fuerit, quaero a
 uobis, cum quibus loquor, cuncti parentes, in illis tot ac tantis
 tunc credentium milibus, tanta fidei perfectione uiuentibus,

4 lib. II 13

9 Act. 2, 44

11 Act. 4, 33

16 Act. 4, 32

3 hominum etiam exemplis *B* 5 primo libro] *immo secundo*
libro ut uulgo legitur; incertum est scriptorisne sit uitium an libra-
riorum' Halmsius; cfr. II 13 6 habundanter *AB* 12 quisq; *s.*
scr. m. 2 uā A 14 afferebant *ex* adferebant *corr. m. 2 B*
 praetia *A* 18 forsitam *B* forsitā *s. scr. m. 2 n A* 20 eclesiae
(sic) A paulo post ecclesiae et §. 43 aecllesiae 25 cum etiam *B*
 27 locor ut §. 41 locuntur *b* quod praetermittere nolui

omnesne cum filiis an omnes sine filiis fuerint? neutrum, opinor; nulla enim ecclesiae plebs est non de utroque permixta. intellegere ergo possunt quicumque ex Christianis filios non habent, cui relinquere substantias suas debeant, cum uideant cui reliquerint tunc illi filios non habentes. sin autem habent, discant quid etiam ipsos oporteat facere, cum uideant tunc parentes amorem dei filiis praetulisse. habet igitur om- 44
nis aetas habet omnis condicio quod sequatur: quicumque est particeps fidei participem se beati faciat exempli. si illi tunc
10 ob deum donantes omnia sua etiam se ipsos exheredauere uiuentes, discite uos, quaesumus, bona uestra uel ipsi hereditare morientes. oportet quippe uos, mihi credite, etiam inter filios uestros salutis animarumque uestrarum non obliuisci. propinqua enim uestra pignora esse uobis et coniunctissima
15 satis certum est: sed, mihi credite, nemo uobis propinquior, nemo coniunctior quam uos ipsi. amate itaque, non obsistimus, amate filios uestros, sed tamen secundo a uobis gradu: ita illos diligite, ne uos odisse uideamini; inconsultus namque et stultus amor est alterius memor et sui inmemor. non
20 accipiet, inquit scriptura sacra, iniquitatem patris filius, neque pater accipiet iniquitatem filii sui. et apostolus unus quisque, inquit, proprium onus suum portabit.

XI. Relictae itaque filiis diuitiae parentes non liberant de 45
25 mendicitate, immo relictata inmoderate filiis facultas parentum est sempiterna mendicitas, ac per hoc nulli parentibus magis

19 Ezech. 18, 20

22 Gal. 6, 5

1 an *ex ac corr. m. 2 B* 5 relinquerint *B* 7 amorem filiis
(*punct. is et s. scr. m. 2 orum*) dei filiis *A* et *deleto priore* filiis *m. 1*
B igitur *s. l. add. m. 2 uel 1 A* 12 post morientes *p* et *edd.*
ante Halmium: quae quidem, ut dixi, etiam uos, o fidelissimi (*infd. ed.*
Baluzius) parentes, curiosius attentiusque pro uobis conuenit cogitare
22 proprius *A* 25 relictata *B*: relicto *ad o lit. adpicta c m. 1, quae*
a uel cc (quae litterae forma aperta saepe et in hoc cod. recurrit cfr.
Sitz.-Ber. p. 7) pingere uoluit (ergo non ae ut apud Halmium) et m.
2, ut magis aperta scriptura esset, s. scr. a

noxii quam filii nimis amati. dum enim illi patriis bonis
 affluunt, parentes in sempiternitate cruciantur. etiamsi tam
 pius sit filius, ut refrigerandi supplicii paterni gratia com-
 municare cum patre postea bona relicta cupiat, non ualebit:
 reddere siquidem post mortem patri pietas filii non poterit 5
 46 quod unicuique indeuotio sua et infidelitas denegarit. ideoque
 iuxta apostolum unus quisque sarcinas suas cogitet, quia unus
 quisque hominum sua onera portabit. flammae infelicium
 mortuorum diuitiis non refrigerantur heredum. diues ille in
 euangelio, qui purpura induebatur et bysso, absque dubio qui 10
 locuples in hoc saeculo ipse fuerat, etiam heredes suos morte
 ditarat. sed nequaquam hoc ei proderat, quod opibus ac
 talentis eius germani diuites incubabant, et ille guttam refri-
 gerii inpetrare non poterat. illi erant in abundantia sed ille
 in egestate, illi in gratulatione sed ille in dolore, illi in di- 15
 uitiis sed ille in tormentis, illi fortasse iugiter in luxuria sed
 47 ille semper in flamma. o infelix et miseranda condicio! bonis
 suis aliis praepararat beatitudinem sibi adflectionem, aliis
 gaudia sibi lacrimas, aliis uoluptatem breuem sibi ignem
 perennem. ubi erant tunc adfines ubi propinqui, ubi uel filii, 20
 si habuerat, uel germani, quorum meminerat et quos certe
 tanto amore dilexerat, ut eorum ne in supplicio quidem po-
 situs obliuisceretur? quid ei proderant quid suffragabantur?
 48 torquebatur infelix et opes suas aliis deuorantibus ille refri-
 gerii guttam ardens petebat et inpetrare non poterat. et hoc, 25
 si quid addi ad poenam potest, per illum sibi tribui postulabat,
 quem aliquando contempserat, per illum, qui in pure ac sanie
 computruerat, per illum, cuius faectorem ac squalorem longe

9 Luc. 16

1 filiis *B* patriis *ex patris corr. m. 2 A* 2 affluunt (*sic*)
AB cf. §. 50 et II 48 sempiternus *te B* 7 unusq; *s. scr. m.*
 2 uel 1 quis *A* 14 illi erant *ex ille erant corr. m. 2 A*
 16 loxoria *A* 17 & *s. scr. m. 2 ac A ac B Halmsius* 18 prae-
 parat *B* praeparauit (*cum b*) *ed. Baluzius* 20 erant *ex erat corr. m.*
 2 *A* affines *ex adfines corr. m. 2 AB* 21 si] sibi *s. scr. m.*
 2 quos *B* quos *ed. Baluzius* (si quos *alii*) 25 et *om. B*
 27 pure *s. scr. m. 2* lue (*i. e. puluere*) *A* 28 eius (*sic*) *A*

refugerat, qui membrorum suorum ulceribus canes pauerat, quem scatentes uermium globi etiam intra recessus peresi corporis exararant. o grauis nimium et lugenda condicio! 49 pauper beatitudinem emit mendicitate diues supplicium facultate: pauper, cum penitus nil haberet, emit aeternas diuitias egestate. o quanto has facilius tam multa rerum possessione diues potuerat comparare, qui inter tormenta aestuans et inter supplicia proclamans: pater, inquit, Abraham, miserere mei et mitte Eleazarum, ut intinguat extremum 10 digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. non horrebat tunc scilicet diues ille Eleazari quondam pauperis manum nec dedignabatur auxilium: inseri eius digitos ori suo et mitigari intolerandas faucium flammis illius pridem faetidae ac squalentis manus 15 munere postulabat. o quanta rerum mutatio facta fuerat! tangi tunc ab eo desiderabat, quem etiam uidere ante despexerat.

XII. Haec ergo diuites cogitent, qui redimere facultatibus 50 suis nolunt, ne ista patiantur. diues fuit ille, de quo nunc loquimur, diuites sunt et isti, ad quos nunc loquimur. unius sunt nominis: caueant ne sint etiam condicionis unius. non liberabunt enim filii diuites parentes reos, nec restinguet flammis miseri testatoris deliciis affluentibus opulentus heres. durum est ab aliquo filiis ac propinquis parum relinquere: 51 25 multo est durius in aeternitate torqueri. opinor enim diuitem illum, cum torqueretur, non tantum delectabant opes heredis sui quantumangebant tormenta corporis sui, non tantum

8 Luc. 16, 24

5 paenitus *A* 8 inquit *ex inquit corr. m. 2 B* 9 *lazarum
eras. bis lit. e sed ita ut non omnino euanuerit A lazarus B, item
*paulo post *lazari et lazari* 11 orrebat *B* 13 eius inseri *signis*
transpositionis additis B intollerandas *B* 14 foetidae (*sic*) *A*
faede s. scr. m. 2 ti B 16 tanti *B* dispexerat *AB*
18. 20 diuites—loquimur *post sunt nominis habet A sed signis trans-*
positionis m. 1 et m. 2 s. unius scr. b, s. diuites a lit. 21 conditionis
hic A 23 diliciis affluentibus *AB cf. paulo post et II 48* opu-
lensus ex -tibus corr. m. 2 B heres *ex heredes corr. m. 2 A*

delectabat quod heres suus bene epulabatur quam angebat
quod ipse male cruciabatur, non tantum delectabat quod heres
suis in exquisitis deliciis affuebat quam angebat quod ipse
intolerandis ignibus defluebat, non tantum delectabat quod
heres suus pascebat parasitos et helluones copiis suis quantum 5
52 angebat quod ipse pascebat flammam medullis suis. et puto,
si quis ei tunc optionis copiam praestitisset, utrumne mallet
diuites heredes suos esse an se in miseris tormentisque non
esse, uoluerat profecto illos omnibus bonis alienari, dummodo
ille posset malis omnibus liberari, uoluerat offerre omnia quae 10
possederat, dummodo euaderet quae perferebat, uoluerat cunctam
illam substantiam quam habuerat et temporales argenti
et auri thesauros pro se dare, ut iuges suppliciorum immor-
taliū cruces et perenne illud incendium superiecta, si quo
modo posset, diuitiarum suarum mole restingueret et exun- 15
dantes ignium globos opposita ingentium facultatum immensi-
53 tate prohiberet. et quid dicam uoluisse eum, ut interminabile
illud malum redimeret facultatibus suis? plus dico aliquid:
uoluerat omnem substantiam suam tradere, ut posset sibi in
flammis situs unius saltim horae requiem comparare. desiderans 20
enim ad mitigandas faucium flammam uel tinctum aqua pau-
peris digitum quomodo non quantolibet pretio mercari requiem
praeoptauerat, qui paruam refrigerii guttam tam magno
54 ambitu postulabat? sed iam ista quid proderant aut quid
iuuabat miserum quod tunc pro se offerre omnia uolebat, qui 25
male ante noluerat? uel quid tunc proderat quod dare cuncta
cupiebat, quae iam amiserat, qui nihil tunc pro se dederat,
quando omnia possidebat? sera quippe, ut ait in scripturis
spiritus sanctus, sera est paenitentia mortuorum. quomodo?

1 quam] quantum *ed. Baluzius* 2 heres (*ex heris corr. m. 2*)
suis *A* 3 deliciis affuebat *AB* 5 heres *ex heris iterum corr.*
m. 2 A 6 puto *ex puta corr. m. 2 A* 10 possit *A* posset *ex*
poscit *corr. m. 2 B(b)* 11 possederat *ex* possiderat *corr. m. 2 AB*
(possideat *s. scr. e et r b*) 15 possit *A* posset *ex* possit *corr. m. 2*
B 19 posset *B et corr. ex* possit *A* 20 saltem *ex* saltim *corr.*
m. 2 A 22 praetio *A* 27 amisserat *A* 29 quō *A* quō
(uo *punct. et s. scr. m*) *B* quomodo *ed. Baluzius*

non est enim, inquit ad deum patrem sermo diuinus, non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? excludi penitus a confessione 55 peccati peccatorem mortuum protestatur nec posse esse quem-
 5 quam postea dei memorem, qui in hac uita sui fuerit oblitus. adeo omnis ei spes penitus absciditur et omnis uitae aditus obseratur, ut, cum una sit reo salutis uia preces ad deum fundere et caelestem misericordiam incessabiliter orare, etiam hac peccator letiferae obliuionis animaduersione damnetur, ut
 10 ei nec memoria quidem dei, a quo sperare debeat, relinquatur. haec ergo cogitent qui, dum filios habere post mortem diuites 56 cupiunt, futurorum suppliciorum nec in morte meminerunt: haec cogitent qui, ut in hac caduca et breui uita heredes diuites habeant, aeterna se ipsos morte condemnant. in quo
 15 quidem non tam illos amant quam se oderunt, quia non tam salubris amor est, qui breui consulit, quam graue odium, quod in aeternitate cruciabit. et ideo deus noster, ut in primo dudum libello diximus, disciplinam parentes thesaurizare iubet filiis non pecuniam, perennia praecipit non peritura conferre.
 20 scilicet quia res istiusmodi atque opus sanctum et filiis pariter et parentibus prosunt, filiis utique per disciplinae institutionem parentibus per munificentiae largitatem. et filiis enim hoc disciplina praestat, ut salutem capiant perpetuam, et parentibus largitas, ut mortem effugiant sempiternam.

25 XIII. Sed cui haec dicimus aut cur dicimus? ubi apertas 57 aures aut uidentes oculos inuenire poterimus? omnes enim, ut de impiis legimus, paene omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est paene usque ad unum. noua quippe amentia
 30 tam saeculares quam etiam quosdam religionem professos incessit homines. siquidem, ut dudum dicere coeperamus, iam

1 Psal. 6, 6

17 lib. I 21

26 Psal. 13, 3

1 enim *eras. sed ita ut legi possit A* 6 abscinditur *ed. Baluzius*
 9 damnatur *AB, 'an anacoluthon est?' Halmius* 15 post prius tam *p et edd. ante Halmium: heredibus consulunt quam sibi*
 obsunt non tam 23 cupiat *B*

non tantum filiis aut nepotibus, quod ob naturae necessitudinem ferri potest, sed etiam agnatis et cognatis, neque solum, ut aiunt, ex directo sed etiam ex obliquo et ex transuerso, immo potius ex auerso peruersoque uenientibus res propriae facultatis, id est pretium suae redemptionis addicunt. nec interest 5
paene iam apud homines quibus consulant, dummodo sibi omnino non consulant. si qui enim ex istis, de quibus loqui-

2 ferri ex ferre corr. m. 2 B agnatis s. l. m. 1 A 4 ad-
uerso ex auerso corr. m. 2 B 5 praetium A post addicunt p
et edd. ante *Halmium*: sicut scriptum est: non dedit deo propitiationem suam et pretium redemptionis animae suae. et paulo post: simul, inquit, insipiens et stultus peribunt, et relinquent alienis diuitias suas, et sepulchra eorum domus eorum in aeternum. quid inter stultum sit et insipientem, non est nunc disserendi locus: nec sane interest, quae inter eos meritorum sit differentia, quorum est una perditio. quod causae itaque sufficit, cum dixisset simul insipientem et stultum esse perituros, uideamus quid uel ad causam uel ad cumulum perditionis adiecerit. relinquent, inquit, alienis diuitias suas. uerum est: quid enim siue tam stultum, siue tam perditum, quam ut aliquis de suo non sibi consulat, praesertim cum deus dicat, nihil prodesse homini, si totum mundum lucrifaciat, animae autem suae detrimentum patiatur? aut quam dabit, inquit, homo commutationem pro anima sua? si ergo homines totum mundum spernere oportet, ne animarum damna patiantur, et propter suam salutem debet quispiam etiam sua lucra contemnere, quam infidelis est, quam insipiens est, qui ut alium diuitem faciat, animam suam ipse condemnat? maxime cum et ille non multum adipiscatur, qui usum temporalium rerum accipit, et ille inaestimabilia damna perferat, qui fructum beatæ aeternitatis amittit. nam et ideo sequitur in Psalmo: sepulchra eorum domus eorum in aeternum. quam misera ergo erit perditio sors eorum, qui quasi sepulchris perennibus deputati, quam conditionem post mortem perferunt corporum, eandem quodammodo patiantur animarum, et quidem minus miseram, si eandem, aut si ad eos ad iumenta insipientia nec bonorum sensus nec malorum passio perueniret (pertineret *ed. Baluz.*). illud (sed illud *ed. Baluz.*) acerbum atque intolerabile, quod similiter pereunt, sed non similiter puniuntur; illorum enim mors sempiterna sine sensu est, istorum omnium cum dolore. ac sic conditionem hominum peccatorum perditio quidem facit pecudibus esse similem, sed tamen poenam grauiorem. cogitent igitur cuncta ista quae dicimus, immo cogitent cuncta illa quae deus dicit, qui sibi nec ante mortem omnino consulunt, nec in morte succurrunt, apud quos obliuio est penitus suarum animarum.

mur, morte adpropinquante filios non habent, quaerunt infidelissime quos aut propinquos aut adfines suos dicant, aut, si id forte deest, quaerunt saltim aliqua nouarum necessitudinum ficta nomina. nec interest, ut dixi, apud eos quorum meminerint, dummodo sui obliuiscantur: non interest quos amare se dicant, dummodo animas suas oderint, nec interest quos diuites faciant, dummodo se aeterna mendicitate consumant.

XIII. O infelicitas o insania! quid tantum, quaeso, de se ⁵⁹ miserrimi omnium male promeruerunt, ut dum aliorum uoluptatibus seruiunt, se perpetuo persequantur! uideas enim a ¹⁰ quibusdam infelicissima uanitate inuestigari quosdam novos ac nobiles propinquos, uideas incognitarum agnationum pudenda nomina et recentium ac praepotentium adfinitatum ridicula commenta, cum dicat quis de aliquo adoptiuo ac subitaneo ¹⁵ propinquo: illum heredem facio parentem meum: aut quaecumque sanctae professionis uidua uel puella: illum heredem scribo proximum meum. ac sic quidam quos in omni uita quasi extraneos alienosque habuerant subito in extremis propinquos habent, et qui extranei semper fuere uiuentium ²⁰ parentes esse incipiunt mortuorum. introducunt enim repente ⁶⁰ in testamentum quos numquam introduxere in affectum, et hoc maxime, ut dixi, aut locupletes aut nobiles aut honoratos et qui nisi potentes essent, parentes forsitan non fuissent. ridicula miseri testatoris ambitio, dans censum propriae facultatis ad comparandum mendacium propinquitatis, emens pretio ²⁵ hereditatis nomen heredis et totis patrimonii sui uiribus hoc elaborans, ne se ille, qui heres scribitur, parentem neget, et ut testator infelicissimus stultissima ac miserrima uanitate facto herede nobili, qui in uita sua humilior esse uisus est, ³⁰ honoratior in morte esse uideatur. o caecitas o insania! ⁶¹

1 infidelissimae AB 2 affines ex adfines corr. m. 2 B
 3 necessitudinum ex -nem corr. m. 2 B 6 nec A: non B et cum
 edd. Halmius 8 infelicitas A tantum] tandem FX Hirner
 coni. in program. Freisingensi a. 1869 p. 15 10 persequatur s. scr.
 n m. 2 A 13 rectium B 15 aut] at B 22 locopletes A
 23 forsità A 25 praetio A 28 infelicissimus A item paulo
 post 29 qui] quia (cum b) ed. Baluzius 30 cecitas AB

quanto studio, infelicissimi homines, id efficitis, ut miseri in aeternitate sitis! quanto minore cura minore ambitu id uobis praestare potuistis, ut semper beati esse possitis! cuius quidem rei causam aliam omnino inuenire non possum nisi solam tantummodo incredulitatem atque perfidiam, id est, quod aut iudicandos se a deo homines esse non putant aut resurrecturos omnino esse non credunt. nemo est enim qui resurrecturum se et iudicandum a deo de operibus bonis ac malis certus sit, qui non uel spei ac beatitudini suae praestet, ut pro bonis rebus perennia bona capiat, uel timori atque discrimini, ne pro malis mala aeterna patiat.

- 62 XV. Sed abhorrere hoc uidelicet a Christiano nomine uidetur, ut dicatur futura non credere. quid ergo causae est ut, si credit quae dixit deus, non timeat quae minatur deus? si non credit uerbis quae dixit deus, non credat praemiis quae promittit deus? neque enim se probat promissionibus dei credere qui non sic agit, ut possit ad promissa a deo praemia
63 peruenire. in ipsa quippe hac uita hominum, si iudicandum se aliquis ab humana hac potestate et rapiendum ad tribunal terrenum esse cognouerit, aduocatos requirit patronos adhibet officialium gratiam fauoremque mercatur, et haec omnia metu iudicii futuri agit, cum tamen euentum iudicii comparare non possit. adeo etsi uictoriam emere ipsam non ualet, spem
64 tamen uictoriae magno emit. dic mihi, quisquis ille es, qui credere te iudicium dei dicis, tu si uel supradictorum exemplo hominum iudicandum te esse a deo crederes, nonne spem ac salutem tuam quolibet pretio comparares? sed non credis utique, non credis, et licet credulitatem tuam uerbis uelis

9 praestet *B* stet in *fin. lin. m. 2 add.*, initio seq. *eras*.
10 rebus *A(b)* operibus *B* et *edd.* cum *Halmio* qui nihil adnot.; *certum cf. §. 85*: uerba pro rebus et quem (*sc. deum*) rebus atque operibus tuis despicias timore *B* 17 agit *ex* agere *corr. m. 2 B*
18 hac uita] actiua *B* 19 rapiendum se *ed. Baluzius* 22 comparare (*sic*) *A* ut statim comparares: comparare *B Halmius*, qui idem altero loco comparares exhibet 25 credere te *ex* *credere & corr. m. 2 A* dicis *ex* *dices corr. m. 2 B* exemplo* *eras. r A* 26 ac] ad *B* 28 et licet — non credis *in marg. add. m. 2 B* uerbis tuis *ed. Baluzius*

adseuerare, non credis; uerbis enim, ut ait apostolus, confiteris sed factis negas. denique ut infidelitatem tuam tibimet 65 ex te ipso probem, dic mihi, obsecro, quisquis ille es, qui substantiam tuam uel propinquo cuiquam diuiti uel adfini, 5 uel, si hi forte desunt, etiam extraneo derelinquis, cur eam non sanus a te atque incolumis abdicasti? cur non sospes ac uegetus heredibus tradidisti, sed in testamento ipso prouidentissime caues et sollicite ac diligenter inscribis: 'quando ego ex rebus humanis excessero, tunc mihi tu ille carissime heres 10 esto?' dic mihi, quaeso, cur huic carissimo, ut ipse ais, ac 66 deuinctissimo tuo tamdiu nihil de tuo tribuis tamdiu nihil de tuo tradis, quamdiu te putas esse uicturum, sed tum cum uides esse te moriturum? et quid dico, cum esse te moriturum uides? immo id caues prouidentissime, ne uel spirante 15 uel moriente te quidquam de tuo habeat, sed iam defuncto omnino, iam mortuo. et mirum est, quod hoc ipsum sinis, ut iam funerato te tua habeat, et non iam exportato atque tumultato. quamuis etiam in hoc, quod ais 'quando ego ex rebus humanis excessero', id ipsum cauuisse uidearis. hoc est enim ex 20 rebus humanis penitus excedere, totum omnino cum suo corpore hominem in praesentia humanarum rerum esse desisse. dic 67

1 Tit. 1, 16

4 affini ex adfini corr. m. 2 B 5 hii AB ea AB eam ed. Baluzius 6 a te] ante suspicatur Hartelius 8 caues ex cauis corr. m. 2 A item §. 66 9 heres ex heris corr. m. 2 A item statim. diuinct. (cum B) et bis uides ex uidis (semel cum B) 13 te ante prius moriturum om. AB, ante uides habet b et edd. ante Halmium
16 sinis et (sed et eras, et in marg. adscr. m. 2 ut te) non iam funestato (s. l. add. m. 2 aliquid) de (sic) tuo (corr. ex tua m. 2) habeat iam exportato A sinis et non iam funestato te tua habeat iam exportata B sinis ut funestato te tua habeat nisi etiam iam exportato (cum b) inepte ed. Baluzius sinis et non, iam funerato te, iam exportato atque tumultato, ita ut tuo habeat ex u. 15 repetitum statuatur Hartelius malit sinis ut demum funestato in priore parte malit Halmius; uerba et non olim in marg. scripta sedem non suam occupasse, ut uocem post sinis expulisse et locum suum ante alteram iam uocem habuisse uideri i. e. post habeat copiosius exponere studui Sitz.-Ber. p. 35 sq. 17 funerato coni. Rittershusius: funestato cum codd. Halmius 20 paenitus punct. a A

mihi itaque, cur haec tam provide in testamento caues, cur tam sollicite ac prudenter interseris? absque dubio, quia necessariam tibi, dum uiuis, rem tuam iudicas, quia alienare te facultatibus tuis non uis et iniquissimum putas uiuo te et incolumi alium tuo diuitem fieri, te autem mendicitate consumi. uerum est nec irrationabilem curam abnuo, et quidquid a te in hunc modum dicitur probo. sed in uno tamen mihi 68 satis fieri a te cupio. quid est quod tu, qui tibi usum rerum tuarum tantopere necessarium putas, fructus ac redditus facultatis tuae post mortem necessarios esse non putas? dicis 10 absque dubio, quia mortuo nihil opus est nec reseruandum mihi quidquam in tempus illud est, quia defunctus ac nihil sentiens nec delectari possum possessione rerum mearum neque 69 amissione cruciari. euidentis causa est. ergo idcirco moriens substantiam tuam alteri deputas, quia capere ex ea fructus 15 post mortem ipse non possis. sed quid, quod electissimum uas dei apostolus Paulus testificatur et clamat, quod quaecumque homo in uita hac seminauerit, haec post mortem metat, et qui parce seminat parce et metat, et qui seminat in benedictione ex benedictione et 20 metat. ex quo aperte intellegi uoluit eos, qui seminant in parcitate benedictionem metere non posse. cum enim dicens: qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictione ex benedictione et metet, euidenter utique benedictionem in sola posuerit largitate, ostendit parcos seminatores 25 mendicitatem largos benedictionem esse messuros.

17 Gal. 6, 8

1 caues *ex cauis corr. m. 2 AB* 6 rationabilem (*b et*) *Rittershusius* 7 mihi tamen *signis transpositionis additis A* 12 quicquam (*sic*) *AB* quia] quo *Rittershusius* 16 delectissimum *ex dil. corr. m. 2 B* 19 metet *deinceps ter corr. ex metat m. 2 A* metat *B(b)*; *'haud scio an recte ut in relatione indirecta' Halmius; sane aut metat scrib. est aut eiecto quod ante quaecumque, quod facile ex antecedenti quid, quod hic repeti poterat, metet, ut cum statim (23. 24) seqq. plane congruat, ubi bis metet legitur cf. §. 74* 22 cum] dum *ed. Baluzius* 23 metat *B (sed statim recte metet)* et qui—et metet *om. A*

XVI. Sed fortasse haec tibi, quicumque es infidelis, aut 70
 parum ualida aut parum aperta esse uideantur. quid quod
 dominus ipse in euangelio nihil quemquam de operibus bonis
 perdere Christianum manifestissime docet dicens: quicum-
 5 que potum dederit uni ex minimis istis calicem
 aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, amen
 dico uobis, non perdet mercedem suam. quid dici
 euidenter potuit? etiam eam rem in futuro habituram prae-
 mium esse dixit, quae in praesenti pretium non haberet: tan-
 10 tum honoris cultui suo tribuit, ut aliquid esset illic per fidem,
 quod hic omnino nihil esset per uilitatem. sed tamen ne in 71
 hoc sibi quidam forsitan blandirentur, si multa habentes
 exiguis possent magna mercari, subtiliter posuit etiam pro
 calice aquae frigidae non perituram esse mercedem, hoc uti-
 15 que euidenter ostendens non pro paruo aliquid magnum esse
 reddendum, sed tamen qualecumque fidei opus non esse peri-
 turum. habes itaque indubitabilem futurae retributionis securi- 72
 tatem habes recipiendorum bonorum operum satis idoneum
 uadem: qui quidem tantae non solum fidei sed etiam miseri-
 20 cordiae atque pietatis est, ut non soluat tantum quod promi-
 serit quasi debitum, sed etiam ostendat aliquid quo se faciat
 debitorem. nam qui pro calice aquae frigidae redditurum se
 dixit esse mercedem non solum uult soluere quae acceperit,
 sed etiam demonstrat aliqua quae soluat. pius scilicet ac
 25 misericordia plenus et consulere uolens non solum diuiti
 largitati sed etiam pauperulae officiositati ostendit, quo ob-
 noxium sibi in aliquo deum faceret etiam qui quod faeneraret
 penitus non haberet.

4 Matth. 10, 42

1 quicumque ex quęc. corr. m. 2 A 9 praetium A tantum-
 que (cum b) ed. Baluzius 10 aliquid ex aliquit corr. m. 2 A ut
 §. 71 et 72 11 in om. Baluzius 12 forsità A ut §. 73
 13 possent b: possint AB Halmius 17 habes ex habis corr. m. 2 A
 25 misericordia plenus] hunc locum addere debui locis Sitz.-Ber. p. 11
 congestis; cfr. adn. crit. ad. libri de gub. primi §. 58 26 quod ex
 quo corr. m. 2 B

73 XVII. Sed forsitan tibi, quicumque diues es, indignum hoc facultatibus tuis opus pauperum esse uideatur et uelis aliquam ad te peculiariter pertinentem sponsonem sacrae promissionis audire. habes primum illud, quod ad diuitem illum in euangelio deus loquitur: uade, uende omnia 5 bona tua, et habebis thesaurum in caelo. deinde illud, quod praecepto interdictorio generaliter iubet: nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, thesauri-
74zate autem uobis thesauros in caelo. postremo illa, quibus omnes rerum mundialium possessores ad opus profluae 10 largitatis spe infinitae remunerationis inuitat dicens, quod omnis, qui propter honorem atque amorem suum aut domum aut agrum aut quamcumque aliam facultatem in usus misericordiae prorogarit, centuplum accipiat in futuro: insuper autem, inquit, et uitam aeternam possidebit. quid 15 spondere maius credentibus sibi potuit qui magnis faeneratoribus suis centuplum se redditurum esse promisit? nec solum hoc, sed uitam, inquit, aeternam possidebit. hoc multo plus est quam ipsa centupli retributio, quia id ipsum, quod quis in centuplo acceperit, in perpetuo possidebit. 20 non erit ergo tunc fragilis et caduca possessio nec in similitudinem terrenarum diuitiarum umbrae praetereuntis aut somnii uanescentis more peritura. quidquid datum a deo fuerit immortale erit, quidquid acceptum fuerit sine termino permanebit. ac per hoc, ut dixi, plus quam centuplum accipit 25 qui sic accipit, quia uincit centupli pretium, id ipsum esse centuplum sempiternum.

76 XVIII. Quae cum ita sint et cum tanta absque dubio recepturus sit qui deo credit, quomodo tu his rebus, quas deo dederis, usurum te esse post mortem non putas, quarum tibi 30 non usum tantummodo dominus sed augmentum etiam et

5 Matth. 19, 21

7 Matth. 6, 19

14 Matth. 19, 29

2 uellis *alt.* 1 *punct.* B

4 habes *ex habis corr. m.* 2 A

13 facultatem *ex -tum et statim inquit ex inquit corr. m.* 2 B

16 fe-

neratoribus B

21 erit *om.* B

22 praetereuntes AB

26 uin-

cit *ex uicit corr. m.* 2 A

praetium A

superexcellētem cumulum pollicetur? aut forte accipere haec
 tanta non uis? sed hoc ratio non patitur ut nolis. nemo 77
 enim est inter homines, qui cum beatus esse ualeat, miser
 esse malit; nemo est, qui cum habere possit delicias summi
 5 boni, pati uelit supplicium summi mali; nullus profecto, nullus
 et ideo ne tu quidem: nisi forte monstruosa sit in te aliqua
 et discrepans ab humano genere natura, ut solus tibi penitus
 bene esse nolis, solus beatitudinem fugias solus supplicii
 delecteris. quod si utique non est, quid ergo causae est, ut 78
 10 non uel moriens et in ultimis situs id saltem supremae ob-
 lationis officio et omni rerum tuarum ambitu agas, ut, si
 mereri a deo potes, locuples ac beatus sis, sin autem id non
 potes, certe ut miser non sis certe non uraris certe non tor-
 quearis certe tenebris exterioribus non eneceris et ardentibus
 15 sine fine flammis non decoquaris? quid ergo, ut dixi, causae 79
 est, quod haec non agis? quid causae est, ut bona aeterna
 non emas? quid causae est, ut mala aeterna non timeas?
 quid utique nisi illud, quod praelocutus sum, quod aut iudi-
 candum a deo te esse non putas aut resurrecturum omnino
 20 esse non credis? si enim crederes, quomodo non futuri iudicii
 inaestimabile malum fugeres et immortalium suppliciorum tor-
 menta uitares? sed non credis utique, non credis, ac licet 80
 aliud et sermone adseras et professione, non credis; sermo
 enim et professio tua iactitant fidem sed uita atque obitus
 25 publicant infidelitatem. alioqui uince me: uinci uolo. non
 quaero, ut mihi credulitatem tuam superioris uitae actibus
 probes: uno contentus sum testimonio supremorum tuorum.

4 delicias *ex dil. corr. m. 2 A* 6 ne] nec (*cum b*) *ed. Baluzius*
 nisi monstruosa forte *signis transpositionis additis B* 8 beatitune
 (*sic*) *A s. scr. m. 2 di* 10 saltem *ex saltim corr. m. 2 A*
 supraemę *A* 13 *post certe p et edd. ante Halm.:* uel pro hoc
 merearis 15 *dequocaris B post causae est p et edd. ante Halm.:*
 ut non omnibus modis uel mala fugias uel bona adsequi uelis? quid
 causae est 20 te esse (*cum b*) *ed. Baluzius* 21 fugeres *ex*
 fugeris *corr. m. 2 AB ut paulo ante crederes ex crederis* 23 aliud
ex aliut corr. m. 2 A 24 *iactitat B ob*itus A* 25 alio-
 quin *ex -qui corr. m. 2 AB* uinci *A pro uince*

- 81 ecce iam, ecce moreris, egressurus de domo corporis tui, nesciens quo iturus quo abducendus ad quam poenalia et quam taetra rapiendus, cui unum tantummodo superest inter suprema perflugium una effugiendi aeterni ignis specula datur, ut pro te offeras saltem quod in substantia habes, quia aliud 5 quod possis deo offerre iam non habes: et tu inmemor tui oblitus salutis tuae, de legatariis nouis cogitas de locupletando
- 82 herede suspiras. et haec faciens credere te iudicium dei dicis, qui tibi, cum iudicandus sis, uel inter suprema non consulis? et credere te aliquid de salute animae tuae loqueris, cui nul- 10 lus est anima tua uilior, apud quem prope non interest cui prosis, dummodo ut tibi noceas? et credere te futurum iudicem dicis, apud quem nullus est minor atque despectior quam ipse iudex? nam in tantum eum spernis in tantum despicias, ut nec tibimet ipsi consulas, dummodo eius iussa contempnas. 15
- 83 aut refelle me et conuince, si mentior. clamat tibi ecce morienti ipse, qui te iudicaturus est iudex tuus, ne ullum omnino hominem in prorogandis rebus ac facultatibus tuis plus quam te ames, ne ulli de substantia tua moriens magis quam tibi consulas, nullum tibi anima tua propinquiorem 20 nullum iudices cariorem. quid enim proderit, inquit saluator, homini si lucretur mundum totum et detrimentum faciat animae suae? aut quid dabit homo
- 84 commutationem pro anima sua? hoc est dicere: quid tibi, o infelicissime homo, proderit, si omnem mundum aut 25 ipse habeas aut tuis proximis derelinquas, si salutis atque animae detrimenta patiaris? damna enim animae totum penitus

21 Matth. 16, 26

1 moreris *AB* (*cf.* §. 85 iam morienti): morieris *p Halmius*
 2 quo abducendus *ex* quod abdicendus *corr. m. 2 B* 4 supraema
AB specula *scripsi*: speicula *AB Halmius*; *an forte* spescula *ut*
rescula = *recula quode uid. Ind. III.?* 5 saltem *et statim* habes *ex*
saltim et habis corr. m. 2 A 7 locuplet. *ex locopl. corr. m. 2 A ut*
mox aliquid ex aliquit 13 dispectior *et mox dispicias A et desp. ex*
disp. corr. m. 2 B 15 *n& s. scr. ec m. 2 A* 18 hominem *A(b)*:
hominum B et edd. cum Halmio qui nihil adnot. praerogandis *Rit-*
tershusius 23 quid *punct. id et s. scr. m. 2 am AB hic et §. 84*
 25 infelicissime *A* omnē *ex omniu corr. m. 2 B*

secum auferunt, nec quidquam homo omnino habere poterit, qui se ipsum damno animae pereuntis amittat. aut quid, inquit, homo commutationem dabit pro anima sua? hoc est dicere: non respicias, o homo, pecuniam non possessionem, nec dubites saltim moriens pro spe tua quantum potes rei tuae ac facultatis offerre. quidquidlibet enim dederis pro te uile est, quidquid pro te obtuleris parui pretii est, quia anima tua in omnium rerum est comparatione pretiosior. et ideo nihil dubites pro te dare, quia, si te amiseris, omnia in te perdis: si autem te lucrifeceris, tecum et in te omnia possidebis.

XVIII. Cum haec ergo tibi iam morienti, o homo quisquis 85
 es, dominus tuus clamet, tu mentem obturas tu aurem obstruis et nudis sermonibus fidem adserens sufficere tibi putas
 15 uerba pro rebus ac satis te firmum aestimas credulitatis habere subsidium, si deum, quem rebus atque operibus tuis despicias, uerbis mendacibus honorare uidearis. fili, inquit scriptura sancta, si habes, benefac tecum et deo bonas oblationes offer. et alibi miserere, inquit, animae 86
 20 tuae. uide quam misericors sit dominus deus noster, qui nos ipsos pro nobis misericordiam rogat: miserere, inquit, animae tuae. hoc est dicere: miserere etiam tu illius, cuius uides miseratione me frangi, miserere illius tandem, cuius misereor ego semper, miserere tu animae saltim tuae, cum
 25 misereri me cernas alienae. et quid post haec, o miserrime homo, cum deus sic tecum agat, non adquiescis? rogat te ut tui miserearis, et non uis? causam tuam apud te agit, et a

17 Eccles. 14, 11

19 Eccles. 30, 24

1 quicquam *A* 3 inquit *B* 8 est om. *Baluzius* 13 obturas cum *Rittershusio Halmius*: obduras *AB*; 'emendationem necessariam esse docet contrarium aurem obstruis' *Halmius* 17 inquit ex inquit corr. m. 2 *B* item paulo post 20 post uide add. p et edd. ante *Halmium*: pietatem erga te domini nostri uide deus non qui non ipsos *B* 21 inquit *B* 22 illius ex illis corr. m. 2 *A* item statim uides ex uidis (cum *B*) et saltem ex saltim 23 miserationē efrangi *B* et statim illius 27 post agit add. p et edd. ante *Halmium*: et a te non admittitur? dignatur te pro te petere

87 te non potest impetrare? et quomodo, quisquis es o miserrime, quomodo te postea supplicantem ille in iudicio suo audiet, cum tu hic eum pro te rogantem audire ipse nolueris? sed uidelicet causa grandis est, qua deum audire non possis. circumstant enim te aegrotantem cognati atque agnati tui circumstant locupletes matres familiae, circumstant nobiles uiri obsidet lectum infirmitatis tuae sericis atque auratis uestibus circumfusa numerositas. o quantus fructus aeternitatis est talibus bona propria erogare mendicis! digna uidelicet causa et satis iusta est, ut tu animae tuae auferas quod egenis 10
 88 talibus derelinquas. sed nimirum misericordia frangeris et lamentantium propinquorum pietate superaris. est certa ratio. uides quippe opulentissimi ac splendidissimi cultus homines [tibi] flentes, tristi uultu et festo habitu compositas ad maestitudinem facies tibi ostentantes, per imaginariam sollicitudinem suam ementes hereditatem tuam. quem non moueat tanta pietas? quem non moueat talis dolor? aut quomodo, cum haec talia uideas, non obliuiscaris tui? uides enim extortas lacrimas simulata suspiria fictam anxietatem non optantem ut conualescas, sed expectantem quando moriaris: uides 20 defixos in te quasi accusantes tui obitus tarditatem omnium
 89 uultus. o infelicem te ac miserrimum, cuius supremum exitum tantus desiderat numerus propinquorum! nisi quod scio ac satis certus sum nihil omnino apud deum uota talium praeualere. nam mirari possem forte quod uiueres, quem mori 25 tam multi uelint. et propter hos, quisquis ille es, propter hos tales animam tuam deseris et credere te iudicium dei dicis, cum ad hoc eius iussa despicias, ut patrimonium tuum
 90 talibus derelinquas? dispersit, inquit propheta de eo, qui

29 Psal. 111, 9

7 syricis s. y scr. e m. 2 AB 10 aegenis A 14 tibi eras.
 in A sed non prorsus euanuit; repetitum ex seq. uersu puto 21 ac-
 cusantes eras. s A accusantes ex -tis corr. m. 2 B 22 infelicem
 A exitus A (quod Halmius non adn.) exitum ex -tus corr. m. 2
 B 25 uiueres ex -ris corr. m 2 AB 27 ante dei eras. te alt.
 A 28 despicias AB 29 inquit B

deum credit, dispersit, dedit pauperibus, iustitia
 eius manet in aeternum. sed et saluator ipse ad omnes
 diuites: uendite quae possidetis et date eleemosynam.
 et alibi: uende quae habes et da pauperibus. num-
 5 quid dicit, agnatis da, numquid adfinibus? non utique sed
 pauperibus sed egenis: numquid propinquo diuiti numquid
 ulli omnino homini praepotenti? non utique sed inopi sed
 egestuoso. numquid enim, cum locupletibus cognatis tuis 91
 substantiam tuam dederis, iustitia tua manet in aeternum?
 10 aut cum diuitias eorum diuitiis tuis auxeris, thesaurum habebis
 in caelo? uae, inquit propheta, his, qui dicunt dulce
 amarum et amarum dulce. etiam laudari a te tales hos
 deus prohibet, et tu ditare non metuis? dari his praedicatoria
 uerba non uult, et tu etiam talenta largiris? honorari uitam
 15 eorum fictis sermonibus uetat, et a te thesauri eorum diuitiaeque
 cumulantur?

XX. Sed ueris uidelicet uultus circumsidentium propin- 92
 quorum et praesentes atque obsidentes lectulum tuum metuis
 offendere. ne timueris eos, inquit dominus per prophetam,
 20 neque paueas a facie eorum, quoniam domus exa-
 sperans est. et ideo etiam tu esto intrepidus et constans:
 non formides uultus eorum neque frangaris ambitu eorum.
 despice concupiscentes hereditatem tuam et diidentes iam 93
 inter se substantiam tuam, qui non te sed patrimonium tuum
 25 diligunt, immo qui cupiditate rerum tuarum te execrantur.
 nam dum tua impatienter sitiunt, te oderunt praesentiamque
 tuam quasi aemulam sibi et aduersariam iudicantes obicem

3 Luc. 12, 33

4 Matth. 19, 21

11 Isa. 5, 20

19 Ezech. 2, 6

3 uendite quae s. scr. m. 2 inquit A elymosinam AB
 4 habes ex -bis corr. m. 2 A 5 affinibus ex adf- corr. m. 2
 B 7 sed inopi] sed egeni sed inopi B sed egenti sed inopi ed.
 Baluzius 11 inquit et is s. scr. m. 2 h B 12 laudare B
 17 circumsedentium B et ex circumsid- corr. m. 2 A 19 timueris]
 metueris ed. Baluzius item paulo post tu etiam cum B inquit ex
 inquit corr. m. 2 B 23 dispice A, paulo post dispice A et desp.
 ex disp. corr. B

atque obstaculum putant cupiditatis suae esse quod uiuis.
 94 despice ergo hos tales ac nihil facito. non te moueant blandi-
 menta eorum: uenena tibi sunt: non respicias adulationes
 eorum: gladii sunt iugulatores tui et quidem ferreis atque
 hostilibus gladiis taetrioribus. illos enim homines cuncti uident, 5
 istos incauti non uident: illi, quia aperte saeuunt, euitantur,
 isti, quia occulte insidiantur, occidunt et hoc periculosiores
 sunt ac nouo nocendi genere peiores, quod illis ferreis gladiis
 nemo est penitus qui se laedi uelit, istis multi se etiam occidi
 uolunt. noua atque inaestimabilis mali letalis inlecebra. illis 10
 gladiis quicumque percutitur et timore pariter et dolore tor-
 95 quetur: istis quicumque occiditur delectatur. fuge ergo hoc
 malum fuge assentationes insidiantes tibi, fuge obsequellas
 noxias tibi fuge ambitus deceptores tuos: ista sunt officia,
 quae te iugulant, ista sunt, quae in mortem trahunt. fuge 15
 eorum talium blandimenta fuge eorum sedulitatem: isti sunt
 carnifices ac tortores tui, qui te in praesenti quidem ambiunt,
 sed in futuro necant et consertis quodammodo manibus ac
 uelut coniurata mutuo factione in sempiternos tartari ignes
 cogere ac praecipitare conantur. et ideo non timeas eos non 20
 expauescas: erige animum et uim sanctae auctoritatis adsume.
 si enim illi tantopere adnituntur ut pereas, cur non maiore
 tu animo adnitaris ut uiuas? confortare ergo et constanti
 animo tibi consule. satis infidelis ac satis stultus est qui
 mauult praestare aliis ut sit miser, quam sibi ut sit beatus 25
 et ut alios affluere faciat deliciis temporariis, se tradit urendum
 ignibus sempiternis.

2 nihil *s. scr. m. 2* eis *A* (quod *Halm. non adn.*); *cfr. IIII 2*
et 27 3 respicias *ex -es corr. m. 2 B* adulationes *ex adol-*
corr. m. 2 A 9 multis *B* 10 inaestimabili *Rittershusius*
laetalis AB 13 assentationes *ex ads. corr. m. 2 B* obsequelas
alt. 1 eras. A obsequelas *B* 16 eorum *A* ergo *B* (eorum *eras.*
in b) horum *A* 19 ignes *ex ignis corr. m. 2 B* 21 assume
ex adsume et paulo post affluere ex affluere corr. m. 2 B 27 *post*
sempiternis habent: EXPLICIT. LIBER TERTIUS: INŌP: LIB: QUĀRT: *AB*

LIBER III.

I. Non me praeterit, domina mi ecclesia, nutrix beatæ 1
spei, hæc quæ libellis superioribus diximus, nonnullis filiis
tuis Christum parum amantibus displicere. sed nos uoluntates
5 eorum non magni pendimus, quia nec mirum est, ut eis lo-
quentia de deo uerba non placeant, quibus ipse forsitan deus
non placet, nec expectandum, ut insinuatorem salutis atque
animarum sermonem ament qui salutem ipsam atque animas
suas non amant. sufficiunt itaque, sicut in aliis, ita etiam
10 in hac parte nobis sensus tantum et iudicia sanctorum: quibus
idem atque apud nos sentientibus, certi profecto sumus etiam
deum ipsum sentire nobiscum, quia, cum in sanctis suis spiritus
dei maneat, absque dubio deus illic est, ubi illa pars fuerit,
a qua dei spiritus non recedit. prauorum ergo hominum, id 2
15 est uel paganorum uel mundialium, sensus aut parui aesti-
mandi sunt aut nihil omnino faciendi: quia si hominibus,
inquit apostolus, placere uellem, Christi seruus non
essem. illud durius ac molestius, quod quidam, ut arbitror,
filiorum tuorum sub religionis titulo a religione dissentiunt
20 et habitu magis saeculum relinquere quam sensu: quorum, ni
fallor, sententia hoc habet atque adserit, omni omnino homini
Christiano propinquitatem in exitu magis considerandam esse
quam Christum. et quia profana penitus per se erat execra- 3
bilisque sententia, uelare, ut puto, infidelissimam praedicationem

16 Gal. 1, 10

3 nonnullis *ex -lli corr. m. 2 A* 11 aput *A* atque] aequè
ed. Baluzius (cum b) 15 uel (*post est*) *om. Baluzius* 17 in-
quid *B* 20 relinquere *ex reliq- corr. m. 2 B* 22 conside-
randum *A*

quasi umbratili quadam adiectione conantur dicentes cunctos, qui credant deum, sanos tantum atque incolumes officiosos Christo esse debere, ceterum iam exeuntes e saeculo carnalis magis propinquitatis quam diuini officii oportere meminisse. quasi uero homines Christianos alios esse oporteat incolumes 5 alios de hoc saeculo recedentes, et alios se cuncti exhibere Christo debeant in sospitate alios in morte, alios in superiore 4 uita alios in posteriore. quod si ita est ergo alterum quis habiturus est Christum inuenis alterum senex, et totiens debent homines demutari fide quotiens demutantur aetate. si enim 10 erga dei cultum alter quispiam futurus est uigens alter infirmus, alter sanus alter aegrotans, ergo prout status fuerit humani corporis inaequalis, ita erit homini etiam deus ipse mutabilis, et quotiens fuerit in homine ualitudo contraria, totiens erit etiam religio diuersa: quasi uero qui incolumes 15 Christi esse debent morientes Christi esse non debeant. et ubi illud est: qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit, aut illud in prouerbiis sacris diuini sermonis oraculum: sapientia in exitu canitur? quo utique ostenditur, licet salubris sit in omni aetate sapientia, praecipue tamen omnes 20 in exitu suo debere esse sapientes, quia laudari penitus praeteritae aetatis prudentia non merebitur, nisi bono fine claudatur; sapientia enim in exitu canitur. cur eam non dixit

17 Matth. 10, 22

19 Prou. 1, 20

2 credant (*sic*) *A* (*p*): credunt *B* 3 e] ae *A* a *B* 6 exhibere *B* 7 se (*punct.*) debeant *B* 10 demutari *ex -re corr. m. 2 B*
 14 ualitudo *ex ualit- corr. m. 2 A* 18 diuini* *eras. s A* 19 in exitu canitur] '*est falsa interpretatio uerborum σοφία ἐν ἐξόδῳ ὑμνεῖται* (*Vulg.* sapientia foris praedicat)' *Halmius* 23 sapientia - canitur *om. p*; sequitur *deinde in p et edd. ante Halmium*: sufficit, inquit pestilens praedicatio, sufficit praeteritum opus homini, etiam si in fine nihil faciat. ego multo plus addo, aut non minus eis, si potest, morte uicina, aut certe plus multo esse faciendum. primum, quia de bono opere nihil nimis est. deinde quod ad tribunal dei pergens magis placare iudicem debet, quasi iam in iudicio constitutus. postremo quod si aliqua ante exitum bona fecit, multo magis facere iam in exitu suo debet, ne deterior scilicet superioribus uitae actibus finis esse uideatur. si autem ante (*ante om. ed. Baluz.*) bonis operibus parum studuit, multo utique

cani in pueritia non in iuuentate, non in statu rerum incolumium non in prosperitatibus secundorum? scilicet quia in his omnibus quidquid laudatur incertum est. quamdiu enim quis subiacet mutationi, non potest cum securitate laudari et ideo, ut ait, sapientia in exitu canitur. exiens enim quis de incertis periculorum certum merebitur euasa omnium rerum uarietate suffragium, quia tum stabilis et firma laus est, quando meritum iam non potest perire laudati. sapientia, inquit, in exitu canitur. quid est, quaeso, 7
 10 sapientia Christiani? quid nisi timor et amor Christi? initium enim, inquit, sapientiae timor domini: et alibi perfecta, inquit, dilectio foras mittit timorem. ergo ut uidemus, initium sapientiae est in timore Christi perfectio in amore. itaque si sapientia Christiani timor est atque amor
 15 domini, ita demum uere sapientes sumus, si deum semper ac super omnia diligamus, et hoc cum omni tempore tum praecipue in exitu nostro, quia sapientia in exitu canitur.

II. Si ergo sapientia per hoc maxime in exitu canitur, si 8
 deus super omnia diligatur, quae igitur insania est, ut dicat
 20 aliquis Christum carnali propinquitati praeponi ab incolumibus oportere, a morientibus non debere? cur enim eum praeferant incolumes, si non debent praeferre morientes? aut si potest quispiam religiose agnatos atque adfines suos Christo in morte praeponere, cur non religiose etiam ante praeponat? aut si
 25 est ulla hora in uita ultima, qua quis plus alios diligere debeat quam se ipsum aut deum, cur non et in uita anteriore

10 Psal. 110, 10

12 I Ioh. 4, 18

magis facere eum uel in exitu suo conuenit, ut quod uita anteriore non reddidit, saltem in extremitate persoluat: et qui ex hoc reus est, quod ante neglexit, uel per hoc excusari aliquatenus domino suo possit, quod praeteritam inhumanitatem ultima saltem deuotione compenset. sed ad superiora redeamus. sapientia, inquit sermo diuinus, in exitu canitur
hoc additamento carent AB

1 iuuentate *A*: iuuentute *B* *Halmius* 5 in exitu *s. l. m. 1 uel*
 2 *add. A* 7 tum *ex dum corr. m. 2 B* 18 Sic *ex Si corr. m. 2*
B 24 praeponebat *B* 26 aut (*sic*) deum *AB*: et *cum edd. Halmius nil adnotans* aut in uita *B*

9 plus diligit? ac sic fit ut soluantur omnia et euanescant et
 intereant, neque ullum quis uiliorem habeat quam se ipsum
 neque ullum inferiorem quam deum. si enim ullum est tem-
 pus, quo ab aliquo possit deus adfinibus aut propinquis iure
 postponi, nullum est, quo possit iure praeponi: sin autem, 5
 quod uerum est, nullum est omnino tempus, quo non debeat
 anteponi, nullum est omnino tempus, quo possit iure postponi.
 nullum utique, et ideo ne in extremis quidem, quia etiam
 iustum hominem propheta in die, qua errauerit, dicit esse
 10 periturum. itaque si omnis error errantis perditione multatur 10
 et his quoque erroribus uita hominum periclitatur, quibus
 usitate atque communiter innocentia humana polluitur, quid
 futurum existimamus, ubi in deum ipsum detestabili infideli-
 tate peccatur? si enim, inquit apostolus, omnis inoboe-
 dientia iustam accipit mercedis retributionem, 15
 quo modo nos effugiemus, si tantam neglexerimus
 salutem? nullus autem salutem ueram plus negligit, quam
 qui deo aliquid anteponit. cum enim salus nostra munus ac
 misericordia dei sit, quae ei ratio consequendae salutis est,
 qui deum ipsum despicit, in cuius misericordia salus nostra 20
 11 consistit? aut cum iudex et uiuorum sit deus et mortuorum,
 quae ei spes in dei iudicio esse poterit, qui eum etiam moriens
 iudicio suo spreuerit, a quo est statim mortuus iudicandus?
 et ideo, ut scriptura diuina ait, in quo iudicio iudicat,
 in eo iudicabitur de eo, hoc est: quo iudicio iudicat 25
 de deo, eo ipse iudicabitur a deo, neque iniquum putare
 poterit, si eum cunctis in futuro dominus postposuerit, qui in
 praesenti deum cunctis ipse postponit, nec queri, si eum

9 Ezech. III 20

14 Hebr. 2, 2

24 Matth. 7

1 euanescant *ex -scat corr. m. 1 A* et intereant *cum b scripsi-*
mus: intereant AB intereantque cum p Halmius 4 affinibus *ex*
adf. corr. m. 2 AB 5 nullum — praeponi *A in marg. habet m. 2*
 6 omni *s. scr. no m. 2 A* 9 profeta *A* 14 omni *s. scr. s m. 2*
B inobydientia *B et s. y scr. e m. 2 A (sic)* 16 effugiemus *ex*
-amus corr. m. 2 B 18 cū *ex cur corr. m. 2 B* 20 dispicit *A*
desp. ex disp. corr. m. 2 B 24 scribtura *A* ait diuina *B*
 28 quaeri *AB sed B corr. m. rec. queri potest et sic ed. Baluzius*

omnibus deus aestimet damnabiliorem, cum ipse omnibus deum aestimet uiliorem.

III. Sed dicit aliquis non se hoc animo ista facere, quo 12
aut contemnat deum aut uilem putet, sed quo uel amet eos,
5 quos heredes instituit, uel honoret. adquiescamus hoc ita esse:
omnibus ferme etiam aliis flagitiosissimis et criminosis
reis excusatio ista suppetit. nam dicere et fornicatoribus licet
non se hoc animo fornicari, quo deum spernant, quia calore
corporis atque infirmitate uincantur. et homicidae id adfirmare
10 possunt, non se contemptu dei humanum sanguinem fundere:
uel odio enim se uel cupiditati tantum scelera praestare. sed 13
quid prodest malis haec excusatio, cum scilicet nihil intersit,
qua se quispiam dicat peccare causa, cum sit omne peccatum
diuinitatis iniuria? adquiescamus tamen, ut supra dixi, hoc
15 ita esse, nec ex contemptu dei res suas quempiam alii magis
quam deo tradere, sed uel honore heredis sui se ad hoc trahi
uel certe amore compelli. sed quid facimus, quod hoc ipso
magis incuria dei probatur atque contemptus? si enim, o 14
quisquis es, per id, quod heredibus tuis uel quibuscumque res
20 proprias derelinquis, et honorare te eos indicas et amare,
deum utique, cui non relinquis, nec honorare te indicas nec
amare. ac per hoc quidquid pro te dixeris contra te est et
ad contemptum atque ad contumeliam dei pertinet amor et
honorificentia ceterorum. cum enim aliis ideo relinquis, quia 15
25 eos honoras, deum, cui non relinquis, utique non honoras:
cum aliis ideo relinquis multa, quoniam amas, deo ideo non
relinquis profecto, quia non amas. ecce enim adsistit tibi
morienti atque testanti homo pariter ac deus. res aperta est
et non dubia: quem elegeris, praetulisti. si in uno est honor
30 solo, necesse est in alio inueniatur esse despectio. si homo,
qui praefertur, gaudet se a te diligi, necesse est ut se doleat

1 dampnabiliorem *B* 3 quo ut condemnat (*sic*) *A* 8 quo
deum *Rittershusius*: quod deum *AB*; *cfr. u. 3. 4* sed quia *ed. Ba-*
luzius 10 fundere, uel odio sed cupiditate tantum (*cum b*) *ed. Ba-*
luzius 12 haec *om. B* 15 contemptu *B* 18 iniuria *malebat*
Rittershusius 20 propriis *B* 23 adq; *A* 30 despectio *A*

- 16 deus, qui praetermittitur, non amari. sed putas deum uidelicet
munificentia hominis non egere, et ideo, quid necesse est, in-
quis, ab homine ei quippiam tribui, qui ipse cuncta omnibus
dedit? utrum egeat munificentia nostra dominus an non egeat,
aut quomodo uel egeat uel non egeat iam uidebimus. interim, 5
quia ab eo cunctis cuncta praestari etiam tu negare non ausus
es, hoc dignior est absque dubio largitate nostra, quia nobis
ipse ante largitus est, hoc iustius ei officiis respondere tem-
17 ptamus, quo beneficiis illius magis inpares sumus. nam et
natura ipsa hominum consuetudoque communis hac quasi 10
generali cunctos lege constringit, ut a quibus aliquid liberali-
tatis accipimus, plus eis gratiae debeamus: artat quippe nos
ad retributionem dati accepta largitio. ante usum enim ac
munificentiam liberalitatis alienae liber est quispiam, bene-
ficiorum faenore non grauatus. coguntur autem omnes ipsa 15
conscientia sua ad repensationem uicissitudinis, postquam esse
18 coeperint debitores. ita ergo et deo hoc maiora debemus, quod
ab eo cuncta percepimus, et hoc respondere beneficiis illius
minus possumus, quod ei etiamsi quae debemus redhibere
cupiamus, tamen de suo reddimus. ac per hoc non est quod 20
placere sibi quisquam largitione sua debeat. sicut sua non
sunt cuncta, quae a domino suo accipit, sic sua non sunt
cuncta quae reddit. et ideo perfidiae quidem poena debetur
ei, qui negauerit deo quae sunt sibi ab eodem commodata,
inputare autem largitionem non potest, qui reddiderit accepta. 25
- 19 IIII. Sed deus, inquis, non eget retributione. nihil minus
quam ut non egeat. non eget enim iuxta potentiam suam,
sed eget iuxta praeceptionem suam: non eget secundum ma-
iestatem suam, sed eget secundum legem suam, et in ipso se
quidem non eget, sed in multis eget: non quaerit in se 30

5 uel egeat *om.* A 6 cunctis A 9 quo scripsi (*conl. u. 18:*
hoc respondere beneficiis illius minus possumus): quo a A quod B quia
Halmius 11 a quibus *ex* aliquo (*non ex* aliquibus) *corr. m. 2 B*
12 ei B 14 libertatis B(b) 19 redibere AB 21 quisquam
ex quispiam *corr. m. 2 uel 1 A*

munificentiam sed in suis quaerit, et ideo non eget quidem iuxta omnipotentiam sed eget iuxta misericordiam: non eget deitate pro semet ipso sed eget pietate pro nobis. quid enim 20 dicit ad pios ac largos dispensatores deus? uenite, benedicti, possidete regnum patris mei, quod uobis paratum est a constitutione mundi: esuriui enim et dedistis mihi manducare, sitiui et dedistis mihi bibere, et alia in hunc modum. et ne hoc causae, de qua nunc loquimur, parum forsitan uideretur, adiecit rerum diuersitatem, auaris et infidelibus dicens: ite maledicti in ignem aeternum, quem parauit pater meus diabolo et angelis eius: esuriui enim et non dedistis mihi manducare, sitiui et non dedistis mihi bibere: ubi sunt qui dicunt dominum Iesum Christum officio nostrorum 21 munerum non egere? ecce et esurire se pariter et sitire et algere commemorat. respondeat quilibet horum, si non eget qui esurire se queritur, si non eget qui se sitire testatur? ego plus addo aliquid, Christum non solum egere cum ceteris sed plus multo egere quam ceteros; in omni enim pauperum 20 numero non est uniuersorum una paupertas. sunt enim quidam, 22 quibus etiamsi uestimenta desunt alimenta non desunt, multi sunt hospicio egentes uestibus non egentes, multi domo carentes sed non substantia, sunt denique quibus etsi desunt multa non desunt omnia: Christus tantummodo solus est, cui 25 nihil est, quod in omni humano genere non desit. nullus seruorum suorum exulat nullus frigore ac nuditate torquetur, cum quo ille non algeat: solus cum esurientibus esurit solus cum sitientibus sitit. et ideo, quantum ad pietatem illius pertinet, plus quam ceteri eget; omnis enim egestuosus pro

4 Matth. 25, 34

10 Matth. 25, 41

7 dedisti <i>B</i>	9 forsitam <i>A</i>	11 diabulo <i>AB</i>	12 mihi
<i>om. B</i>	14 ubi ergo <i>ed. Baluzius</i>	15 numerum <i>B</i>	17 queritur <i>ex</i> quaeritur <i>corr. m. 1 A</i>
25 humano <i>ex -ni corr. m. 2 B</i>	19 ceteros <i>ex -ris corr. m. 2 B</i>	non <i>punct. B</i>	26 seruorum
<i>om. Baluzius</i>	exulat, cum quo ille non exulet <i>suppleuit Rittershusius</i>		
29 ceteris egent <i>A</i>			

se tantum et in se eget, solus tantummodo Christus est, qui
 23 in omnium pauperum uniuersitate mendicet. et cum haec ita
 sint, quid ais, o homo! qui Christianum te esse dicis, cum
 Christum egere uideas, tu facultates tuas quibuscumque non
 indigentibus derelinquis? Christus pauper est et tu opes diui- 5
 tum cumulas? Christus esurit et tu delicias affluentibus paras?
 Christus etiam aquam sibi deesse queritur et a te apothecae
 ebriosorum uino replentur? Christus rerum omnium egestate
 conficitur et a te luxuriosis copiaē congregantur? Christus
 tibi pro muneribus a te datis praemia sempiterna promittit 10
 et tu nil praestaturis cuncta largiris? Christus tibi et pro
 bonis bona inmortalia et pro malis mala aeterna proponit et
 tu nec bonis caelestibus flecteris nec malis perennibus com-
 moueris? et credere te domino tuo dicis, cuius nec remunera-
 tionem desideras nec iracundiam contremescis? 15

24 V. Non credis igitur, sicut iam diximus libro superiore, non
 credis, ac licet religionem uestibus simules licet fidem cingulo
 adseras licet sanctitatem pallio mentiaris, non credis omnino,
 non credis. et hoc tam uiris istiusmodi quam feminis dico:
 non credunt. induat sibi quamuis quaelibet habitum sancti 20
 nominis et titulum sacrae religionis inscribat, si de substantia
 25 sua aliis magis quam sibi consulit, profecto non credit. nemo
 est enim credens, qui facultates suas aliis prodesse malit
 quam sibi, nemo est, qui beatitudinem aliis miseria sua emere
 contentus sit, nemo est, qui ut aliis paret delicias temporarias, 25
 subire egestates cupiat sempiternas. et ideo qui patrimonio

1 tantum—solus om. A 3 ais] fort. scrib. agis interrogationis
 signo posito post dicis ita ut quae sequantur ad finem usque capituli
 non interrogatiue sed responsiue accipienda sint dices A dicis ex
 dices corr. m. 2 B 4 Christum om. B 6 delicias A deliciis
 B affluentibus B 8 aegestate A 12 mala ex male corr.
 m. 1 A propoittit punct. itt et s. scr. m. 2 n A 15 disideras
 A 17 post ac add. p et Baluzius: licet de conuersorum uenerabili
 choro esse uidearis simules ex simulis A 18 asseras ex ads.
 corr. m. 2 B 19 dico cum Meyero Halmius: dici AB dixi (cum
 b) ed. Baluzius; Hartelius uerba et hoc—non credunt interpolata esse
 suspicatur 20 quamuis om. B 23 malit s. scr. l alt. m. 1
 u. 2 A punct. alt. l B 25 delicias A

suo aliis magis quam sibi consulit profutura sibi quae deo dederit omnino esse non credit. dicat enim mihi quilibet horum, cur facultates suas aliis derelinquit? numquid non ideo, quia profuturas cui reliquerit esse non ambigit? ideo absque dubio. igitur, quicumque ille es, si ea quae alii relinquis, ideo relin- 26 quis quia profutura ei cui reliqueris certus es, sic profecto, si quaecumque religiosis muneribus prorogasses profutura esse tibi crederes, tibi absque dubio peculiariter deputares: quia quanto te plus amas quam eos, quibus relinquis, tanto magis 10 tibi relinqueres, si profutura ea tibimet uel tenui opiniuncula iudicares. non enim te odisti, ut prodesse tibi nolis, sed quae 27 pauperibus dereliqueris profutura tibi esse non credis: unde est quod aliis magis quam tibi consulis, quia profuturum tibi opus religiosum esse non credis. sicut credis itaque sic recipis. 15 tu saluatorem perparui pendis et te saluator nihil: tu Christum postponis aliis et te omnibus Christus: tibi in comparatione etiam hominum perditorum uilis est dominus et tu eris inter periturorum ultimos deputandus.

VI. Sed blandieris tibi forsitan, ut iam ante dixi, aliquo 28 20 religiosae professionis intuitu. magis es debitor, quia proposito sanctitatis maiora promittis, et ideo plus tolerabis supplicii, quia minus solueris sponsioni. grandia specie polliceris et rebus nulla restituas, falsarii criminis reus es, deo cuncta mentiris. nec inmerito sacer sermo iudicium de templo dei 25 incipiendum esse testatur; iudicium enim, inquit, de

25 I Pet. 4, 17

3 derelinquit *ex derelinquis corr. m. 2 B* 5 es ille *signis trans-*
positionis additis B si] *fort. scrib. sicut* 6 ei] *ea B* 7 quae-
cumque punct. cum m. 1 B praerogasses *Rittershusius (et b)*
10 relinquaeres *et paulo post derelinquaeris A* 12 unde] *et inde*
(cum b) ed. Baluzius 17 uilis—*periturorum in marg. m. 2 B*
19 blandiris *B* forsità *A* 20 es] *esse B* 21 tolerabilis
B 22 *post sponsioni add. p et edd. ante Halm.: seruus enim, in-*
quit sermo diuinus, qui nescit uoluntatem domini sui et non facit eam,
uapulabit paucis; qui autem scit et non facit ea (eam ed. Baluzius)
uapulabit multis. Et tu specie professionis 25 inquit *ter deinceps*
ex inquit corr. m. 2 B

29 domu domini. alibi quoque et a sanctis, inquit, meis incipite. sed ad superiora redeamus. ite, inquit auaris atque incredulis deus, ite in ignem aeternum, quem parauit pater meus diabolo et angelis eius. at liberandum te ab hoc malo quibusdam forsitan bonis corporalibus 5 putas: pudicitiam quippe amasse te iactas. sed memento quia et illos, quos in euangelio immortalibus poenis saluator tradidit, impudicitiae non notauit. sobrietatem tibimet placuisse commemoras? nec illi, de quibus scriptura loquitur, ebrietatis crimine puniuntur. ieiunasse te dicis? nec illos prandia reos 10 esse fecerunt. sed uidelicet magna causa est, qua tibi abstinentia ac ieiunio tuo placeas: qui ad hoc ieiunasti ad hoc parce exiliterque uixisti, non ut post mortem tuam egenos facultatibus tuis pasceres, sed ut censum cuiuscumque heredis diuitiis ampliares. magnos uidelicet abstinentiae fructus capis; 15 minus enim panis tu manducasti, ut auri alius plus haberet. tibi uenter frugalitate decreuit, ut cuiuscumque hominis for- 31 tasse uitiosi thesaurus cresceret. cum ergo ad iudicium dei ueneris, iure inputare ieiunium tuum poteris dicens: ieiunauit, domine, et abstinui ac diu me ab omnium deliciarum fruge 20 suspendi. et res hoc probat: ecce enim nunc heredes mei de 32 meo affluunt, inmensarum diuitiarum copiis exabundant. et ut aliquid etiam de euangelica lectione praesumas, hoc quod saluator dixit de illo diuite, potes et tu de heredibus tuis dicere: induuntur purpura et bysso et epulantur splendide, incubant 25 defossis a me talentis, premunt argenti et auri congestas strues, materiam quoque his uoluptatum omnium praeparauit, disten- 33 duntur deliciis a me relictis. ego diu abstinui, ut nunc illi ebriarentur. crapula est illorum frugalitas mea. natant tri-

1 Ezech. 9, 6

3 Matth. 25, 41

23 Luc. 16

1 domo *ex domum corr. m. 2 B* alibo *A* et *om. B*
 4 diabulo *AB* at *ex ad corr. m. 2 B* ad *A* 5 forsita *A*
 9 scribtura *A* 16 panis *ex panes corr. m. 2 B* 20 diliciarum
A 22 affluunt *ex affluunt corr. m. 2 B* exabundant *A*
 23 aliquid *add. s. l. m. 2* etiam *A* 25 epolantur *A* epul. quo-
 tidie *ed. Baluzius* 28 diliciis *AB* ut] et *A*

cliniorum redundantium pauimenta uino, Falerno nobili lutum faciunt, mensae eorum ac toreumata mero iugiter madent, semper uda sunt. luxuriant in peristromatis, quae ego feci, fornicantur in sericis, quae reliqui. et cum haec omnia pro te dixeris, quomodo non aeternam a Christo remunerationem mereri poteris, cui in talibus sanctis tantarum deliciarum copiam praepararis?

VII. O quanto melius, quaecumque illa es, quanto melius 34 et salubrius pauper fueras et egestuosa quam diues; paupertas enim te deo insinuare potuisset, diuitiae ream esse fecerunt. 10 rectius ergo per indigentiam salua fueras, quam per opes tuas et te et alios praegrauasses, te scilicet, dum male aliis relinquis, alios, dum a te relicta et ipsi usu inhumanissimo male possident et post se male aliis derelinquunt. si uis ergo, 35 15 quaecumque illa es, si uis tibi esse consultum, si uis aeternam habere uitam et cupis uidere dies bonos, relinque substantiam tuam indigentibus sanctis relinque claudis relinque caecis relinque languentibus: sint facultates tuae alimenta miserorum sit opulentia tua pauperum uita, ut illorum refrigeria praemia 20 tua sint ut illorum refectio te reficiat. si enim illi de tuo edent, tu saturaberis: si illi de tuo biberint, tu sitis tuae aestum ardoremque restingues: te illorum uestitus uestiet, te illorum apricitas delectabit. non ergo uile ac despicabile putes, 36 si substantiam tuam miseris atque egentibus derelinquas: 25 Christum in illis facies heredem. et quid dicam de Christi nomine? Christum quidem heredem facis, sed tu hereditatis emolumenta percipies. quaecumque enim Christo reliqueris per Christum omnia possidebis. sed haec tu, ut reor, friuola 37

1 pauimenta *ex -tum corr. m. 2 A* 2 mensa *B* 4 furni-
cantur *A* 6 deliciarum cupiam *A* 10 diuiti. aeream *A* 13 ipsi
usu *cum Baluzio Halmius ipsius usu AB* inumanissimo (*sic*) *ex*
inmaniss. corr. m. 2 A 16 relinque languentibus *post relinque*
caecis habet B(b); in A eadem post sanctis quidem extant sed additis
transpositionis signis (quod Halmius non adn.); quare transposuimus
20 *de tuo illi ante edent sed additis transpositionis signis B*
21 *saturaberis A* 23 *despicabile A* putas *B* 26 *facies*
ed. Baluzius 28 *friuola A friuola ex friuola corr. m. 2 B*

esse iudicas et quasi somnia quaedam ac deliramenta contemnis; non enim credis Christum uera dixisse. et res probat nequaquam te ei credere; nam qui mandata eius nec in postremis facis, aut nulla esse omnino aestimas aut falsa esse condemnas. in quo quidem lugere omnes sanctos ac flere conuenit, nulli te et alios tui similes, nulli minus quam Christo
 38 credere. si tibi quicumque ex cauponibus quid promitteret, fidem promittenti non abnegares: si mutuum a te quippiam propola aut salgamarius postularet, redditurum eum non diffideres quae dedisses: mendacibus denique interdum atque
 39 periuris, cautione facta et dato fideiussore, res creditur. Christus tibi et fidelissimam cautionem et fideiussores optimos dedit, cautionem scilicet in euangelio fideiussores apostolos suos, et si id parum est, patriarchas prophetas martyres suos totam denique diuinarum seriem litterarum: et non credis ei
 15 nec fidem commodas? quem, rogo, tam prodigum inter homines ac tam miserum inuenire possis, cui fidem sub tot fideiussoribus denegares? das itaque res tuas diuiti et egenis negas, das luxuriosis et negas sanctis, das cuicumque fortasse perdito et negas Christo. prout ergo iudicasti sic iudicaberis, sicut
 20 elegisti sic recipies: non habebis cum Christo partem, quem despexisti: cum his habebis, quos praetulisti.

40 VIII. Sed dicit fortasse aliquis ex infidelium numero, non dignam esse causam quae uel deum moueat uel homines in aeternum periculum trahat. scio quidem quod omnes rei
 25 ueniabiles putant semper reatus suos. nam et furta furibus leues culpae sunt et innocua ebriosis uidetur ebrietas et apud inpudicos fornicatio scelus non est, quia nullum omnino tam grande crimen est, quod non cuius facinore committitur eius

1 diliramenta AB 7 promitteret ex promitterit corr. m. 2 A
 promitterit B 9 propola AB salgamentarius ed. Baluzius
 diffideres] desideres s. e paenult. scr. m. 2 ra B 11 periuriis A
 15 seriem] cf. adn. crit. ad p. 169, 26 17 posses B 19 luxuri-
 osis A 21 elegisti scripsimus: eligis A eligis ex elegis corr. m. 2
 B (elegeris b); cfr. nos Sitz.-Ber. p. 36 22 despexisti A desp. ex
 disp. corr. m. 2 B quos ei B Halmius ei om. A(p)

sententia subleuetur. sed si qui uult ex peccatoribus scire 41
quam grauiter censenda a deo sint magna crimina, discat
qualiter in semet ipsis puniant sancti etiam leuia peccata,
conscii scilicet iam ex ipsius dei dictis futuri examinis ac per
5 domini sui uerba etiam iudicia rimantes et ideo semper in
